F. LVDOVICI YSTELLA VALENTINI ORD. PRAED. SACRAEQVE THEOLOGIAE PROFESSORIS

COMMENTARIA IN SACRAM GENESIM

IN PARENGRAPHAM EXPOSITIONEM ET SCHOLIA DISTRIBVTA.


ADDITVS EST ELENCHVS IN EVANGELIA quæ per anni circulum in Eccleſia decantari ſolent.

AD CLEMENTEM OCTAVVM P. O. M.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

S. Marie de Scala



ROMAE,
Apud Stephanum Paulinum. M D C I.
SVPERIORVM PERMISSV.

BEATISS.^MO^ PAPAE D. NOSTRO
CLEMENTI OCTAVO
PONTIFICI MAXIMO.

FR. LVDOVICVS YSTELLA VALENTINVS ORD. S. P. DOMINICI.

VIGINTI annorum ſpatio priſcos Eccleſiæ Patres, CLEMENS Sanctiſſime, ſumma auiditate perlegi, & quæ in ſacrorum Bibliorum volumina ſcripſere, ſic in eum ordinem redegi, vt, cum oporteret, genuinas eorum interpretationes ad manus haberem: Et cum à ſcholaſticæ Theologiæ lectione, quam per vnum et viginti annos in Hiſpania, publice in ſcholis cathedram regendo, profeſſus ſum, iam laſſus deſtitiſſem: cœpi ad multorum petitionem aliqua in ſacra volumina commentaria ſcriptis mandare. Horum volumen vnum, veluti laborum meorum primitias, Tibi Beatiſſimo Patri, vt Chriſti Vicario, & Beati Petri meritiſſimo ſucceſſori, futurorum Pontificum in omnibus, maxime in ijs, quæ pietatis & religionis ſunt, optimo exemplari, cunctaq. Eccleſiæ, omni laude & memoria digno, & Dominicanæ religionis (quam tot honoribus ornare contendis, ac tot nominibus deuinctam ſe eſſe agnoſcit) munificentiſſimo benefactori, & vnico patrono; omni denique iure debitas, dico & conſecro, & indubitandæ fidei vnico cenſori, & quæ ſcripſi & ſcribam, Tuæ integerrimæ cenſuræ ſubijcio, cum ſanctificium ſuum, Eccleſiam ſcilicet (vt diuina quadam vtar allegoria) inſtar vnicornij Dominus ædificauerit, in cuius capite, Romano vtique Pontifice, cornu vnum, ſuprema ſcilicet poteſtas reſideat ad multa, inter quæ vnum illud eſt, vt de fidei doctrina, tamquam à ſalutaribus aquis, ſuæ diffiniendæ poteſtatis cornu immiſſo, inde falſæ & hæreticæ prauitatis venenum omne excuti ac proſilire faciat, omninoq. exterminet. Deus Te, Pater Beatiſſime, ad Eccleſiæ ſponſæ ſuæ dilectiſſimæ non mediocrem vtilitatem & decorem, diu incolumen conſeruet: & ſicut viros de Eccleſia Dei benemeritos, ſacra apotheoſi, pro Tui muneris dignitate decorare curas; ſic Te inter principes gloriæ ſuæ omnipotens Deus, ſuo quoque tempore conſtituat. Amen.

LIBER GENESIS
HEBRAICE BERESITH.

CAPVT PRIMVM.

a b — *ſ. temporis, ſiue quæ primo, ſiue quæ ante omnia, ſiue primum omnium creauit.*
c — *i. ex nihilo fecit.*
d — *ille, quem vos Eloim dicitis.*
e — *i. orbes cæleſtes, cum cælo empyreo, & ignem, & aerem.*
g — *i. terram, & aquas quibus erat cooperta.*

a b c d e f g
In principio creauit Deus cælum, & terram.

S C H O L I A.

1
S. Tho. 1. p. qu. 46. a. 3. ad 1. Greg. Nyſſ. in Hex. Aug. 12. conf. c. 9. Linus. C. firmiter de ſumma Tri. & fid. cath. ex Later. ſub Innocen. 3. Auerr. 1. de cælo com. 10. & 12. Meth. com. 18. Hali Abbas in ſua Theorica. Auenzoar in ſuo Theiſir. Auicenna li. 2. de vir. cor. Raſis Apho. 1. Plutarch. l. 2. de placitis phil. c. 4. Ariſt. 8. phyſ. tex. com. 15. & 18. Plot. lib. 1. de cælo, & lib. 1. de prouid. & l. cōtra Gnoſt.

IN *principio*] ſcilicet temporis, quod eſt inſtans, &, ſecundum naturæ ordinem, ſimul eſt cum initio motus primi mobilis; non vt præexiſtens, ſed ſimul conditum, vt menſura, & menſuratum, quatenus creatio ad corporea terminatur: etenim ſecundum quod creatio Angelorum etiam fuit (vt dicemus) primum temporis inſtans, licet illi coexſtiterit, non tamen illius fuiſſe menſuram, docet S. Thom. Interpretatio hæc eſt Gregorij Nyſſeni, & Aug. & optima quidem; & iuxta ſententiam Lini vetuſtiſsimi, qui Græce ſcriptum librum reliquit, cui titulus erat: Tempus fuit, in quo cælum, & terra initium ſui ſumpſerunt. Porro huius orbis creationem in initio temporis à Deo factam fuiſſe, communis eſt conceſſus, non ſolum Eccleſiæ, ſed & Iudæorum, & Sarracenorum in ſuo Alcorano; ſic tenuerunt Auerroes, Hali Abas, Auenzoar, Auicenna; ſic & Plutarchus, contra eos, qui mundū æternum putarunt, vt Chaldæi, teſte eodē Plutarcho, quos ſecutos eſſe Platonem, & Ariſtotelem, ferunt Plotinus, Apuleius, & Simplicius; ſed forſan Platoni imponunt: cum Chaldæis etiam ſenſerunt Oſcelus, Plinius, & Seneca.

ראש
ראשית
ראשם
לראש
ראש
בראשית

2 *In principio*] dictio Hebraica *Ros*, à qua *Reſith* deriuatur, non ſolum principiū, ſed & alia ſignificat; nempe caput, principem, & primum inter aliqua, vt Ierem. 14. operuerunt *Roſam*, id eſt, caput ſuum agricolæ; & Iud. 11. eris *Leros*, id eſt, in ducem, & principem. Habent autem omnes huiuſmodi ſignificationes ſecundæ, alluſionem & conuenientiam; (vt in reliquis Hebræis vocibus contingit) ad præcipuam, qua ſcilicet *Ros* caput ſignificat: Populum enim princeps dirigit, & gubernat, ſicut & caput cætera corporis membra: vnde ſecundus ſenſus, & germanus huius loci eſſe poteſt, ſecundum quod *Bereſith*, primum, & principem ſignificat: In principio creauit Deus cælum & terram; id eſt, quæ primò, ſiue ante omnia Deus in ſuo opificio creauit, fuerunt cælum, & terra.

3 *In principio*] Præpoſitio *Be*, apud Hebræos, quæ apud Latinos eſt In, ex Ambroſio, & Auguſtino, & Hebræorum obſeruatione, varia importare ſolet; inter quæ aliquando ſignificat Cum, aliquando Per, vt Geneſ. 49. In gladio, & arcu, id eſt, cum gladio, & arcu. & Pſalm. 60. In Deo faciemus virtutem; id eſt, cum Deo, ſiue diuino auxilio hoſtes proſtrabimus. At Pſalm. 103. Omnia in ſapientia feciſti; id eſt, per ſapientiam: & Pſalm. 135. Qui fecit cælos in intellectu; id eſt, per intellectum. Porro Verbum diuinum, ſiue Filius Dei in Scriptura principium appellatur; Ioan. 16. Principium, qui & loquor vobis: vnde in principio, id eſt, in Filio, ſiue per Filium multi ſanctorum Patrum interpretantur; iuxta illud Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt: ſic Origenes, Tertullianus, Hilarius, Auguſtinus ſæpe; & in verſione Chaldaica, Ionathæ filij Vziel, quæ apud Hebræos eſt irrefragabilis veritatis, ſic legitur, In Filio creauit Deus cælum, & terram. Rurſum Iaſon Theſſalonicenſis (cuius meminit Paulus ad Rom. 16. & Dorotheus Tyrius in Synopſi primum Troadis Epiſcopum tradit) in quodam libro, qui Iaſonis, & Papiſci altercatio inſcribitur (cuius auctoritatem, à Celſo Epicureo philoſopho oppugnatam, Origenes defendit) aſſerit ibi Iaſon, in exordio Geneſeos Hebraicè ſcriptum eſſe: In Filio creauit Deus cælum, & terram: quod tamen perperam affirmari teſtatur D. Hieronymus, cum Septuaginta Interpretes, & Symmachus, & Theodotion tranſtulerint: In principio; & in editione Chaldaica pro *Reſith*, eſt *Catmin*, id eſt, exordium, & in Hebræo ſcriptum ſit *Bereſith*, id eſt, in principio, & non *Bebar*, id eſt, in filio; ſicq. magis ſecundum myſticum ſenſum, quam ſecundum literam interpretantur; In principio, id eſt, in Filio. Quare meritò Iunilius Africanus Epiſcopus, vir iuxta Tritemium, de diuinis literis bene meritus, & claruit anno Domini 440. ſcribens ſuper aliquot Geneſis capita,

Orig. hom. 1. in Gen. Tertul. l. contra Praxeam. Hil. in Pſ. 2. Aug. ſup. Ge. & contra Manichæos, & ſæpe alibi. Iaſon in l. qui dicitur alter catio Iaſonis, & Papiſci. Doroth. in Synop. Orig. 4. contra Celſum. S. Hier. q. Heb. in Gen.

ראשית
בראשית
בבר

Iunil. in 1. ca. Gen. licet alij Bedæ hoc opus aſcribant.

poſtquam prædictam de Filio Dei expoſitionem retulit, addidit: Sed diligenter intuendum eſt, vt ita quiſque ſenſibus allegoricis ſtudium impēdat, quatenus apertam hiſtoriæ fidem allegorizando non derelinquat.

Baſil. ho. 3. in Hex. *Rup. 1. de Tri. c. 4.* *Cic. 1. Tuſc.* *Cic. in orat. pro Cornelio* *Hiero. in 2. c. ad Ephe.* ברא ברא ובראתו *Theod. q. 14. in Gen.*

4 *Creauit*] Non, dixit, id eſt, iuſſit, ſicut in ſequentibus, cum iam erat creatura, quæ iuſſioni Domini obediret; ita Baſilius, & Rupertus Abbas; non quod iuſſionis, & dictionis voce vti non poſſet, iuxta illud ad Rom. 4. vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt, & Pſalm. 148. Ipſe mandauit, & creata ſunt; ſed hebeti populo ſcribens, humano more, dictionis, & iuſſionis appellatione vti voluit; cum ſcilicet iam eſſent; quibus diceret, & præciperet. Porro apud Latinos non Theologos, creandi verbum pro eo, quod eſt quocumque modo producere, ſemper fuit in vſu. vnde Cicero: Quæ principium extinctum, neque ab alio renaſcetur, neque ex ſe aliud creabit: & alibi, Princeps (inquit) creator huius orbis Romulus; vnde Hieronymus creationis nomen ad maxima, & eximia opera adaptari oſtendit: & apud Hebræos verbum *Bara*, vtcumque producere etiam ſignificat; vt in hoc capite, Maſculum, & feminam (dicitur) creauit eos; at non ex nihilo, ſed ex limo terræ condidit illos. His adde, verbum, *Bara*, non ſolum creare, aut producere, ſed & alia habere ſignificata, ſcilicet ſeparare, diuidere; vt Ioſue 17. *Vberetho*, id eſt, & ſuccides tibi; & Ezech. 23. *Vbara*, id eſt, concident, ſeu ſcindent. Ad hæc, conſtat ex Theodoreto, creationem duplicem eſſe; & qua aliquid ex nihilo fit; & qua ex aliquo ſubito, & ſine præuijs & naturæ debitis diſpoſitionibus aliquid fit: ſicut homo ex limo terræ propriè hac ſecunda creatione conditus eſt. Cæterum, quamuis ex vi ſignificationis Hebraici verbi, *Bara*, non arctetur ad importandum, aliquid ex nihilo condere, tamen ex natura ſignificatæ actionis in tali materia, ſapientes ſic merito intelligunt, & interpretantur, qui ſciunt, hæc aliter fieri non poſſe; quia primo prima mundi elementa ſecundum ſe tota, ſecus fieri nequeunt, neque cæleſtia corpora, cum ſecundum ſe tota & ſingulas partes (vt pluribus placet) ingenerabilia ſint, & incorruptibilia. Nulla igitur erit æquiuocatio, ſi eodem verbo, *Bara*, vſus fuerit Moyſes, cum de hominis conſtitutione (quem ex limo terræ formatum eſſe conſtat) diſſerit: Maſculum, & feminam (inquit) creauit eos: vnde, cum de hoc creationis opere deinceps agit, in quo alterius productionis, vel ad ornatum pertinens immiſcetur ſermo, non ſemper verbo, *Bara*, ſed promiſcue alijs vtitur verbis, quæ vtcumque producere, gignere, aut fingere important: vt cap. 2. poſuit ibi hominem, quem, *Iaſſar*, id eſt, formauerat. Rurſum iſtæ ſunt *Toldoth*, id eſt, generationes cæli & terræ.

ברא ברא ברא יצר תולדות

אלהים אלה אלהים

5 *Deus*] *Eloim*, nomen, licet apud aliquos ſingulare habeat, immo Abacuch 1. Dei ſui: & cap. 3. Deus ab Auſtro veniet, in ſingulari, *Eloah* reperitur ſcriptum; crediderim tamen, tunc non ita fuiſſe in vſu; alioquin rudi populo ſcribens Moyſes, exiſtimandi plures eſſe deos occaſionem præbuiſſet: vnde & creandi verbum in ſingulari appoſuit, quo aperte oſtenderet, plurali numero vti pro ſingulari: & licet ex vi vocis, qua proprie *Eloim* iudices ſignificat, cōmune ſit nomen Deo, & creaturis; quemadmodum bonus, ſapiens, & iuſtus; exiſtimo tamen ſtimo tamen frequenti vſu, nomen, *Eloim*, abſolute prolatum, præſertim addito verbo ſingulari, Deo eſſe appropriatum; quo ſæpe in opere creationis vſus eſt Moyſes, quaſi inſinuans, Deum verum, quem *Eloim* Hebræus populus appellare conſueuerat, illum eumdem eſſe omnium cōditorem: ſi enim aliquando additum inueniatur verbum in plurali, vt Geneſ. 30. iuxta Hebræum, Apparuerunt ei dij, deorum nomine, angelos intellexit in perſona Dei. Adde, idiotiſſimo linguæ frequentes eſſe in numeris diſcrepantias; vt Exod. 20. Non habebis deos alienos, pro quo, iuxta Hebræum, Non erit tibi dij alieni; & Ioſue vltimo, Dominus enim ſanctus eſt, pro quo, iuxta Hebræum, Quia dij ſancti ipſe eſt: Eſa. 19. Tradam Ægyptum in manum dominorum crudelium, iuxta Hebræum eſt, dominorum duri.

אלהים אלהים

Chryſ. ſuper Gen. *Greg. Nyſſen.* *Aug. 2. contra Manichæos, c. 3. & 11. de ciu. Dei c. 33.* *Baſil. hom. 3. in Gen.*

6 *Cælum, & terram.*] Sunt, qui putent, Moyſen à principio conditum orbem vniuerſum vndequaque perfectum propoſuiſſe, poſt modum dicturum, quid, quo die creauerit; ſicut ſi quis architectum diceret domum vnam efformaſſe, ſic, vt primo anno fundamenta iecerit, ſecundo parietes erexerit, tertio vero tectum ſuperpoſuerit: ſic R. Moyſes, quod Chryſoſtomo, & Gregorio Nyſſeno placet, & Auguſtino non diſplicet. At vero Baſilius, licet à maioribus hanc traditam expoſitionem dicat; non tamen illam probat, & optime, vt ex copulatiua illa, autem, quæ ſubiungitur, expendere licet; proſecutionem ſiquidem eius, quod dixerat, innuit, non enumerationem eius per partes: Terra autem, inquit, id eſt, terra, de qua locuti ſumus, erat inanis & vacua. At quæ primo ex nihilo condidiſſe dixit, eorum aliqua deinceps feciſſe denuò, ob quas cauſas dixerit, in ſequentibus inueſtigabimus.

Baſil. hom. 2. in Gen. *Hier. epiſt. 139. ad Cyprian.* *Chryſ. ho. 15. in Gen.* *Amb. in Hex.* *Theod. qu. in Gen.* *Beda in Gen.* *Photius in Myriob.*

7 *Cælum, & terram.*] Per cælum corpora, quæ ſuper nos poſita videmus; per terram vero (ſic per prolepſim dictam ante aquarum denudationem, quando nomen hoc inde accepit) quam cernimus terram cum aqua intelligi volunt Baſilius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Beda, & omnes, tam Græci, quam Latini ante Auguſtinum: rudi enim populo ſcribens, qui præſentibus rebus tantum inhiabat, ex his viſibilibus ad inuiſibilis vniuerſi conditoris cognitionem inducit, ne errore cælum, & terram, aut quæ in eis ſunt creaturas adorarent: vnde Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in libro, cui titulus Myriobiblos, de Moyſe loquens, dicit: Qui non, vt quidam ſatis ineptè putant, de mundi opificio ſcribens, obſcuriſſimas res, & obſcuriſſimis verbis differere ſtatuit; ſed rudi hebetiq. populo ſimpliciſſime & clariſſime ea tantum ob oculos ponere voluit, quæ craſſæ multitudinis ingenio comprehendi poſſent. Ego tamen exiſtimo, Moyſen ſapientibus, & inſipientibus ſatisfeciſſe; explicite quidem illa attingendo, quæ craſſiori populo congruebant; implicite vero ea comprehendendo, quæ ſapientes diuino lumine illuſtrati aliquando intelligerent ſub eiſdem verbis; in quo mirabile fuit eius ingenium. Ad hæc igitur implicita & occultiora aſpirantes, dicimus, in creatione hac cæli & terræ implicite comprehendi ſpiritus angelicos, corpora cæleſtia, ignem, aerem, terram, & aquas, quæ ad primariā orbis perfectionē ſpectabant; miſta ſiquidem omnia ad ſecundā orbis perfectionē pertinent: vnde & Philoſophi, ex eo, quod terra eſt, & reliqua tria ſimplicia corpora eſſe probant: nā exiſtente in

rerum

rerum natura vno contrariorum (ſcilicet terra corpore ſimplici, quod ad medium mouetur) oportet eſſe alterum extremum contrariorum, quod moueatur à medio, ſcilicet ignem. Rurſum, exiſtentibus extremis contrarijs in rerum natura, oportet eſſe media, quæ ad loca media moueantur, aerem ſcilicet, & aquam. Cæli igitur nomine, omnia cæleſtia corpora, & ſphæras aeris, & ignis intelligit: terram autem coopertam aquis explicite ſtatim ſubiungit, nominando abyſſum: Et tenebræ, inquit, erant ſuper faciem abyſſi: nominibus tamen proprijs cælum, & terram primo dicit Deum condidiſſe, tamquam duas vniuerſi præcipuas partes, corpore ſcilicet ſimplici, & mobili, & cẽtro, circa quod rotetur. Quare Philoſophi, cum natura cæleſtis naturaliter mobilis ſit, terram ſimul ſtatuerunt, centrum ſcilicet immobile, non mathematicum, ſed naturale, circa quod ciatur.

Aug. 1. de Ge. contra Manichæos.
S. Th. p. 1 q. 6
Aug. 12. conf. c. 7.
Tertullianus.

8 *Cælum, & terram,*] Per cælum, & terram, non materiam, ex qua cuncta corpora conſtant, intelligit, vt Auguſtinus de aliquibus ſic exiſtimantibus refert, & S. Thomas improbat; nec angelicam naturam per cælum; per terram vero materiam informem, vt Auguſtinus ſcribit, (qui multa non diffiniendo ſæpe refert) de quo Tertullianus Hermogenem reprehendit; Nec per cælum, empyreum tantummodo cælum; vt grauiſſimi viri innuere viſi ſunt, inter quos Baſilius, & Beda, qui Hieronymum ſuæ mentis ſuffragatorem collaudat; Diodorus Tarſenſis Chryſoſtomi magiſter, Damaſcenus, quos ſecuti ſunt quamplures, pro quo & Theodoretum citant qu. 11. & 14. in Geneſ. Sed nihil minus, non quod empyreum cælum increata quædam claritas ſit, quæ iuſtis pro mercede eſt repromiſſa, vt quidam non ſine erroris nota cum Arnaldiſtanis (de quibus S. Bernardus) affirmant; cum nihil aliud à Deo increatum ſit; Deus autem ipſe benedictus lux ſit hæc inenarrabilis, increata, Sanctis repromiſſa, de qua Baſilius; & cælum igitur empyreum, & alij orbes hoc loco cæli nomine comprehenduntur, vt vidimus. Porro empyreum cælum dari, ex Apoſtolorum traditione docet Clemẽs; quod etiam Baſilij teſtimonio conſtat, & aliorum Patrum, quos ſecuti ſunt Strabo, & Beda (qui empyrei nomine vſi ſunt) & omnes Scholaſtici.

Baſil. lib. 2. & 3. in Gen. Beda in Hex. Diodorus. Damaſc. l. 2. de ſi. Ort. c. 6.
S. Bern. epiſt. ad Epiſc. Conſtantia.
Baſil. hom. 2. in Gen.
Clem. 2. & 3. recognit.
Baſ. h. 1. Hex.
Strabo. Beda.

9 *Cælum.*] Scio viros grauiſſimos tenuiſſe, angelos, iam ante mundi huius conſtitutionem, à Deo conditos fuiſſe; ſic Origenes, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, quem ſecutus eſt D. Hieronymus, Ambroſius, Hilarius, Anaſtaſius Synaita, Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, Ioannes Damaſcenus, Hugo de ſancto Victore, cum plerìſque alijs, tam Græcis, quam Latinis; quod & Ioannes Caſſianus apud Catholicos ſuo tempore commune fuiſſe teſtatur; & Auguſtinus contra Fauſtum in dubium reuocat, licet ſæpe alibi cum mundo conditos affirmet; & licet Lateranenſe Concilium, ſub Innocentio Tertio, anno Domini 1215. oppoſitum diffinire videatur, non tamen ita eſt, vt S. Thomas aperte docet in primæ decretalis expóſitione: ſiquidem Concilium, Origeniſtarum errorem refellere tantum conabatur, exiſtimantium ſcilicet ſpirituales ſubſtantias primum à Deo productas, quæ cum peccaſſent, creata eſſe deinde corpora, quibus veluti carceribus detruſæ ſcelerum darent pœnas. quare cum Theodoreto Cyri Epiſcopo dico: Qui angelorum turbas ante cælum, & terram à Deo conditas eſſe dixerit, pietatis verbum non offendit, id eſt, nihil contra fidem aſſerit; cæterum hac noſtra tempeſtate, quaſi comuni Scholaſticorum conſenſu, temere, & ſatis periculoſe loqueretur, vt non contemnendis argumentis, & teſtimonijs id aſtruere nituntur, maxime qui ex recentioribus in S. Thomam cõmentaria ediderunt. Nobis ſatis ſit hæc attigiſſe.

Orig. in lib. Περιαρχῶν
Baſil. 1. & 2. ho. in Hex.
Greg. Nazia. ſer. de Natali.
Hier. ſup. epi. ad Tit. & ad Damaſum.
Amb. in H… c. 5. & præfat. in Pſ. 1.
Anaſt. lib. 6. Hex.
Iſid. lib. 1. de ſummo bono.
Damaſc. 2. li. ſi. ort. c. 3.
Hugo de Sancto Vict. q. 3. in epiſt. ad Ti.
Aeneas Gazæus dial. de anima.
Io. Caſſ. lib. 8. coll. col. 7. & 8
Aug. 22. contra Fauſtum. c. 10.
Augu. 11. de ciuit. Dei c. 9. & 32. & l. 12 c. 15.
S. Th. 1. part. q. 61. a. 3. & opuſc. 15. & 23.
Th. q. 3. in Gr.

10 *Cælum*] Præter nomen *Samain*, quo Moyſes hic vtitur, habet cælum etiam & alia nomina; dicitur enim ab effectu *Hariphe*, ab *Araph*, quod eſt influere; & dicitur *Sachak*; in quo diei magnitudo, & omnipotentia inſinuantur; quòd cum cælum tantæ ſit capacitatis, vt terra illius comparatione ſit veluti punctum, dicitur tamen *Sachak*, id eſt, pulluis adeo exiguæ quantitatis, & ponderis, vt ſi in altera ſtateræ parte collocetur, non valeat illam inclinare. vide cælum quam minima res ſit reſpectu Dei, *es vn brinquinyo de Dios.*

שמים
עריפי
ערף
שחק
שחק

d *.i. deſerta, & ſine incolis.*
f *Mineralibus intus, & ſeminee extra vero plantis, & arboribus deſtituta.*
h *.i. lucis abſentia.*
k *in diaphano, quod erat ſuper.*

a b c d e f g h i k
Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper

a *.i. ſuperficiem omnem.*
b *aqua vndique terram cooperientis.*

a b
faciem abyſſi.

S C H O L I A.

Chryſ. in Gē.

11 *Terra autem erat inanis, & vacua.*] Potuit Deus initio cuncta omnibus numeris abſoluta, & perfecta condere; ſed, iuxta Chryſoſtomum, humano more paulatim ſex diebus illa perficere voluit; ne videretur orbem ab æterno perfectum in lucem tantum denuo edidiſſe; ſed, ſicut ſex diebus perfeciſſe legimus, ita & initio temporis denuo creaſſe intelligeremus. Porro Septuaginta legunt, inuiſibilis, & incompoſita: cui conſonat quod Ioſephus ſcribit, ſed dum terra ad aſpectum non veniret; Aquila vertit, Vanitas, & nihil; Symmachus, Otioſum, & indigeſtum; Theodotion, Inane, & nihilum; Onkelos in ſua paraphraſi, Deſolata, & vacua; at Ionathas, vacua ho-

Ioſeph. 1. antiq. c. 1.

תהו ובהו

minibus, ac iumentis. Cæterum in Hebræo eſt *Tobu vabohu*, quæ duo nomina tam proxima ſibi ſignificatione cohærent apud Hebræos, quam inane, & vacuum apud Latinos: vnde eſt *Tobu*, aliquando vacuum vertitur, vt Ieremiæ 4. aſpexi terram, & ecce *Tobu*, id eſt, vacua erat: aliquando vanum, vt 1. Reg. 2. nolite declinare *Latohu*, id eſt, poſt vana, quia *Tohu*, id eſt, vana ſunt. hoc tamen animaduerti, quod cum *Tobu* inane importat, & omnino eſſe inanem innuit, & cum habitudine ad finem, id eſt, rem, quæ nullo modo finem ſuum ſit conſecuta: vnde Hiſpani vanum dicimus, *que Dio en vazio*. *Tobu*, igitur dicta eſt terra, quod nulli in illa adhuc eſſent habitatores, ad quod facta dignoſcitur, vt ſcilicet illam animalia inhabitarent. Hinc aliqui vertunt *Tobu*, id eſt, horribilis, à *Toch*, Chaldaico verbo, quod eſt admirari, & ſtupere, & dictis vtique conſonat: quæ enim inuia ſunt, & deſerta, horribilia ſunt. Iam *Tobu*, id eſt, vacua, in ordine ad locatum intelligi debet, quod multa gignendi capacitatem cum haberet, nondum ad illa procreanda vim accepiſſet, vt ſunt gemmæ, lapides, metalla, ſemina, herbæ, virgulta; & extima telluris facies, amœna arborum, & agrorum viridantium forma careret, nec ad aſpectum veniſſet, tenebris vtique obducta, & immenſis aquarum molibus obruta.

תהו — תהו — תהו — תהו — תהו — תהו — תהו

חשך — על פני

12 *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.*] *Coſcech*, id eſt, tenebræ, per quas obſcuritas quædam, & lucis negatio intelligi debet, non priuatio; cum nondum condita eſſet lux. Porro *Alpene*, id eſt, faciem, iuxta Hebræum, ſuperficies in plurali importat, in quo ex omni parte, tam verſus noſtrum hemiſphærium, quam verſus oppoſitum, obſcuritatem fuiſſe innuitur; ſuperficieſq., quam intuemur, facies dicitur; quòd ex facie dignoſcatur homo quis ſit. Iam abyſſus vox Græca eſt, locumq. profundiſſimum (iuxta Baſilium, Auguſtinum, & Suidam) importat; non quod fine careat, ſed per exaggerationem; quia altiſſimus eſt. Hoc tamen loco, humidam ſubſtantiam, ſcilicet aquam ſignificat, quæ profundiſſima eſt, magis quam terra. vtpote elementum maius, & tunc vndique terrã cooperiens, ratione cuius & ipſa terra abyſſus appellata eſt. Erit igitur ſenſus: Et diaphanum, quod aquæ ſuperficiem vndique circumdabat, lucis ſplendore deſtitutum erat; iuxta illud Iob 38. Et caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem, & Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro ſic ait: Erant tenebræ infinitæ in abyſſo; & licet elementum ignis eſſet, ea tamen eſt eius natura, vt groſſiori quadam indigeat materia, quatenus illi concretus, lucidus, & conſpicabilis reddatur.

Baſ. ſup. Gen. Aug. in Pſ. 41 Suidas. — *Mercur. in Pimandro.*

13 *Et tenebræ erant.*] R. Moyſes, initio, cum cælo conditam lucem defendit; ſed, propter craſſam, & perturbatam elementorum congeriem, hæc inferiora non illuminaſſe vſque ad quartum diem; ac proinde tres dies priores caliginoſos fuiſſe; quam ſententiam ex recẽtioribus multi defendunt; in cuius rei imaginem, & denſiſſimam nubem nunc aliquando impedire ſolis lucem, & radios dicunt, & hanc fuiſſe Dionyſij, & D. Thomæ mentem affirmant, cui fauere videtur Plato in Timæo; quidquid erat, non tranquillum, & quietum, ſed immoderate agitatum, & quaſi fluctuans: quæ verba his alludere docet Iuſtinus Martyr in poſteriori Apologia pro Chriſtianis; conſonant etiam Anaxagoras, qui confuſa, & indigeſta à principio extitiſſe omnia dixit; cuius, & Heſiodi mentem Ouidius initio Metamorphoſeos cecinit, Vnus erat toto, &c. Sed certe Dionyſius, & S. Thomas ſolem dicunt conditum cum cælis; lucem vero nequaquam, quouſque Deus dixit, Fiat lux, tunc qualitas illa à ſole manauit actu; ſicq. in actu exercito ſol illuminauit, qui antea lucidus erat tantum in potentia remota, & habitudine eſſentiali, id eſt, eius naturæ, ad cuius perfectionem debebatur lux. Prima igitur die iam hæc inferiora illuminauit; quomodo autem ſol die quarta factus dicatur, in ſequentibus videbimus.

R. Moyſes. — *Dion. 4. c. de di. no. S. Tho. par. 1. qu. 67.* — *Plato in Timæo.* — *Iuſtin. in Apo. 2. pro Chriſt.* — *D. Dion. 4. de di. no. S. Tho. p. 1. qu. 67. à 4. ad 2.*

14 *Super faciem abyſſi.*] Abyſſi hanc faciem vſque ad Empyreum cælum tunc pertingere exiſtimauit Beda; per abyſſum ſiquidem materiam quandam humidam aqueam, & veluti nebuloſam intellexit; non ex æquo raram, nec denſam, ſed talem, quæ amplius extenuata in aerem recreſceret, & denſius coacta in elementarem aquam conuerteretur; ex qua etiam ſecretiori, ſed admirabili ratione concreta orbes cæleſtes conficerentur. Sed hæc non ita conuenienter dicta puto, iuxta D. Thomæ veram diffinitionem, niſi orbes cæleſtes ex elementari materia conſtare dicas, & elementa non primo prima naturæ principia eſſe dicamus; quæ omnia veræ philoſophiæ parum conſona videntur.

Beda in Hex. — *S. T. p. 1. q. 67*

---

b c — *.i. Spiritus ſanctus, in ſpecie venti, qui ferebatur viſibiliter.*

d e f — *.ſ. ad modum auis volitantis; ipſe vero Spiritus ſanctus inuiſibiliter fouebat aquas.*

a b c d e f

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

S C H O L I A.

רוח — רוח

15 *Et ſpiritus Dei.*] *Ruach*, id eſt, ſpiritus etiam cum addito, Dei, aut Domini, in Scripturis aliquando pro vento, aut aere ſumitur, vt Pſalm. 147. Flauit *Ruath*, id eſt, ſpiritus eius, & fluent aquæ. Et Iſai. 4. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Aliquando pro Spiritu ſancto, vt Iſai. 48. Spiritus Dñi ſuper me. Hinc interpretes quidã locum iſtum intelligũt de vento: vt Tertull. (quo aeris elementum indicaſſe aduertit Moyſen) & Theod. Syrinen. ita vt Spiritus Dei Hebraiſmo dicatur vẽtus à Deo excitatus; nondũ enim erant naturales cauſæ, quæ commouere illũ ſolent,

Tertul. aduerſus Hermog. Theod. qu. 8. in Gen.

ſic &

Baſil. hom. 2. in Hex. Diodorus. — *Phil. lib. de hæreſibus.* — *Iunil. de par. di. leg. Idem in Gen.*

ſic & multos alios, tam ex Græcis, quam ex Latinis exiſtimare referunt Baſilius, & Diodorus; nec illud reprobant: placet tamen illis amplius, per ſpiritum Dei, Spiritum ſanctum intelligi: ſic etiam interpretatur Philaſtrius Briccien. Epiſcopus, cuius meminit Auguſtinus in quadam epiſtola, & Tritemius in diuinis Scripturis doctiſſimum fuiſſe affirmat, claruitq. ſub Theodoſio Imperatore: Iunilius etiam Africanus, licet aliquando de Angelo intellexerit, at ſuper Geneſim de voluntate Spiritus ſancti exponit: Sicut voluntas, inquit, fabri, ſuperferri dicitur ijs, quæ fabricanda ſunt, ita & Spiritus ſanctus, vt diuideret, foueret, à terraq. ſegregaret, dudum facturus, ſuper aquas ferri perhibetur: quo modo Plato de Deo philoſophari viſus eſt. D. Ambroſius dicit, in hoc congruentius cum fidelium, & Sanctorum ſententia exiſtimare, loqui hic Scripturam de Spiritu ſancto: idem tenent Hieronymus, Auguſtinus, & Beda, quod & Eccleſia innuere videtur in benedictione fontium, dicens: Tu ſuper aquas, fotus eas, ferebaris: & antiqui Hebræorum expoſitores in libro, qui dicitur Bereſith Rabba, id eſt, genus magnum, ſiue Geneſis magnus, dicunt, ſpiritum, qui ſuper aquas ferebatur, Meſſiæ ſpiritum fuiſſe, vtique ſecundum Catholicam veritatem, quia ab ipſo procedit; quibus alludere videtur Mercurius Triſmegiſtus: Et ſpiritus, inquit, tenuis, & intelligibilis, qui diuina virtute erat in ipſo chaos: & alibi de hoc ſpiritu loquens, ait: Omnia viuificat, & alit; iuxtaque Stoicorum dogma aſſerentium, omnia, quæ ſunt in mundo, vno diuino ſpiritu procreari, regi, atque contineri, cecinit Virgilius Æneid. 6.

Plato in Timæo. — *Amb. in Hex.* — *Hier. q. heb. in Gen.* — *Aug. lib. imperfecto, & Gen. ad literam. c. 4.* — *Beda in Hex.* — *Mercur. in Pimandro. Idem ſer. 10. ad Æſculapiũ.*

Spiritus intus alit; totamq. infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Et ita certiſſimum iudico. Cæterum cum Diodoro Tarſenſi, & aerem, & Spiritum ſanctum ſecundum literam intelligi exiſtimo. Aderat igitur Spiritus ſanctus, ſed cum externa aeris figura, ſicut aliquando in figura columbæ, & flatus, & ignis adueniſſe legimus. Porro Chryſoſtomus, de vitali operatione aquis inſita, interpretatur. Sed hæc vitalis operatio, non ſpiritus Domini, ſed magis effectus huius ſpiritus forſan fuit.

Chryſ. hom. 3. in Gen.

Hier. qu. Heb. in Gen. מרחפת

16 *Ferebatur ſuper aquas.*] D. Hieronymus, qui in aliquibus vulgatum textum correxit ex Damaſi Papæ mandato, verbum Hebræum *Merachepheth*, proprie vertendum eſſe dicit, incubabat, ſiue confouebat; & Baſilius, Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, & Ambroſius, dicunt, Syrum, qui vicinus eſt Hebræo, & in ſermone conſonat, in pleriſque habere, Spiritus Dei fouebat aquas; quod à quodam magno viro ſe accepiſſe refert Baſilius; forſan ab Efren Syro illi perfamiliari; ſic & R. Salamo. Fouebat itaque aquas in ſimilitudinem alitis, vt inquit Hieronymus, oua calore animantis; Hiſpanè dicimus, *engorrando y enpollando las aguas.* Sed certe hæc Diui Hieronymi correctio non eſt admiſſa; ſicut nec aliquæ aliæ; quamuis & aliquæ receptæ fuerint: manet igitur in noſtra vulgata, & ferebatur: nam *Rachaph*, à quo *Merachepheth*, proprie ſignificat moueri, aut mouere ſe; in Hebræo enim eſt verbum non paſſiuum, ſed actiuum; vide Deute. 32. Super ipſos *Ierocheph*, id eſt, volitans, quod motum importat. Hinc & aliqui vertunt in hoc loco, Et ſpiritus Domini volitabat ſuper faciem aquarum; & vtraque Chaldaica tranſlatio Onkeli, & Ionathæ habet: Et ſpiritus Domini flabat ſuper faciem aquarum; flare vero cum motione, & agitatione aeris eſt. & Ieremiæ 23. *Rachaphu*, id eſt, contremuerunt omnia oſſa mea, quod motionem ſonat; at fouere, potius modum, & effectum motionis ſpiritus exprimit. Erit igitur germanus ſenſus; Et ſpiritus Domini, id eſt, aer, ſymbolum, & figura Spiritus ſancti fouentis inuiſibiliter, & viuificantis aquas, ſiue tribuentis illis vim viuificandi, & procreandi animalia, non actualiter; quia hoc quinta die factum eſt, ſed quaſi in procinctu (vt humano more loquar) ad id præſtandum ferebatur, & agitabatur leni motu, quod nos, *ventiſcaua*, ſuper faciem aquarum, admodum fouentis illas; ſicut & artifices ferri dicuntur ſuper materiam, de qua operari inſtituunt, vt inde artificioſa opera componant, & efficiant.

רחף מרחפת ירחף רחפו

a *actu intellectus practici, ſ. imperio, dixit, iuſſit.*
c *quia non prophetando, ſed imperando, & per modum agentis à propoſito, dixit.*
d *i. ſol lucidus.*
e f g h *i. à ſole fluens lux, cœpit orbem illuminare.*
k *i. approbauit, ſiue complacuit in opere facto.*

a b c d e f g h i k l
Dixitq. Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus

f *ſucceſſiue, & loco ſegregauit.*
g *non ſecundum ſe, ſed ſecundum lumen diffuſum in elementari ſphæra.*
i *i. à corpore carente luce.*

a b c d e f g h i
lucem quòd eſſet bona: Et diuiſit lucem à tenebris.

a *i. nomen appropriauit, vel ſaltim voluit, vt appropriaretur, iuxta communem naturæ diſponentis illas ad talem accommodationem.*
b *non ſecundum ſe, ſed ſecundum diffuſum lumen in elementari ſphæra.*
c *appropriatè.*
e *ex abſentia lucis, in corpore.*
i *i. nox, ſeu terminus diei.*

a b c d e f g h i
Appellauitq. lucem diem, & tenebras noctem. Factumq. eſt veſpere,

b *i. dies, ſeu terminus noctis.*
c *ſ. 24. horarum duratio, quæ propriè dies dicitur.*
d *i. primus, qui vt aliorum norma, 24. horarum duratione inſtituitur.*

a b c d
& mane dies vnus

S C H O L I A.

Iren. lib. 5. Lact. li. 4. c. 1. Theodo. q. in Gen. Moſes de paradiſo p. 2. c. 18. Baſil. hom. 3. Hex. Baſil. vbi ſup. Ambr. lib. 1. Hex. c. 19. Aug. lib. 1. in Gen. ad lit. Rup. lib. 1. in Gen.

17 *Dixitque Deus*] Irenæus, Lactantius, Theodoretus, & alij, quos Moſes Syrus refert, ſenſibili voce Deum dixiſſe, & locutum fuiſſe contendunt: ſed cum tunc nullus eſſet auditus, vt Baſilius annotauit, ad quid voce ſenſibili Deus ſermonem efformaſſet, difficile eſt aſſignare. Quare præſtat cum Baſilio, Ambroſio, Auguſtino, Ruperto, & pleriſque ex priſcis patribus, actum intellectus practici, ſiue imperium practicum Dei, per illud, dicere, intelligi debere, quo in tempore cuncta condidit. Adde, Hebraica phraſi in ſcripturis vſitata interpretari, dixit, id eſt iuſſit, ſiue voluit.

יהי

18 *Fiat lux*] *Iehi*, futurum indicatiui eſt; optime tamen per imperatiuum vertitur, ſit, vel fiat, (& peculiaris eſt Hebræis huiuſmodi temporis & modi commutatio;) quia hoc diuinum, dicere, non prophetando, ſed imperando, per modum agentis, non naturalis, ſed à propoſito, eſt.

19 *Fiat lux.*] Quod ſolem quarto die conditum infra ſacer textus dicat, quidam per lucem hanc angelos intelligunt, vel lucem quandam immaterialem; inter quos Auguſtinus, qui ſæpe, non diffiniendo varia refert: at Baſilius prima die lucis naturam immaterialem effectam ait, quæ per contractionem & radiorum emiſsionem ad Dei nutum, noctem & diem illis tribus diebus conſtituit; quarto vero die factum eſſe ſolem, vt eſſet illi primogenitæ luci vehiculum, ſicut lucerna, eiusq. lucem temperaret. Eiuſdem mentis fuit Gregorius Nazian. Auguſtinus autem dubius videtur. Forſan hi patres, per immaterialem lucis naturam, intentionalem, non omnino ſpiritualem intelligi voluerunt; etenim Theodoretus, (quem aliqui in eandem ſententiam citant) tantum innuit conditam ante ſolem; & quod q. 7. cum Gregorio Nyſſeno lucem primo die conditam, ſubſtantiam vocat, non prout ab accidente diſtinguitur, intelligendum puto, ſed ſubſtantiam, rem ſolidam vocat, ſeu ens reale exiſtens. Similiter & Damaſcenus cum dicit lucem hanc ignem fuiſſe, non ignem elementarem putes, ſed quia more Platonis, & Ariſtotelis, lucem ſiderum ignem cæleſtem appellabat. Porro Beda, & Hugo de ſancto Victore, quos multi ex recentioribus ſequuntur, lumen prima die conditum, corpus quoddam lucidum fuiſſe dicunt, ad ſimilitudinem denſæ lucentisq. nubis, quod in orbem à loco, à quo nunc ſol, dierum & noctium viciſsitudines efficiebat, non habens vim calefaciendi aut viuificandi, ex quo lucido corpore quarta die ſolem formatum contendunt; quod non per mutationem ſubſtantialem fieri tūc debere docte Sanctus Thom. oſtendit: potuit tamen per diuerſam illius materiæ condenſationē, & nobilioris ſiue vberioris lucis acceſsionem, fieri; quod licet poſsibile non inficier, certius tamen credo cum diuo Dionyſio & S. Thom. lucem primo die factam, ſolis eſſe qualitatem, ſcilicet, quæ tunc ab eius principijs fluxit, ſed informem tunc, vt pote cui nondum determinata virtus ad pleroſque effectus collata fuerat, vſque ad quartum diem. vnde non dicitur hoc loco, & factum eſt ita, ſicut quarto die, iuxta aliquos; in Hebræo ſiquidem, *Ken*, id eſt, ita, non ſolum ad ſimilitudinem, ſed etiam ad compoſitionem pertinet & ornatum: etenim *Konam* & componere, & apparare apud Hebræos ſignificat; non igitur hic dictum eſt: Factum eſt ita, quod non omnimodam perfectionem vſque ad quartum diem, ſicut Deus diſpoſuerat, eſſet aſſecuta. Cæterum ſequenti die dixit: Factum eſt ita, & tamen nondum perfecerat, quæ ad aquarum diſtinctionem & ornatum pertinebant: vnde non addidit, vidit Deus quod eſſet bonum, vt videbimus. Deus itaque, qui lucem habitat inacceſſam, & lux eſt, quæ mentes illuminat, lucem hanc condidit, quæ corporeis oculis cerni poſſet, vt mundi ſpeciem venuſtaret.

Aug. 11. de ci. Dei c. 7. & 9. & ſuper Gen. ad lit. 12. & li. 12. confeſſ. c. 9 & 16. Greg. Naz. in oratiōe de die dominico. Aug. 12. cap. Gen. ad lit. Theod. q. 14. in Gen. Theod. q. 7. in Gen. Greg. Nyſſen. Ho. ſup Hex. Damaſc. lib. 2 de fi. ort. Plato in Timæo. Ariſtot. in lib. Topi. Beda in Hex. Hugo lib. 1. de Sacramentis. S. Th. p. p. q. 6. Dion. 4. c. de di. no. S. Th. p. p. q. 64

כן כונן

20 *Et vidit Deus lucem quod eſſet bona,*] id eſt, complacuit artifici opus ſuum. more humano loquitur, quo, poſt factum opus, complacet quis ſibi in illo; non quod antea Deus illud non viderit: nec inopinatæ lucis admirationem demonſtrat, ſed à ſe conditæ lucis approbationem commendat, vt vtilem & iucundam.

21 *Et diuiſit lucem à tenebris.*] Non de ipſa luce ſecundum ſe, ſed ſecundum diffuſum lumen in elementari ſphæra ſermo eſt: non enim lux ipſa cæleſtis in ſe dies vocatur, ſed illius illuminatio in his inferioribus vſque ad lunarem orbem; eo enim terræ vmbra pertingit; alioquin lunæ ecclipſis non appareret. diuiſit itaque lucem a tenebris & loco, & ſucceſsione; vt ſcilicet ſibi inuicem ſuccedant, ne vlla ſit commiſtio, ſed altera alteram pellat: loco quidem; quia ſic lucem tantam, & in tali loco, & in tanta diſtantia condidit, vt non ſimul vtrumque hemiſpherium illuminaret, ſed terræ vmbræ locus relinqueretur; ſicque, dū in vno hemiſpherio luceret, in altero propter terræ vmbram ad lucis abſentiam tenebræ ſint, ſibique inuicem tenebræ, & lumen ex regulari ſolis motu in orbem ſuccedant. Propter prædicta igitur dico, Deum lucem à tenebris diuiſiſſe ſeu ſeparaſſe.

22 *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.*] Forſan, quod Adam vel ſolis animantibus nomina impoſuit, vel quæ a Deo inſtituta fuerant per reuelationem agnouit: vel certe appellauit, id eſt, voluit vt iſta nomina ſortirentur, iuxta eorum naturas.

23 *Lucem diem.*] Non diem, de qua poſtea dicitur, veſpere & mane dies vnus, ſed quod

vulgo

vulgo dicimus, iam dies eſt, *ia es de dia, ia es nacido el dia*, vt ſcilicet diſtinguitur contra noctis tenebras.

יום

24 *Lucem diem, & tenebras noctem*] *Iom*, id eſt dies, quaſi ſtrepitum, ſonum, & quid ſimile importat; quod in die, in qua homo ad operationem ſuam exit, ſemper voces & ſtrepitus ſint. Noctis autem nomen abſtrahitur à *Laha*, id eſt defatigari; quia in ea feſſa diurna vigilia, & ſtrepitu, quieſcunt; vel tūc certum ſit homines ex diuturno labore defatigatos eſſe.

לאה

ערב ערב ערבון

25 *Veſpere*] Dictio hebraica *Hareb*, quæ hic ponitur, ab *Harab* ortum habet, quod eſt ligare, ſeu obligare. Geneſ. 44. Qui *Harab*, id eſt, in meam accepi fidem, ſeu deuinxi; ligat enim ſe, qui rem in ſuam accipit fidem: Inde *Herabon*, id eſt pignus; quòd liget, & ad ſoluendum obliget. ſic igitur dicitur veſpera, quia diem cum nocte liget, & quod quaſi tantiſper homines feriari faciat, & ad id obliget: vnde propriè illud tempus ſignificat, quod Latini crepuſculum vocant, qui res incertas creperas appellant, quòd dubium ſit, an diei, an noctis pars ſit. Veſper vero, à ſtella, quam Græci *Heſperon* dicunt; Plautus Veſperuginem; Ennius, Veſperum, Martialis *Phoſphorum*, Virgilius, *Heſperon*. Ab occaſu igitur ſolis vſque ad tenebras noctis, veſpere in ſcriptura ſæpe vocatur, vt Exo. 12. Ad veſperam immolabitis. Hoc autem loco ſumi poteſt vt terminus diei, quando ſolis lux omnino abijt; mane vero pro termino noctis excluſiue; ſicque intellexerunt Baſilius, & Ambroſius, Chryſoſt. & Aug. ſicque, primo, veſpere dictum eſt, non mane, cum nulla præceſſiſſet nox ipſum diem. Cæterum hæc dicta exiſtimo reſpectu vnius hemiſpherij; nam ſi abſolute loquamur, quamprimum fuit dies in vno hemiſpherio, in altero fuit nox; & ſic dicere poſſumus, per veſpere, noctem, per mane, diem intelligi, vt ſit ſenſus, ex die & nocte factus eſt dies vnus.

Plautus. Ennius. Martialis.

Baſ. in Hex. Amb. in Hex. Chryſ. hom. 3. & 5. in Gen. Aug. prim. de Geneſ. ad lit. contra Manicheos c. 10. & lib. imperfecto ſup. Gen. c. 7.

בקר בקר בקר

26 *Et mane*] verbum *Bacar* à quo *Bocer*, id eſt mane, proprie iuxta Hebræos diſcernere importat, vnde mane *Bocer*, quòd tunc res ab inuicem diſcernantur.

27 *Dies vnus.*] Qui ſcilicet eſt viginti quatuor horarum; dies, qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (vt Macrobius tradit) durat: ciuilemq. diem vocabant, quòd in alijs atque alijs ciuitatibus & regionibus, alio atque alio modo obſeruaretur: Athenienſes enim diem ciuilem auſpicabantur a ſole occidente ad ſolem iterum occidentem, ſicut & Hebræi à veſpera vſque ad veſperam; Babylonij, ab ortu ſolis ad ſolem ſecundo exorientem; Vmbri, à meridie ad meridiem ſubſequētem; Romani, à noctis medio vſque ad mediam noctem, quod in ieiuniorum obſeruatione in Eccleſia cuſtoditur, & Iuriſconſulti Romanos ſecuti eodem computant modo.

Macr. l. 1. c. 3. De hoc vide Iſid. 5. Etym. c. 3. ex Plinio lib. 2. c. 77. & Gellium l. 3. c. 2. & Cenſorinum lib. de natali Romanorum.

28 *Dies vnus*] vt quid vnum dixerit diem, non primum, Origen. Baſilius, Hippolytus, Chryſoſtomus, & Philo apud Euſebium, varias reddunt rationes; ſed earum multæ ad myſticum ſenſum pertinere videntur. Ambroſius doctè ait, quod & Baſilius innuit, vnam dixiſſe, quod iam ex ſecunda pateret præcedentem primam fuiſſe; vnius tamen diei menſuram viginti quatuor horarum duratione lege conſtituens, vnum dixit diem. Adde, apud Hebræos, vnum, ſæpe pro primo ſumi, iuxta Theophilactum: vna enim Sabbathi in Euangelio, pro prima die Sabbati ſeu hebdomadæ ſumitur. & Dan. 9. vno anno Darij, id eſt, primo; vnde vna menſis ſeu anni, apud Hebræos, id eſt, prima menſis ſeu anni. Porro Damaſcenus, & Athanaſius aſſerunt, diē priorem fuiſſe nocte: at Heſiodus, Ariſtophanes, & Orpheus priorem fuiſſe noctem contendunt; ſed certe ex ſcriptura cōſtat tenebras prius fuiſſe, quas non noctem, aut priuationem lucis, ſed illius negationem intelligo: at noctem & diem ſimul fuiſſe quis dubitat? cum enim ſol in vno hemiſpherio luxit, in altero ex terræ vmbra nox vtique fuit. Iam duratio illa, qua tenebræ ſuper abyſſum fuerunt, an ad durationem primæ diei pertineat, Baſilius, Hieronymus, & Beda ante primum diem factum fuiſſe cælum & terram dicunt, per primam diem vtique intelligentes ſolam durationem lucis, & noctis à condita luce. ſi autem dies primus viginti quatuor horarum duratione metiatur ex motu cæli, qui ab eiuſdem creatione cœpit, ſic tenebræ illæ ſuper faciem abyſſi, ad primum diem pertinent; breuiſſimaque temporis mora interceſſit inter inſtans creationis cæli, & productionis lucis, quæ à ſolis natura ſimplici emanatione fluxit; qua perexigua mora ſeu duratione minus illuxit ſol primo illo die, duratione ſcilicet viginti quatuor horarum, quàm cūctis ſequentibus diebus. Cui alludit Chaldæus, qui ait: Et factum eſt veſpere, & mane diei primi, id eſt, completa ſunt veſpere & mane, quæ fuerunt in primo die, non ſcilicet omni duratione viginti quatuor horarum, ſicut in reliquis omnibus: quia præceſſerunt in eadem die tenebræ à conditione cæli & terræ, vſque ad lucis productionem.

Orig. in Hex. Baſil. in Hex. Hippolitus. Chryſ. in Gē. Philo in Coſmopeia. Euſeb. lib. 11. de pri. Euang. Amb. in Gen. Baſil. in Hex.

Theophil. in Euangelia.

Damaſc. lib. 2. c. 7. Athan. q. 90. Heſiodus in Theogonia. Orpheus & Ariſtophanes apud Suidam.

Baſilius. Hier. q. Hebr. in Gen. Beda in Gen.

---

a: *.i. ſuo practico imperio iuſſit.* d e: *per hoc, quod aeri continendi aquas virtutem dedit, firmamentum fecit.* f g: *.i. inter.* h: *.ſ. inferiorum & pluuialium:*

a b c d e f g h

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum:

---

a b: *.i. ſeparet diſtantia & loco.* c: *inferiores.* e: *pluuialibus.* g: *dando virtutem aeri continendi aquas pluuiales.* i: *ex hoc, quod firmauit illam aeris partem.*

a b c d e f g h i

& diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum,

---

a: *.i. ſeparauit loco & diſtantia.* e f: *.ſ. has inferiores.*

a b c d e f g h i

diuiſitq; aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ

.i. plu-

b c d e f g h i k l

.i. pluuialibus. quia ipſe dixit, & facta ſunt. .i. appropriauit nomen cæli firmamento, vel ſic naturam eius diſpoſuit, quo appropriari voluit. appropriate, ſed iuxta naturam rei.

a b c d e f g h i k l

erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitq; Deus firmamentum, cælum:

a b c d e f g h

ſicut ſupra die primo dictum eſt.

a b c d e f g h

& factum eſt veſpere, & mane, dies ſecundus.

S C H O L I A.

29 *Fiat firmamentum.*] Sicut cum Moyſes dixit: In principio creauit Deus cælum & terram, proprie de creatione locutus eſt; ſic poſtea, cum de primis illis corporibus facta denuo illa eſſe refert, non tunc creata, ſed perfecta, & aliquibus accidentalibus virtutibus, & conditionibus prædita & ornata intelligendum eſt; ſicut hic, cum dicit: fiat firmamentum; nam & alijs locis ſcriptura res fieri cõmemorat, propter aliquam diſpoſitionis accidentalis acquiſitionem, vt animaduertit Rabanus ex illo. Deut. 21. de muliere gentili apud Hebræum virum captiua; quod ſi voluerit (dicit textus Hebræus) habere eam vxorem, faciet vngues ſuos; Hebraiſmus eſt, quem vulgatus explicat vertens, circumcidet vngues ſuos, ecce facere dicitur vngues ex ſola accidentali vnguium diſpoſitione, quæ ad vnguium decorem confert. Adde etiam, quod Daniel. 4. Nabuchodonoſor Babylonis Regem dixiſſe fertur; nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ædificaui? cum tamen certũ ſit, plures ante ipſum Reges in illa Babylonicos extitiſſe: immo & iam ædificatam ſtatim poſt diluuium. Geneſ. 11. ſed quia ipſam amplificauerat, fortemq; ſtructis muris reddiderat; illam feciſſe gloriabatur.

Rabanus in Gen.

30 *Fiat firmamentum.*] Ex aqua, quæ prius fluxa erat, & liquabilis, ſpiſſata & admodum chriſtalli fortiſſimeq. indurata concretum fuiſſe cælum tenuerunt Theodoretus, Beda, Gennadius, & Seuerianus, quibus ſuffragari videntur Clemens Romanus ex verbis diui Petri, quæ recenſet, & Hieronymus, & Iunilius: Baſilius vero, ex tenui quadam materia; qualis eſt aerea, denſata & conſtipata conflatum exiſtimat, ex illo. Iſai. 51. iuxta Septuaginta. Cælum ſicut fumus firmatum eſt. Iam ſupra prædictos orbes eſſe aquas fluidas tenuerunt Philo, & Ioſephus, Iuſtinus Martyr, Lactantius, Baſilius, Chryſoſtomus, Theodoretus, & Auguſtinus, (vt ſolet non diffiniendo) Beda, & Anſelmus: at vero d. Hieronymus, & Iunilius Afer, non liquidas, ſed congelatas conſtituunt, quorum omnium mentem quidam explicans inquit, aquas illas ad detinendum ſplendorem Empyrei, & Sanctorum ibi poſitas eſſe, quæ ſicut plumbum in ſpeculo ex parte vna quaſi opacum efficiunt; ex altera vero lucidum, ſeu cæruleum, vt viſu experimur. At quod miraculum in prima rerum conſtitutione hæc referant; cum aqua grauis, & naturalis eius locus infimus ſit; (etenim ſi eleuantur ad pluuiam vapores, non aquæ naturam adhuc retinent, ſed vaporum.) Idcirco qui per firmamentum cælum intelligunt, per aquas criſtallinum cælum intelligi volunt, quod aqueum ſit ad modum, quo ſidera Ariſtot. ignea dicit, & æthereos

Theod. q. 11. in Gen. Beda in Hex. Gennadius. Seuerianus. Clem. 2. recognitionum. Hieron. ad Oceanum. Iunil. in Gen. Baſil. ho. 3. in Gen. Philo. Ioſeph. 1. antiq. c. 1. Iuſtinus q. 93. ad Orthodoxos. Baſil. in Hex. Chryſ. in Gẽ. hom. 14. & 27. in Epiſt. ad Hebr. Lactan. lib. 3. c. 44. Procopius in Gen. Theod. in Gẽ. Aug. 11. de ciu. Dei c. ult. & 2. ſup. Gẽ.

ignes, non igne, neque aqua communi cum his inferioribus, ſed per analogiam, igne cæleſti, qui præſtantioris quàm elementaris eſt naturæ, fulgore ſolum referens illum, non calore, nec ſiccitate; ita & aquæ illæ cæleſtes, puritate tantum aquam referunt, non frigore aut humore; vnde & nomina ignis, & aquæ non proprie, ſed per analogiam quandam de vtriſque dicuntur. Exiſtimo tamen cum Auguſtin. D. Tho. Ruperto, R. Ezrah, R. Abraham; immo & iuxta Ioſephum (qui ad vtilitatem imbrium factum fuiſſe ſecundo die cælum dicit) Moyſen craſſiori populo cum ſcriberet, illa tantum eis propoſuiſſe, quæ manifeſte ſenſui apparerent; aer autem, & ignis non ita facile corpora eſſe percipiuntur, cum ante Ariſt. à multis fuerint incognita, & vacuum eſſe putauerint ſpatium hoc, vſque ad cælum: vnde corpora omnia, quæ ſuper nos poſita ſunt, cælum appellauit, ne rudibus ignotum quiddam proponeret; ita tamen vt ſapientibus intelligentiæ occaſionem præberet; cum enim ſupremam huius ſpatij partem orbes cæleſtes teneant, inferiorem ignis & aer, aliquando cæli nomine ſuperiorem partem intelligit, vt cum in hoc capite inquit: Et poſuit eas in firmamento cæli, id eſt in firmamento, quod etiam cælum dicitur, more loquendi Hebræorum; aliquando partem inferiorem, vt cum ait: Fecit Deus firmamentum, &c. Egerat itaque de lucis, ac tenebrarum ſegregatione, ſeu diuiſione, nunc de aquarum diſtinctione ſermonem aggreditur, aquarum, inquam, non ſecundum metaphoram aut Symbolum; ſed ſecũdum veritatem, quales ſunt aquæ pluuiales, & illæ, quibus terra vndique erat cooperta, quæ, medio interiacente aere, loco inter ſe disiunctæ ſunt. Fecit itaque firmamentum, ſecundum quod die ſecunda nubiloſo aeri, qui terræ exalatione, aquas vaporaliter trahit, per ſubtiles minutias ſuſpendendi virtutem & continendi eas tribuit, quas poſt corpulentius conglobatas pluuialiter refundit, ſecundum quam retinendi virtutem firmamentum dictũ eſt, quia firmiter pluuiales aquas detinet, ac ſi firmum, & ſolidum corpus eſſet; huic ſententiæ alludunt verba Iob. cap. 26. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum. & Prou. 8. Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarũ; æthera in Hebræo *ſekakim*, id eſt nubes ſeu nebulas: iuxta Græcum, per fontes etiam non quæ de terra ſcaturiunt, ſed quæ de nubibus in terram defluunt, & Dan. 3. Et benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino, & Pſ. 148. Et aquæ, quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini, non quòd intellectuales eſſent, vt Origenes innuit, ſed iuxta Baſilium, quòd ex admirabili earum in æthere detentione incitari debeant homines ad Dei laudem, &

ad lit. c. 5. & in lib. imperfecto in Gen. c. 8. Beda in Hex. Anſelmus. Hiero. ad Oceanum. Iunil. in Gẽ. Aug. 2. ſuper Gẽ. ad lit. c. 4. S. Tho. p. p. q. 68. a. 1. Cor. Ruper. in Gẽ. R. Ezrah. R. Abraham Ioſeph. 1. antiq. c. 1.

שחקים

Orig. in Hex. Baſil. hom. 1. Hex.

quas

quas in communi aquas dixerat, in particulari deinde repetit, grando, nix, glacies, &c. Et more Hebræorum in plurali dixit aquas, ſicut nos dicimus Venetijs, Pariſijs, cum ſingulares ſint vrbes. Denique firmamenti nomine aerem intelligi putauit Epiphanius in epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum à Diuo Hieronymo in Latinum conuerſa.

Epiph. ad Epiſt. Hieroſ.

31 *In medio aquarum.*] Non vt medium ex omni parte intelligas; ſic vt tanta ſit aquarum moles ſupra, ſicut infra, ſed in medio, id eſt, inter aquas, ſic quòd eas diuidat, nam *Toch*, id eſt, medium: aliquando in ſcriptura ſumitur pro inter, vt Num. 23. Ambulabat in medio caſtrorum, id eſt inter caſtra.

תוך

32 *Aquarum*] *Maijm*, id eſt, aquæ, in ſcriptura non inuenitur in numero ſingulari.

מים

33 *Et diuidat aquas ab aquis,*] id eſt, ab inuicem ſeparet diſtantia, & loco infra degentes à pluuialibus, quæ, quia, dum defluunt, veræ aquæ, & eiuſdem ſpeciei cum alijs ſunt, hebeti genti ſcribens, etiam cum in nubibus ſub vaporum, & nubis ſpecie detinentur, aquas nominat; defluentes enim aquas tantum vident.

34 *Et fecit Deus firmamentum.*] Ex eo ſcilicet, quod tribuit aeri virtutem prædictam; vnde quamuis Hebræi, à verbo *Racah*, quod eſt extendere *Rakiah*, id eſt, extenſionem, ſiue expanſionem ad modũ metalli extenſi vertant, proprie tamen ad mentem auctoris, vulgatus noſter, Septuaginta ſecutus, firmamentum traduxit; quia extenſus aer, propter virtutem ſecundo die ei denuo collatam firmiter aquas continendi, ſub firmamenti nomine factus eſſe perhibetur.

רקע
רקיע

35 *Vocauitque firmamentum cælum,*] *Samaim*, id eſt, cælum, ſecundum aliquos à *Sam*, id eſt ibi, & *Maijm*, id eſt aquæ, & dicitur etiam *Galgal*, quod Latinis eſt rota, Græcis *ſphæra*. Præterea vocandi verbo inſinuatur præter id, quod cælum præcipue ſignificat, appropriatum fuiſſe ad aliud minus principale, propter communem hominum vſum, ſcilicet ad corpus illud, cui Deus virtutem tribuens, firmamentum appellauit; ſicut diem, qui lucem ac tenebras ſpatio viginti quatuor horarum comprehendit, lucem vocauit, id eſt appropriauit, vt ſcilicet lux dies etiam dicatur, adhuc naturæ illius ratione habita. ita R. Moyſ. Adde, non ſemel, ſed ſæpe aerem in ſcriptura cæli nomine deſignari, vt Geneſ. 7. Ruptæ ſunt cataractæ cæli, vulgari populo ſe accomodans, ſicut & in iſto loco, quia pluuiales aquæ ipſis ex altiſſimis cæli regionibus delabi videbantur, & Pſ. 103. Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius. & Pſ. 148. Volucres cæli dictæ ſunt aues, quæ per aerem vt in propria ſphæra volitant. Porro, cælum refert Ambroſius, à cælando dictum, quòd plurium ſtellarum cælatura ſplendidum ſulgeat; ab eo igitur, quòd à parte rei in octauo cælo eſt, omnis ſupra terram latio cælum dicta eſt: firmamentum vero, quod Hebraice *Rakia*, licet non ſecundum linguæ proprietatem, Kakia .n. expanſionẽ importat; quamuis & ſecundũ vſum, qui mathematica Hebraice tractant, ſolida, *Rakia* vocent, ex vicinitate Græcorum, qui corpus ſolidum & firmũ *Stereoma* vocant: ſic vocari ab Epicureo teſtatur Velleius apud Ciceronem, & Iob. 37. quaſi ære ſolidiſſimo, inquit, firmati ſunt: hinc & Homerus cælum ferreum & æneum appellauit, & Ariſtot. iuxta Alexandrum Aphrodiſeum, aſtrorum corpora ſolida eſſe dixit, ſicut & Platonici. Sed aerem, qua ratione continendi pluuiales aquas, & refundendi minutatim vim habet, firmamentum dictum eſſe vidimus: vnde & iuxta Septuaginta, vbi nos in hóc capite legimus: Et volatile ſuper terram, habent: Et volatile volet in ſuperficie, vel ſuper faciem firmamenti cæli, id eſt, ſuper faciem aeris.

שמים
גלגל
. Moyſes.
Amb. 2. Hex. c. 3.
רקיע
רקיע
ςερέωμα
Cicero lib. 1. de natura Deorum.
Ariſt. 1. metheororum.

36 *Et factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.*] Non quòd totum diem in extendendo firmamento expenderit, ſicut nec in condenda luce; quia ſimpliciſſimo quodam momento ſingula condidit; ſed quòd, ſicut luci diem vnum accommodauit, ita alios alijs faciendis ſeu perficiendis, quod in ſequentibus diebus pariter intelligendum eſt.

37 *Et factum eſt veſpere.*] In verſione Septuaginta additum eſt: Et vidit quod eſſet bonum; forſan non ab ipſis, ſed ab alijs per errorem appoſitum: at neque in vulgato, neque in Hebræo extant, cuius ratio eſſe poteſt; quia nondum opus diſtinctionis aquarum perfectum erat, & iam in proximo die futurum, eo diſtulit approbationis verba, ſcilicet; Vidit Deus quod eſſet bonum; ita R. Salomo. quæ vero de binario numero dicuntur (præſertim à B. Hieronymo cõtra Iouinianum, quod infauſtus ſit, quod & pulchre Damaſcius in Platonica doctrina excellẽtiſſimus expendit) ad myſticum pertinent ſenſum; & quod magiſter hiſtoriarum ſcribit, quia hoc die angeli peccarunt, non eſſe ei benedictionem appoſitam, qua facilitate dicitur, eadem & refellitur.

R. Salomon.
Hier. contra Iouinianum.
Damaſcius.
Petrus Comeſt. c. 4.

a *.i. imperio ſuo præſtito iuſſit.* d *quod motu locali factum non dicit, ſicut ſupra, fiat.* f g h i *quæ .ſ. terram vndique cooperiunt.* k l m *.i. ſeorſum à terra & locum continuatione vnum.* n o p *non vento exſiccante, aut vrente ſole, ſed naturali propenſione, vt pars eſt vniuerſi.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Dixit vero Deus: congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida.

a b c d *non vtique violenter, ſed motu naturali, vt pars vniuerſi.* f *appropriate.* h *à ſiccitate ſic dictam.* i *à terendo, quod habitantium pedibus teratur.* k l *.i. Oceani aquarum molem cum ſuis ſinibus, & locum, in quo aquæ ſunt congregatæ.*

a b c d e f g h i k l

Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationesq; aquarum

.i. plu-

h *.i. ibi aquarum moles & a fremitu & ſtridore.* d *.i. approbauit.* h *ad opus ſecundæ diei, & ad hanc aquarum diſtinctionem reſpicit approbatio hæc.*

a b c d e f g h
appellauit maria. Et vidit Deus quod eſſet bonum.

S C H O L I A.

38 *Congregentur aquæ.*] Informitas aquæ, quã abyſſi nomine importari teſtatur Augu. quia quandam aquarum immenſitatem inordinatam denotat, & terræ informitas, ratione cuius inanis dicta fuit, vtraque in hac aquarum à terra ſegregatione, (ita vt apparuerit arida) ammota eſt; ſed quia vtraque maxime ſecundum motum localem facta eſt, factionis nomine non eſt vſus Moyſ. dicens: Fiat, ſed congregentur; & licet hæc aquarum congregatio in Oceano, ſecundum magnitudinem, excentrica videatur; ſed ſecundum pondus vere concentrica eſt, idem habens centrum cum toto vniuerſo.

Herodot. in Clio. Ariſt. 2. Metheororum. Ptolemaus in ſua conographia. Strabo. Plinius. Dionyſ. de ſitu orbis. Baſil. in Hex. Beda in Hex. Philo 1. de mũdi opificio.

39 *In vnum locum.*] Subintellige comparatione ad locum terræ ſiccæ, vt ſit ſenſus, in vnum locum, id eſt ſeorſum à terra ſicca; *deſuiaronſe a vna parte*; quarum certe communis locus eſt Oceanus cum ſuis ſinibus, licet etiam ſint & aquæ portiones in alijs locis: & quamuis mare Caſpium ſcribant Herodotus, Ariſt. & Ptolemæus vndique littoribus circumcluſum, neque ab Oceano aquam accipere; at Strabo, Plinius, Dionyſius, & Baſilius communes habere aquas cum Oceano arctico contendunt; & Beda, iuxta Eccleſiaſtem, omnes aquas mare, vnde exierunt intrare docet; quare veroſimilius eſt, vnitatem huius loci, in quem coactæ ſunt aquæ, attendi ſecundum quod ſunt aliæ aquarum congregationes, (quæ Hebræorum more maria dicta ſunt) veluti ſinus & brachia Oceani, cui etiam & flumina, & aliæ aquarum congregationes quamplurimæ cõiunguntur, vel per manifeſtos, vel occultos terræ meatus. Porro licet Philo dicat: Quidquid erat aquæ ſalſum futurum fertilitati terræ, noxium, in vnum locum fluxiſſe, dulci humore in terra relicto, ne in puluerem terra diſſiparetur, qua veluti glutino compacta terra conſiſteret, & ad plantarum & animalium vtilitatem; certius tamen eſt etiam in mari dulces aquas fuiſſe, ſed paulo amplius denſatas, cum coactæ fuerunt in vnum locum, quam cum vndique terram cooperirent: quamuis & tunc, non ad modum roris, vt quidam cenſent, ſed ita vt vere aquæ ſpeciem retinerent, minus tamen denſæ quam modo ſunt in mari, terramq; multis partibus profunde ſubſediſſe, alijs plurimis in ſublime elatis extumuiſſe, factasq; eſſe magnas terræ concauitates iuxta Ariſt. & Damaſcenum, & Seuerianum, quæ in aquarum maiora receptacula cederent, vt in hæc & ſimilia loca coactis, arida appareret.

Ariſt. 1. metheororum. Damaſc. lib. 2. de Deo. Seuerianus Gaballorum Epiſcopus. Plato in Timao. Ariſtotel. & Auerr. 2. de gener. & 4. Phyſ. tex. 41. & 1. cæli tex. 49. & 102.

40 *Et appareat arida.*] Maius eſſe aquæ elementum ipſa terra affirmant Plato, Ariſt. & Auerroes in Decuplo; quod & Noetico diluuio confirmari poteſt; cum aquæ totam terræ molem quindecim cubitis ſupra eminentiores montes operirent: oppoſitum ex mathematicis viri eruditiſſimi defendunt, qui & aeri ſexaginta millia altitudinem tribuunt, terræ vero à centro vſque ad extimam ſuperficiem, qui ſemidiameter eſt, tria millia quingenta; ſed de his contendentes Philoſophos, magis audaces, quam veros iudicant. Pius ſecundus, & Gregorius Nazianzen. & Cyato mare metiri viſos ſcribunt. Rurſus mare altius eſſe ipſa terra contendunt Plato, Ariſt. Strabo, Cicero, Baſilius, Ambroſius, Hieronymus, Theodoretus, & S. Tho. vbi obiter aduertendum, Baſilium per mare Aegyptiacum Nilum dicere voluiſſe; quod conſtat ex his, quæ Plinius, & Strabo eamdem hiſtoriam narrantes ſcribunt; at vero aquarum in mare procliuis, & ſæpe rapidus decurſus oppoſitum arguere videtur; quin & magna ſcopulorum, montium, & littorum impedimenta Deum adieciſſe ferunt, altiora quidem, quibus quaſi aggere mare concluſit, ne eius aqua inundare poſſent. Cæterum, quidquid ſit de altitudine & magnitudine maris, & terræ, certum exiſtimo, non vento exſiccante, aut ſolis radijs exurentibus vt aliqui voluerunt; ſed vt viuentium manſioni deſeruiret; (licet aqua ſecundum particularem naturam terram vndique cooperiret; vt tamen eſt pars vniuerſi etiam ſecundum ſuam naturam) tunc in vnum locum congregatam eſſe, ita vt appareret arida, & coli, & habitari à viuentibus poſſet; quod ad vniuerſi perfectionem ſpectat: nam & ne vacuum detur, præter ſui particularem naturam in altum naturali propenſione, vt pars eſt vniuerſi, cum grauis alioquin ſit, eleuari contingit; ſecundum quam naturalem propenſionẽ in tali loco conſiſtit; ſic vt, etiam ſi terra inferior illa eſſet, ipſam non obrueret: quam diſpoſitionem à natura Deum illi indidiſſe, Iob cap. 9. præceptum vocat, quo & alibi ſcriptura ſolem oriri, & occidere affirmat: in prima ſiquidem orbis conſtitutione, teſte Auguſtino, non ſunt à viris doctis confingenda miracula. illud etiam hoc loco aduertendum, eſt Procopium Gazeum, (nec annuit Aug. non tamen diffiniendo) putaſſe Antipodum regiones noſtris oppoſitas, aquis obrutas & inhabitabiles in hac aquarum congregatione manſiſſe; ſed hoc ex Hiſpanorum nauigatione, quorum multi illas inhabitant, conſtat non ita eſſe.

Pius 2. Gregor. Naz. lib. 3. de Theologia. Plato in Timao. Ariſt. 1. Meteororum. Strabo lib. 17. Cic. 1. de nat. deorum. Baſil. hom. 4. Hex. Amb. in Gen. Hex. Hier. in Abacuch. Theod. in Gẽ. S. Tho. 1. p. q. 69. art. 1. Plinius lib. 6. c. 29. Strabo lib. 17. Procopius Gazeus. Aug. lib. 16. de ciu. Dei c. 9.

R. Moyſes. Baſil. in Hex. ארץ ארץ רוץ תבל

41 *Et vocauit terram aridam.*] Licet enim totum elementum terra dicatur, appropriate tamen, vt R. Moyſ. aduertit, voluit Dominus eam partem, quæ arida eſt (quod etiam eſt iuxta ſuam naturam) terram vocari à præcipua eius proprietate, quæ ſiccitas eſt, vt Baſilius affirmat: arida inquam, non ſicut arena, quæ infructifera eſt & ſterilis; ſed quia ab aquis exſiccata eſt; non madida, ſicut antea, vt animalium greſſibus teri poſſit, & producendis vireſcentibus eſſet apta. Porro *Erez*, id eſt terra, quod proprie id quod calcatur deſignat: Græce, *Edos*, id eſt pauimentum; & antiquiſſimi Latini a terendo illam dictam eſſe tradiderunt; quod ſcilicet ab animalibus incolis teratur. Sunt & qui *Erez* dictam dicant à verbo *Ruz*, quod eſt currere, quòd ſuper eam iugiter cælorũ rota circumeat. Dicitur etiam & Hebraicæ *Tebel*, id eſt orbis, hoc eſt terra habitata: Naum. 1. Et orbis, & habitantes in eo, & Pſ. 23. Orbis terrarum, & qui habitant in eo. Eſt & ter-

יבשה tium eius nomen in Hebræo *Iabaſa* id eſt, arida; quod per ſe ſicca ſit, niſi aliunde humectetur. quartum eius nomen eſt *Adama* id eſt, humus, terra vt אדמה pote aqua miſta; denotatq. eius rubrum colorem, *Adam* ſiquidem in Hebræo verbum, id eſt rubere: אדם iuxta quam ſignificationem homo de limo terræ conditus ſic dicitur.

42 *Congregationesq; aquarum, appellauit maria.*] Quidam congregationes dixiſſe exiſtimãt, vt Sinus & Oceani brachia comprehenderet: & quidem iuxta Hebraicæ linguæ idioma, vt Hieronym. teſtatur, (*Hier. q. Hebr. in Gen.*) omnes congregationes aquarum, ſiue dulces ſint, ſiue amaræ, maria nuncupantur: vnde dicitur mare Galileæ & Tyberiadis, & ſic de alijs peculiariter: tamen de Oceano, ſecundum totum ſuum ambitum & brachia, refert Moyſes à fremitu vtique perpetuoque ſtridore, maria dici: vnde iuxta Hebræum eſt in ſingulari *Vlmikue* id eſt, & congregationem; ולמקוה quod conſentaneum eſt ei, quod dixerat, cõgregentur in locum vnum. Porro in Hebræo eſt, *Iammin*, ימים id eſt, maria, cum *Dages* in littera *Men* fortificante, ſeu geminante; vt ſit quaſi *Iam maim*, id eſt, ibi pelagus immenſaq. moles aquarum: *Iam* ſiquidem, id eſt mare, non ſolum aquarum molem, ſed aliquando eius receptaculum & locum, in quo congregantur, ſignificat: vt Iſai. 11. Sicut aquæ mare operientes. hinc & mare fuſile primi Reg. 7. dictum eſt vas, quod aquas contineret: & hoc loco aquarum molem & receptaculum, in quo congregatæ ſunt, maria dici, apte intelligere poſſumus.

43 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Vidit, non quod antea ignoraret, ſed approbaſſe dicitur quæ ſcientia viſionis eſt intuitus; quæ quidem approbatio, vt R. Salomoh, & plerique ex Hebræorum doctiſsimis, immo & ex noſtris aduertunt, opus ſecundæ diei reſpicit; ad quod & hæc terræ ab aquis diſtinctio pertinet.

c: *herba & ligni nomine omnia, quæ terra producit herbeſcentia intelligit.* h: *virtute vel actu.* l: *.i. arborem.* m: *à præſtantiori omnis arbor deſcribitur.*

a b c d e f g h i k l m n
Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens

c: *.i. ſpeciem.* i: *vel virtute vel actu.*

a b c d e f g h i k l m n o p
fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.

b c: *ſubito, non ſicut poſtea temporis decurſu, hæc Deus protulit de terra.* e: *.i. grandiuſculam & ſemificantem.* g h: *actu vel virtute.* k: *.i. ſpeciem.* m: *.i. arborem: & ligni & herba nomine quæcũque herbeſcentia intelliguntur.*

a b c d e f g h i k l m n
Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumq; faciens

e: *ſiue virtute ſiue actu.* k: *.i. indicauit.*

a b c d e f g h i k l m
fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd

b: *& in ſe, & in ordine ad vniuerſum.* d: *ſicut ſupra.*

a b c d e f g h i k
eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius.

S C H O L I A.

44 *Et ait: germinet terra.*] Hoc iam ad opus ornatus die tertio factum ſpectat. Porro cum dicitur, germinet terra, poteſtas per actum indicatur, ſicut cum hoc eodem capite dicitur, creſcite, & multiplicamini: fœcunditas itaque rebus, & natura ad generandum apta prædictis verbis data eſt: ſicut cum Ioannis 21. dicitur Petro, paſce oues meas, licet præceptum videatur, & ſit, eo tamen præcepto Eccleſiaſticum principatum inſtitutũ conſentẽt ex Scholaſticis viri grauiſsimi.

45 *Herbam virentem*] Hebræi diſcrimen conſtituunt inter *Deſe* quod teneram herbam ſignifi- דשא cat, vt primum à terra egredientem, & *Heſeb* quod עשב iam grandiuſculam herbam ſemificantem, & quæ adoleuit, denotat; qua voce vſus eſt hic Moyſes.

46 *Et lignum pomiferum.*] Lignum, id eſt arborem; & ſingulare pro plurali poſitum eſt, Hebræorum more. Porro, ſub nomine herbæ & ligni cuncta, quæ de terra prodeunt herbeſcentia (vt ita dicam) comprehendit, ſiue plantæ ſint, ſiue arbores, aut huiuſmodi alia.

47 *Cuius ſemen ſit in ſemetipſo.*] Sicut ſunt animalia, quæ non à ſimili, ſed ex diſpoſitione materiæ ex putrefactione fiunt; vt vermes & pediculi: & quæ media, ſcilicet ex ſemine, & ex putrefactione; vt muſcæ: ita ſunt & arbores & plantæ & alia; vt ſalix, vlmus, fraxinus, & minutulæ herbulæ & alga, quæ

putre-

putreſcente aqua gignitur; & iuxta Ariſt. potius ſunt ſordes, quam res. Item ſunt metalla, lapides pretioſi, mei, vinum, & huiuſmodi multa, quæ non ſunt à ſimili, neque ex ſemine. Hæc in prima creatione ſolum condita forſan fuerunt in ſuis principijs; quæ vero ex ſimili tantum, & ex ſemine, hæc tunc procreata fuerunt: vnde de herbis, & lignis ſermonem faciens, illa tantum feciſſe refert, quæ haberent ſementem in ſemetipſis, in caudice, ſeu ramis aut caulibus, vel intra terram in radicibus: ſunt enim earum plures proueniendi modi; nimirum, ſponte, ſemine, radice, auulſione, ramo, ſurculo, trunco, ac ligno quoque minutatim conciſo, vel in altera extremitate contuſo, ac ſic terræ infixo. Porro, ſemen in ſemetipſo dixit, ſiue virtute, intellige, ſiue actu: quædam enim ſemper hoc ſemen coniunctum habent, vt dictum eſt: alia vero ſunt quæ cum vicinum habeant ſui interitum, tunc ſemen producunt.

48 *Et protulit terra herbam virentem. &c.*] Quæ hic de herbarum, & arborum productione dicuntur, non diſcurſu temporis, vt modo fiunt, produxit; ſed ſubito terram herbis, & arboribus decorauit; non vt Philo putauit cum maturis fructibus vbique; *Philo de opificio mundi.* bene quidem, vbique terrarum ſecundum ſubſtantiam & magnitudinem perfectis: at cum non vno tempore hyemis vel æſtatis indiuiſa ſit ratio; ſed alia & alia, eodem diſcrimine in toto orbe factæ ſunt herbæ & arbores, prout à natura in ſingulis regionibus ſimili tempore fiunt: ita vt vbi tunc conueniens eſſet tempus fructibus, illas cum fructibus produxerit, alibi cũ frondibus aut floribus tantum: nonnullis locis, quibus hyems erat, nudas fructibus floribus & frondibus, prout cuiuſque regionis tempus exigebat; vt deinceps naturæ curſu abſque interſtitijs fierent, & iuxta diuerſa climata & terræ diſpoſitiones, quædam vno tantum, vel pluribus locis condita ſunt. Iudæa quippe balſami lachrimam habet; Creta comam dictami; Arabia aromatum flores, India ſpicarum nardi ſegetem mittit. Ex quo liquido conſtat, ex horum conſideratione vix inueſtigari poſſe, quo anni tempore conditus fuerit orbis, ſicut plerique conati ſunt, eamdem exiſtimantes fuiſſe in toto orbe harum rerum conditionem, nulla climatum & terræ temperaturæ ratione habita. Porro etiam tunc terræ virtutem tribuit, vt deinceps illa, iuxta vniuſcuiuſque naturam, & germinandi modum, ſuo temporis curſu cuncta producere poſſet, quod hactenus factum non fuerat; & hoc eſt, quod ſequenti capite dicitur; & omne virgultum agri, antequam oriretur de terra, vt ſuo loco explicabimus.

49 *Secundum ſpeciem ſuam.*] Quod antea ſæpe, genus, Hebræorum more dixerat, nunc proprie loquendo ſpeciem nominat. Porro *Min* id eſt, ſpeciem, ortum habet ab eo, quod ſimilitudinem importat: quæ enim ſecundum ſpeciem generantur, ſimilia ſunt his, à quibus vniuoce oriuntur.

50. *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Etſi herbæ, vel plantæ aliquæ mortiferæ ſunt aliquibus; non tamen omnibus: turdi ſiquidem elleboro victitant, & coturnices napello; quæ ſolent hominibus eſſe venena: etenim corporum & animalium diuerſa eſt conſtitutio & temperatura, etiam inter ipſos homines: vnde Albertus Magnus ſua ætate fuiſſe puellam *Albert. Magnus.* ſcribit, quæ Scorpios illæſa comederet; & de Mitridate fertur, ab infantia veneno aſſuetum. Adde, pleraque mortifera eſſe, quãdo ad cibum vel ad aliqua applicantur, ad quæ earũ vſus non eſt à natura deſtinatus, ſed ad alia; in quibus tamen ſemper eſt aliqua recondita virtus ad vtilitatẽ: teſte ſiquidem Plutar. *Plutarchus.* teſtudines, cum viperam comederint, veſcuntur origano: & capræ Creticæ ſagittis percuſſæ, depaſcuntur dictamum, quo guſtato excutiunt ſpicula. ita Baſilius, Ambroſius; Auguſtinus, qui viſus eſt aliquando oppoſitum tenuiſſe, poſtea ſe retractans, & nobiſcum ſentiens eorum mentem retundit, qui res, quarum vſum ignorant, ſuperuacue conditas credunt: cum prædictis patribus conſentit Theodoretus. Rurſum, licet reſpectu huius vel alterius nociua ſint, reſpectu tamen vniuerſi (ad cuius perfectionem & quæ interitum cauſant, & vitam eſſe oportet) bona eſſe Dominus dixit: quare & ſpinam in roſa, & noxias herbas, in pœnam peccati à Deo poſtea conditas, (vt ex Baſilio & Auguſtino conſtat, aliquos arbitratos fuiſſe;) non ſatis congrue dicitur. Denique aduertendum eſt, herbis, & lignis benedictionem non addidiſſe, ſicut animantibus; quod animal per cognitionem & appetitum generet, & in diuerſo ſexu: qua benedictione, ad coniunctionem, qua generet, amorem indidit; quod haud neceſſe fuit in plantis: ſic Rupertus annotauit.

Baſil ho. 6. in Gen. Amb. hom. 3. Hex. Theod. q. 13. in Gen. Aug. 1. in Gen. contra Manichæos c. 16. cum Baſilio tenuit Reg. 3. de Gen. ad lit. c. 18. Baſil. hom. 3. Hex. Aug. 1. de Gen. ad lit. contra Manich. c. 13. Rupert. 1. de Tri. c. 52.

a *imperio ſuo practico.* d *ſecundum quod denuo illis virtutem indidit, ad quoſdam effectus, feciſſe dicitur.* e *quæ quantum ad ſubſtantiales formas prima die facta erant.* f g h *in ea parte orbis, quæ ſupra nos eſt, non ſpecificans in qua parte, ſiue in quo orbe.* i k *.i. ſeparent ſecundum quod ad humanos .ſ. vſus erat expediens.*

a b c d e f g h i k l m n o p
Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint

b *.i. ſignificationes tempeſtatis, ſerenitatis, & ſimilium.* d *Hyemis, æſtatis veris & autumnis.* f *nubiloſos, ſerenos, longioris lucis, &c.* h *ſecundum naturalem ſolis motum, vel annos fructiferos vel ſteriles, & huiuſmodi.* m *vt ſupra .ſ. corpore ſupra nos poſito.* p *ad dirigendos incolas.* q *.i. aridam.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
in ſigna & tempora, & dies & annos; vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.

.i. ſolem

g h: .i. ſolem & lunam.
i: .i. ſublimia virtute & efficacia & quantitate quoad apparentiam.
k l: .i. excellentius .ſ. ſolem.
n o: ad opera hominum dirigenda.

a b c d e f g h i k l m n o
Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei:

c: dignitate .ſ. lunam.
e f: vt homines ſomno requieſcant, & ad paſtum brutorum.
i k: fixas, & loquitur de ſole & luna in ſequentibus.
m n o: .i. in latione ſupra nos, ſed ſumitur pro parte eius ſuperiori, ſcilicet orbium.

a b c d e f g h i k l m n o
& luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli,

b: ad cuius motum quæ mouentur, ciuntur.
c d: ad aliquos effectus à luce cauſandos.
l m n: ſecundum peculiares hominum vſus: nam ſecundum communem rationem lucis & tenebrarum prima die diuiſa ſunt.

a b c d e f g h i k l m n
vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac

c: .i. iudicauit.
g: .i. perfectum:
Sicut de alijs diebus.

a b c d e f g h i k l m n o p
tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

SCHOLIA.

51 *Fiant luminaria.*] Licet iam facta fuerint à principio orbis, quantum ad formas ſubſtantiales & ad communem lucis rationem; eorum tamen non meminit aperte vſque ad quartum diem, etiam poſt ornatam terram herbis & arboribus, vt Philo, Baſilius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Theodoretus & Beda aduertunt; vt ineruditum populum ab eorum idololatria auocaret; oſtendens non eſſe Deos, ex quo nedum à principio fuerunt, ſed poſt plantas facta ſunt.

Philo in ſuo opificio. Baſ. in Hex. Amb. in Hex. Chryſ. ho. 6. in Gen. Theod. qu. in Gen. & lib. 3. Græcarum affectionum. Beda in Hex.

52 *Fiant luminaria.*] Hac quarta die virtutem luminaribus indidit, ad peculiares effectus; quorum alios in ſolis radijs experimur; alios in radijs lunæ, & ſic de alijs: & quoſdam ſtatim ipſe Moyſ. expreſſit. Ob quam virtutis determinationem, S. Dionyſius ſolis lumen primo die conditum, ſed informe; quarto die ex prædictarum virtutum impreſſione formatum; denuo facta luminaria vere dici affirmat, ſicut de firmamenti conditione explicauimus: non igitur tantum in luminarium manifeſtatione, quæ à principio condiderat, diem quartum expendit, vt Rabinorum antiquos tenuiſſe teſtis eſt R. Moyſ.

Dionyſ. 4. de diu. no.

R. Moyſes lib. 3. c. 31.

53 *In firmamento cæli.*] Ruſticæ plebi loquens ſecundum ea, quæ oculis cernuntur, nomine firmamenti omnia corpora, quæ ſupra nos ſunt, comprehendit; non ſpecificans, in quo orbe, aut firmamenti parte illa locauerit.

54 *Et diuidant diem ac noctem.*] Etſi alias potuiſſet Moyſ. aſſignare cauſas, ob quas luminaria facta fuerint; eas tantum attingit, quæ in hominum vtilitatem cedunt, vt eos ab illorum cultu auocet, quæ propter ipſos facta eſſe norunt, vnde Deut. 4. Ne forte eleuatis oculis in cælum videns ſolem & lunam & omnia aſtra cæli, errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus in miniſterium cunctis gentibus. Nec, quæ digniora corpora ſecundum ſe ſunt, propter inferiorem creaturam facta eſſe incommodum videri debet, quia hoc, ſecundum quod ad vniuerſi integritatem ordinantur, attenditur. Adde, hominem ex parte animæ nobiliorem eſſe cunctis aſtris, quibus intelligentia non in ratione formæ, ſed motoris tantum adeſt.

55 *Diuidat diem & noctem.*] Diuiſio hæc, ſecundum communem rationem tenebrarum & lucis, iam primo die facta eſt: nunc vero facta eſſe dicitur ſecundum quod ad aliquos humanos vſus ſic congruit, vt ſcilicet, lucente ſole, homines in diurnis operibus dirigantur; nocte vero laſſata membra ſomno refocillentur.

56 *Et ſint in ſigna.*] In ſigna, quia multa per ea cognoſcimus, vt quibus itinerãtes pergant in terris arenoſis, ſicut Iunilius refert in Aethiopia, vbi tranſeuntium veſtigia agitato aere facile delentur; & vt Philo & Chryſoſtomus aduertunt, nouit nauclerus tempeſtati imminenti ex eorum aſpectu prouidere; & agricola, quando terræ mandare ſemina debeat; quando nubiloſum tempus, quando futurum ſerenum; & huiuſmodi alia, quæ maxime in gerendis negotijs ad hominum profectum conducunt; de quibus Baſilius; ſed fuſius Plinius & Conſtantinus Cæſar. Porro etſi plurium naturalium effectuum aſtra cauſæ ſenſibiles ſint, vt ſcilicet tempeſtatis, pluuiæ & huiuſmodi; eorum etiam ſigna ſunt: ſed ad idololatriam arcendam, ſigni potius, quam cauſæ meminit Moyſ.

Iunil. in Gen.

Philo de opificio mundi. Chryſ. ſuper Gen. c. 4.

Baſil. in Hex. Plin. lib. 15. & 18. Conſtantinus toto 1. lib. præceptionum, de Agricultura.

57 *Et ſint in ſigna*] *Oth*, id eſt, ſignum, *Iapheth* vero portentũ ſignificat, iuxta Hebræos: an vero hu-

אות
מופת

B manorum

manorum actuum ſigna ſint, citra liberi arbitrij coactionem, ita Origenes voluit, & Euſebius ſcribit, cælum quaſi librum apertum eſſe, in quo futurorum euentuum ſigna ſunt; quibus completis, quia in fine mundi ab illorum denunciatione ceſſabit, complicari dicetur veluti liber, & Plotinus in libro: Vtrum ſtellæ aliquid agant & de facto, cum Origene ſentit. iuxta quem ſenſum, intelligenda Origenis ſequaces quædam verba contendunt illius libri, cui titulus eſt: Narratio Ioſeph, olim apud multos Catholicos in auctoritate recepti, in quo Iacob filijs ſuis ſic loquens inducitur: Legi in tabulis cæli quæcumque euentura ſunt vobis & filijs veſtris. Sed certe hæc commenta ſunt: an vero Origenis mens omnino falſa ſit, vt Auguſtinus voluit, id probans ex duobus geminis, quos ad oppoſita & diuerſa propenſos experimur, non eſt huius loci nec inſtituti diffinire; hoc certum eſt, talium obſeruationem inutilem, & parum ad morum compoſitionem expedire.

Origen. 1. periarch.
Plotinus de fato c.6.
Orig. vbi ſup. Aug. 5. de ciu. Dei c. 1.

58 *Et tempora*] quidam, quod in Hebræo ſit, *Vlmoghadim*, à verbo *Iaghad*, id eſt, teſtatus ſum, per tempora putant dies ſtatos & ſolennes intelligi, quos Hebræi à conteſtatione, & admonitione *Moghadim* appellant: ad ſolis enim & lunæ curſum dies feſti, ſiue mobiles, ſiue ſtati celebrãtur & repetuntur; de quo Chryſoſtomus. ſed certe potius exiſtimo diuerſitatem Hyemis, & Aeſtatis, Autumni, & Veris importari; quorum temporum viciſſitudo & faſtidium tollit, & ſanitatem conſeruat, & iuxta illam neceſſaria victui oriuntur, & ad eorum ortum & vſum proficiunt.

ולמועדים
יעד
מועדים
Chryſ. hom. de S. Io. Bapt.

59 *Et dies*] Communis temporum diſtinctio per diem & noctem prima die facta eſt; ſed hic varietatem dierum inducit: enimuero quatenus ſol per motum ſuum in obliquo circulo, quo magis accedit, aſcenditque ad Septentrionem, longiores dies efficit, & quo amplius recedens à Septentrione verſus auſtrum vergit, tanto breuiores dies reddit. Rurſum alij nebuloſi, alij ſereni, alij critici, alij halcyonij; de quibus Cælius Rodiginus: quorum dierum viciſſitudinem continuo experimur; & eos medici, nautæ & agricolæ obſeruant.

Cælius lib. 14. hiſt. antiq. c. 9. 10. & 11.

60 *Et annos*] *Sana*, id eſt, annus, à verbo *Sana* quod Hebræis ſonat iterare vel ſecundare: Græci vero vocant *Enaton*, ab *en*, id eſt circum, iuxta priſcorum vſum, & *nare*, id eſt fluere, quod menſibus in ſe recurrentibus voluatur, & in ſe circumfluat: per duodecim ſiquidem Zodiaci ſigna excurrẽs ſol, annum conficit: quare apud Ægyptios, ante characterum inuentionem, dracone picto, caudamque ſuam mordente, annus apte indicabatur. Hinc & temporis illud interuallum, quo ſol, luna, vel ſidus aliud quodcumque, aut vnius orbis ab vno puncto in idem, natiuo curſu voluitur, eius annus dici poteſt: ſuntque inæquales, longiores & breuiores, ſecundum quod tardius, vel celerius vnum ſidus curſum ſuum peragit: vnde lunaris annus integer eſt dierum vnius menſis tantum, quibus luna curſum ſuum complet. Verum eſt tamen, quod licet ſecundum ſe, & iuxta nominis etymologiam ita ſit, tamen in ſcripturis lunaris annus ſolari etiam reſpondet: ſed cum apud Hebræos menſis non ſit certo quodam dierum numero ad placitum conſtitutus, ſicut apud Latinos; ſed ſit præſcriptus ad naturalem dierum numerum, quibus luna ſuam periodum complet, breuior efficitur annus: ac proinde, vt noſtro contemperetur, tertio quoque anno additur menſis vnus, ſcilicet *adaſeni*, id eſt, Februarius ſecundus; conſtatque ille annus tredecim menſibus; iuxta quem numerum, aliqui, à cõceptione Chriſti Domini, vſque ad eius Natiuitatem, decẽ fere menſes adnumerant, cum iuxta noſtram ſupputationem nouem tantum interfuerint.

שנה
שנה
ἐνιατόν

61 *Et annos.*] Qui ſcilicet ex ſolis curſu proprio conſtituuntur; quorum eſt apud nos vſus; hos, alios ſteriles, alios abundantes ex varijs aſtrorum influxibus experimur.

62 *Et illuminent terram,*] id eſt, ſic quod terram iam aquis diſcoopertam illuminent ad habitantium directionem: antea enim non terram, ſed aquas illuminabant, quibus terra vndique erat cooperta.

63 *Duo luminaria magna.*] Non tam quantitate omnibus alijs maiora, vt Chryſoſtomus aduertit, quam virtute & efficacia: ita vt Albumazar & Ptolemæus, gentium more loquentes, ab eis vitam infundi aſſeruerint: quorum etiam effectus ampliores in ijs inferioribus cernimus. Rurſum, magna, quia ſecundum ſenſum (quo modo explicite locutus eſt Moyſ.) maiora reliquis aſtris apparent: etſi ſidera aliqua quantitate illis maiora ſecundum ſe eſſe contingat; vel forte magna, id eſt, ſublimia.

Chryſ. ho. 7. in Gen. Albumazar. Ptolemæus.

64 *Luminare maius,*] id eſt, excellentius .ſ. ſol ſic Latine dictus, vt Cicero teſtatur; quod ſolus ex omnibus aſtris ſit tantus.

Cic. lib. 2. de natura deorũ

65 *Luminare minus.*] Minus, dignitate ſcilicet, Luna; vt Cicero ibidem dicit, à lucendo, quia ſola nocte alijs luce præeminet.

66 *Et poſuit eas in firmamento*] affixas quidem orbibus, in quibus ſunt; & ad quorum motum & ipſæ mouentur: verum eſt, mobiles illas eſſe in cælo, ſicut piſces in aqua, tenuiſſe Iuſtinum, Origenem, Euſebium Emiſſenum, Diodorum, & Chryſoſtomum eius diſcipulum, Auguſtinum, Procopium Gazeum; à mathematicisq; ſuorum temporum, certiſſimis demonſtrationibus oſtenſum fuiſſe teſtatur Auguſtinus: neutrum tamen, vt ibidem Auguſtinus aduertit, eſt de fide: etſi Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, ſine rationabili cauſa, inter hæreſes hanc Origenis, & aliorum ſententiam connumeret.

Iuſtin. martyr R. ad q. 93. Orthodox. Orig. aduerſ. Celſum & 1. periarch. c. 7. Euſeb. in Gen. Diod. in pentateuch. Chryſ. ho. 13. in Gen. & ho. 6. 9 12. ad populũ Antioch. Procopius in Gen. c. 7. Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. Philaſ. de hær.

67 *Vt lucerent ſuper terram:*] verba hæc, & quæ ſequuntur, non ſolum referuntur ad ſtellas; ſed ad ſolem & lunam.

68 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Bonum, id eſt perfectum: quare die prima, cum dixit lucem bonam, non hoc modo bonum pro perfecto ſumpſit, & pro eo, quod numeris omnibus abſolutum eſt; ſed pro eo, quod eſt bonum ſecundum ſpeciem, & illius diei propoſito maxime accommodatum. ſic Auguſtinus.

Aug. de Gen. ad lit.

a actu intellectus practici .ſ. imperio. — d in multitudine magna. — e .i. producantur ex aquis, ſub quo nomine & aer comprehenditur. — f .i. piſces, quicumque illi ſint. — g h .i. animalis viuentis. — i k ſubintelligitur volet.

Dixit etiam Deus: producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram

a b c id eſt per vltimam aeris regionem. — d de aqua piſces, & de aere aues. — f g .i. omnes piſces grandes, qui non oua, ſed piſces pariunt. — i k l .i. omnia animalia viuentia.

ſub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem

b .i. de vno in alium locum nota moueri, ſiue natantem. — d e .i. quæ producta fuerant ex aqua. — f g h de perfectis, nam quæ ex putrefactione, forſan non ſunt primo condita, niſi in potentia, ſed tantum quæ ex ſemine.

atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile

b c .i. ſpeciem perfectam & quæ per commiſtionem; quæ enim ex putrefactione, forſan non fuerunt à principio condita, niſi in virtute. — e .i. indicauit. — k .i. virtutem generatiuam indidit, & idem inſinuatur, cum ſubditur ſtatim: creſcite, &c. — l .i. piſcibus & auibus.

ſecundum genus ſuum, & vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens:

a per generationem. — c .i. in magno numero ſtote. — i per generationem. — k l quia licet aliqua ſuper aquas volent, in terra tamen & in herbis degunt vt plurimum.

Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq; multiplicentur ſuper terram.

g h in quo, quæ ſecunda die diſtincta, ornata ſunt.

Et factum eſt veſpere, & mane dies quintus.

S C H O L I A.

שרץ וישרצו — Ariſtot. 3. de Gen.c.11. Plin.lib.9.c.2.

69 **Producant**] *Saras* verbum Hebræis eſt ſcaturire & ebullire, ſiue ſurrepere, & in magna multitudine gignere: vnde Exod. 1. *vaijs Reſu*, id eſt, multiplicati ſunt. Ariſtot. ſiquidem & Plinius, multiplicem fretum & abundantiorem eſſe in aquaticis animantibus, quam in terreſtribus, affirmant: Vulgatus vero non inueniens Latinum verbum, quod Hebraici vim exprimeret, dixit: producant. Porro prædictis verbis indita eſt aquis virtus producendi aquatilia quædam, quæ non ex ſeminis commiſtione fiunt.

70 *Aqua*,] id eſt, ex aquis: hæc enim prima vice quæ ex ſemine ſunt, Deus ipſe condidit; quod, vt innueret Moyſ. qui hic dicit: producant aquæ, infra inquit; Creauit Deus cete, &c. vt oſtenderet in his verbis tantum inſinuaſſe materiam, ex qua aquatica condita ſunt; & vim aquis inditam ad producenda aquatica; quæ non ex ſolo ſemine fiunt. Porro licet hæc omnia miſta (vt ſupra ex S. Thom. docuimus) iuxta Ariſtot. ex quatuor elementis conſtent; tamen ſicut homo de terra, vt dicemus, ſic quædam ex aquis vel ex aere producta perhibentur.

S. Tho. 1. p. Ariſtot. 2. de Gen. c. 5 1.

71 *Reptile*,] in Hebræo *Hammaim*, quod nec proprie reptile ſignificat; cum repere terreſtrium ſit; ſed vulgatus, elegantius nomen cum non inueniret, reptile poſuit; quòd piſces ſic per aquas ſerpant, ſicut reptilia per terram. Septuaginta etiam legunt: reptilia, & Chaldaica vertit: ſerpant aquæ reptile. — חמים

72 *Reptile animæ viuentis*] Hebraiſmus eſt, id eſt, animalia viuentia, quæ reptilia ſunt: quaſi dicat, piſces (quicumque illi ſint) vnde Ariſtot. piſces Apodes vocat, id eſt, ſine pedibus, quod regulariter ita ſint: reptile enim eſt, quod vel pedibus caret, vel breues admodum habet, quibus vix in altum eleuari queat, nec ſuper illos conſiſtere poſſit.

73 *Et volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.*] Sunt qui putent, aues omnes ex aqua formatas, ex ſententia Hieronymi, Aug. Iunilij, & Ruperti, non quidem ex aqua fluida, ſed nebuloſa, cuius exhalatione aer pingueſcit: alij dicunt, ex humo, ſiue terra, quod ſequenti capite illud ſcriptura aperte innuere videatur: ſed certe, quæ ex humo dicuntur facta, ſunt animantia terræ; formatis, inquit, de humo cunctis animantibus terræ. quod vero ſequitur, & vniuerſis volatilibus cæli, non reſpicit formationem ex humo, ſed ſolum dictionem illam, formatis: & ſimul coniunxit terreſtria, & volatilia, propter id quod ſequitur; & adduxit ad Adam, &c. Cæterum erudite ſanctus Tho. aues ex aere factas docet, qui, cum ſecundum ſe inuiſus, immo, & rudi populo ignotus eſſet, ſub appellatione aquæ memoratur, forſan, quod eius infima pars, ex qua factæ ſunt, exhalationibus aquæ impinguatur, & potius nebuloſa aqua, quam aer videatur. Adde, quod iuxta Hebræam, & Chaldaicam paraphraſim dicitur: Et volatile ſuper terram, ſubintelligitur, volet, vt ſit ſenſus; producant aquæ reptile animæ viuentis, & fiat periodus. Et rurſum ſequitur: Et volatile volet ſuper terram; forſan nolendo explicite dicere, ex qua materia volucres creaſſet, quod incognitus eſſet aer, vnde illas efformauerat. Exiſtimo tamen ex diuerſis aeris portionibus factas; quæ enim, licet aliquando in terra quieſcant, fœtuſque propagant, marinis tamen ſedibus libentius, quam terreſtribus vtuntur: & ſuper paludes & aquas vt in plurimum volitant: vt Cygni, Anſeres, Iulicæ, Mergi, Grues, Anates, Halcyones, Græce, Latine, iuxta Varronem, Halcedones, & his ſimiles factæ ſunt ex ea aeris portione, quæ propinqua eſſet aquis, earumque exhalatione impinguata: alias vero edidit ex portionibus aeris, quæ ſuper ſiccam terram erant; quæ licet per aerem volitent, in terra vel in arboribus degunt: & certe ex ſedibus, quas frequentant, conijci facile puto, ex qua aeris portione ſingulæ earum ſpecies prodierint. Porro, quod ait: Sub firmamento cæli, id eſt, aeris, terræ, & mari propinquam ſpheræ partem intelligit: firmamenti enim nomine, vt ante, omnem lationem, quæ ſupra nos eſt comprehendit. Denique aues omnes ouiparæ ſunt, vno nicticorace ſiue veſpertilione dempto; qui ſolus viuiperus eſt dentibus armatus, pennis carens; vt merito auis & non auis à Platone ſit dictus.

Hieron. Epiſt. 83. ad Oceanum. Aug. 3. de Gē. ad lit. c. 3. Rup. lib. 1. de Trin. c. 50. Iunilius in Gen.

S. Tho. p. p. q. 71. ad 1.

Varro lib. 3.

Plato 5. de repub. in quodā anig.

74 *Cete grandia*] *Tanninim* etiam dracones, & ſerpentes magnos ſignificat: vnde Deut. 32. vinum eorum *Tanninim* id eſt, draconum fel, & Ezech. 26. Ecce ego ad te *Hatanim Hagadol* id eſt, draco magne, qui cubas in medio fluminum: modo, Ceti nomine non ſolum quod vulgo, Balena, dicitur, & Hebraice *Leuiathan*, de qua Plinius, & Strabo, Baſilius, & Theodoretus multa ſcribunt; ſed ea omnia comprehendit, quæ in aquis vaſta ſunt, vt dracones marinos, & piſces alios grandiores, præſertim eos, qui non oua, ſed piſces pariunt, inter quos ſunt Delphini & Vituli marini, quos pedes habere, quibus ſuper terram gradiantur, refert. S. Tho. & quaſi animalia media eſſe dicit inter aquatica & terreſtria: ſicut & in India *los Caimanes*: ſed quia magis cum aquaticis communicant, inter illa connumerantur. Quod vero Hebræi de cete feminei ſexus confingunt, Deum illam occidiſſe, ne indiuiduæ multiplicarentur, & eam ad comedendum iuſtis in futuro ſeculo reſeruaſſe; fomniantium ſunt deliria & aniles fabulæ.

תנינם

תנינים
התנים
הגדול

Plin. lib. 9. c. 3. Strabo. Baſil. in Hex. Theodo. q. in Gen.

De Delphino & ſimilib. Plinius lib. 9. c. 8. 12. 13. 14. 51. & li. 33. c. 1. & Ariſt. 9. de hiſtor. animaliū & Galen. li. 3. de animaliū facultate, & Plutar. l. utrū rationis plus ſit in aquaticis, quā in terreſtribus, & Baſil. ho. 7. in Gen. & Iſid. 12. Ethymol. c. 6. & Aulus Gellius lib. 7. noct. att. & Alber. Magn. lib. 24. de animalibus c. 1.

75 *Et omnem animam viuentem atque motabilem*] Hebraiſmo omnia animalia viuentia dicit omnem animam viuentem; motabilem vero, quod ab vno loco in alium moueri apta ſint, & hic natantem importat.

76 *Creſcite & multiplicamini.*] Cum moralis præcepti bruta animalia capacia non ſint, non præceptum iniunctum, ſed, vim ad generationem his verbis inditam fuiſſe, intelligendum eſt. Porro, creſcite .ſ. numero; ſed vi verborū Hebraicorum expenſa *Parah*, & *Rabab* verbum creſcite, hoc loco ordinem dicit ad ortum; multiplicare vero in rebus iam ortis, in magno numero eſſe importat; & huiuſmodi, iuxta appoſitiones verborum, quæ idem ſignificare videntur, ad eius, de quo agitur, maiorem exaggerationem pertinent. Denique quod dicitur, benedixit eis, idem repetit; cum dicit: Creſcite, vtriſque enim verbis eadem virtus ad generationem à Deo indita deſcribitur; ad multiplicandum ſcilicet per commiſtionem maris & feminæ, quæ ad animalium maximam perfectionem ſpectat: quod, quia in herbis non cōtingit, nec poſſint, cum creuerint, non generare, bene tamen animalia, ſi non ſit paſſio, & homo etiam, vrgente paſſione: ideo talis benedictio herbis collata non memoratur; vt iam ex Theodoreto ſupra annotauimus.

פרה
רבה

77 *Benedixitque.*] Quare verba hæc non addiderit Moyſ. cum de terreſtribus loquitur, Hebræi (etſi multa ſuperſtitioſe dicant, in hoc fortaſſe non ita) rationem reddunt, quod in ipſis eſſet callidus ſerpens paulo poſt maledicendus: vel melius fortaſſe dicitur tacuiſſe, & conſulto; vt ſcirent non omnia expreſſiſſe; ea præſertim, quæ à ſapientibus ex dictis conijci poſſent facta, vel dicta fuiſſe.

a *.i. iuſſit.* d *.i. producantur de terra, vnde infra fecit Deus beſtias.* e f *.i. animalia viuentia.* h i *.i. diuerſarum ſpecierum.* k *.i. quæ quoquomodo inuent.* m *.i. quæ pedes aut paruos aut nullos habent.*

a b c d e f g h i k l m

Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia,

.i. ſilue-

b c d e f n o
.i. animalia, quæ vix cicurari poſſunt. .i. diuerſarum ſpecierum. .i. ſilueſtres, quæ non manſueſcunt.

a b c d e f g h i k l m n o
& beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ

a b c d e f g h k l m n o ſ
.i. vnumquodque iuxta ſuam naturalem ſpeciem. .ſ. quæ quoquo modo mouent. quod pedes vel non habet, vel ſaltem paruos. .i. iuxta ſuam ſpeciem vnumquodque. .i. iudicauit. & in ſe, & in ordine ad vniuerſum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo: Et vidit Deus quod eſſet bonum.

S C H O L I A.

Plato in Timæo.

78 *Dixit quoque Deus.*] Plato ſecundis dijs, id eſt, ſideribus, aut dæmonijs, terreſtrium conditionem demandaſſe ſcribit. Epicurus terram cum ſolis calore terreſtria animantia à principio condidiſſe aſſeruit; quod & Lucretius carminibus cecinit: de quo videndus eſt Diodorus Siculus. at vero Auicenna non ſolum in hoc cum Epicuro conſentit, ſed & modo ſimili vniuerſa animalia terreſtria à terra prodire nunc poſſe contendit: ſed ſacer textus Deum dixiſſe, id eſt, iuſſiſſe ait, ſeu de terra produxiſſe; & infra apertius: Fecit Deus beſtias terræ: quod enim ſequitur; Producat terra, &c. non ſic intelligendum eſt, vt terræ producẽdi terreſtria perfecta virtutem dederit, ſed Hebraica phraſi, producat terra, id eſt, producantur de terra; ſicut ſupra de alijs diximus, ipſe eſt, qui de terra produxit: ad ea vero, quæ ex putrefactione fiunt, terræ vim illa producendi dedit, quæ forſan hoc ſolo producta à principio cenſentur, non actu, ſed virtute. ſic Auguſtinus, & S. Tho.

Lucret. lib. 5. Diod. li. 1. c. 1. Auicenna. Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. S. Th. p. p. q. 72.

79 *Animam viuentem*] id eſt, animalia viuentia, more Hebraico, ſingulare pro plurali, & per Sinecdochen, anima pro animali; & non dixit, ſicut de piſcibus, terreſtria animæ viuentis; ſed animam viuentem; vt inſinuaret maiorem perfectionem vitæ, quam quæ in terreſtribus viget.

80 *In genere ſuo,*] id eſt, variarum ſpecierum. Cæterum ſicut quæ ex putrefactione oriri nata ſunt in ſuis principijs, producta fuiſſe dici poteſt initio mundi; ſic & quæ ex commiſtione diuerſarum ſpecierum gignuntur, vt muli, & onagri, iuxta Rupertum, non ſunt condita ab initio rerum, ſed tantum in ſuo principio: quomodo etiam in initio mundi dici poteſt condita fuiſſe.

Rupertus de Tri. c. 33.

בהמה בהמות

81 *Iumenta*] *Behemoh*, quamuis aliquando ſilueſtria ſignificet animalia, vt Deut. 32. dentes *Behemoth* id eſt, beſtiarum, intellige, ſilueſtrium, immittam in eis; & Micheæ 5. *Bebahamoth* id eſt, in iumentis ſiluarum: at hoc loco pro his, quæ proprie iumenta vocantur, ſumitur, quæ ſcilicet vtcumque iuuent, vel ad hominum eſum, vt aries, bos &c. vel ad recreationem, vt Simia; vel ad vehenda onera, vt Camelus, Mulus, Elephas, Dromedarius: teſte ſiquidem Aulo Gellio, iumentum per Syncopam dictum eſt, id eſt, iuuamentum.

בבהמת Aulus Gellius lib. 20. c. 1.

82 *Et reptilia*] Hebraice *Remes*, quæ ſcilicet, vel pedibus carent, vt angues, & coluber; vel breues admodum habent, vt ſtellio, lacertæ, formicæ.

רמש

83 *Et beſtias*] *Chaiah* beſtias ſilueſtres hic ſignificat: quamuis ex vi vocis Hebraicæ generale videatur vocabulum ad omnia animalia viuentia: Hic tamen ſumitur pro feris, quæ vix manſueſcunt, vt Tygres, Leones, Vrſi, Rinoceros, & huiuſmodi. Porro, Septuaginta hic addiderunt quadrupedia; ſed iam in prædictis comprehenſa ſunt. Rurſum Plato in ferum, & manſuetum diſtribuit omne animal terreſtre. Ariſt. in perpetuo cicures, & perpetuo feras, & illa, quæ flexili ingenio, & cicurari, & efferari facile poſſunt: ſed hæc omnia in idem incidunt, cum diſtinctione in ſacro codice facta.

חיה Plato in Politic. Ariſtot. 2. de hiſt. animalis.

84 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Quia licet aliqua venenoſa & noxia ſint, ſi homo non peccaſſet, ei noxia non fuiſſent, vt S. Tho. docet: ſed reſpectu vniuerſi condita ſunt; & licet homo ignoret, ſcit tamen Deus quomodo ad eius perfectionem ſpectent, & bona ſint, & in ſe multa bona contineant. Porro, quare his benedictio addita non ſit, iam ſupra vidimus; vel quòd ex dictis præintelligenda ſit: in conditione vero hominis additur, quòd ſpecialis ſit ratio in hominum multiplicatione, ad reparandas ſcilicet angelorum ſedes, & quòd libera, immo & meritoria talis coniunctio eſſe poſſit: de quo Aug. & Beda.

S. Tho. p. p. Aug. 3. de Gen. ad lit. c. 13. Beda in Hex.

a b c d e f g h
actu intellectus practici. pluralitatem perſonarum in diuinis innuens. per Synecdochen .i. hominis ſpeciem in indiuiduis. rationis partis intellectiua. quantum ad gratuita.

a b c d e f g h
Et ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem

a b c d e h k
etiam vt trinus eſt Deus in perſonis. *rationis imaginis.* *qui minus diſciplinæ capaces videntur.* *.i. aeris.* *ſiue feræ, ſiue cicures ſint.*

a b c d e f g h i k l m n
noſtram: Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſæq; terræ, omnique

a c d e g h k l m
quæ non pedes, aut paruos habentes. *vt omnia animantia comprehendat.* *ſicut ſupra animam ex nihilo, corpus vero de limo fecit.* *non angelis cooperantibus in opere creationis.* *quantum ad naturalia & gratuita, quod ſupra, imaginem & ſimilitudinem dixerat.*

a b c d e f g h i k l m n o
reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem

a c d f g i n
non ergo cum angelis loquebatur, cum dixit: faciamus. *ſicut ſupra.* *primo tãtum, & non ſimul cum fœmina.* *poſtea de viri coſta; & hoc per prolepſim dictum.* *per prolepſim, nam poſtea fœminam.* *.i. vim gignendi dedit, & quia electorum numerus inde implendus.* *etiam per prolepſim, quia hoc poſt conditam mulierem de coſta dictum eſt.*

a b c d e f g h i k l m n
Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait:

a c e h i l
per naturalem propagationem etiam in ſtatu innocentiæ. *.i. eſtote in magno numero.* *in veſtra prole.* *aratro & cultura ad eorum ſemina, quæ non ſponte terra producit, & hoc tunc non cum labore, ſed cum oblectatione iuſſit.* *ius idem nunc eſt, vſus tamen alius, ſicut rationis in ordine ad partem ſenſitiuam.*

a b c d e f g h i k l m
Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus

a b c d e f g h
quomodo vero ad placitum his omnibus vteretur, noſſet tunc homo; modo vero ignorat.

a b c d e f g h i k l
maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.

S C H O L I A.

85 *Faciamus hominem*] vt hominis dignitatem ſupra omnia animantia inſinuaret, non verbis imperij vſus eſt, dicens: fiat, aut, producat terra, ſicut in alijs; ſed magis verbis conſultantis, deliberantis & cohortantis, vt Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, & Gregorius Papa aduertunt. Aliam huius rationem acutiſſimam, ſed myſticam adducit Rupertus, *lo que reparo Dios en hazer al hombre, porque ſabia en quantas occaſiones le hauia de poner; y lo que le hauian de coſtar ſus atreuimientos.*

Greg. Nyſſ. li. de homine. Chryſ. in Gẽ. Cyril. 3. cõtra Iulianum. Greg. Papa 9. mor. c. 27. Ruper. in Gẽ.

86 *Faciamus hominem.*] Non inde angelos cooperatores, Deum in hominis conditione habuiſſe colligas; ſicut Baſilides & Cherintus ſenſere, quos Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyrillus, & Theodoretus redarguunt; quod etiam & Philo Iudæus putauit, alludens ad illud Platonis in Timæo, vbi Deum ſummum ad minores deos ſuper animantium creatione loquentem inducit; nec propterea nego potuiſſe angelos miniſterium aliquod exhibere, ſicut exhibebunt in vltima reſurrectione, pulueres colligendo, ſicut ſanctus Thom. affirmat.

Baſil. in Gen. Chryſ. hom. 8. in Gen. Aug. 18. de ciu. Dei, ca. 6. Cyrill. 1. adver. Iulianũ. Theod. q. 19. in Gen. Philo lib. de opificio mũdi. Plato in Timæo. S. Th. p. p. q. 91. ar. 1. ad p.

87 *Faciamus.*] In plurali, ſicut principes loqui ſolent, Deum locutum eſſe fingunt Iudæi, quos Theodoretus erudite redarguit; & certe hoc ſimile eſt illi, quod de Ganimedis raptu poſt Homerum ſcribit Cicero: Fingebat, inquit, hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, diuina mallem ad nos. Locutus igitur eſt in plurali, ad pluralitatem ſcilicet diuinarum perſonarum adumbrandam, quarum imago in homine futura erat: ſic Sanctis Patribus placet; ita Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Auguſtinus, Idacius Clarus Hiſpanus, Paulinus Aquilanenſis Epiſcopus, Cerealis Epiſcopus (cuius meminit Gennadius in ſuo Cathalogo) Sanctus Ioannes Maxentius, ſeruus Dei ita dictus, qui Hormiſdæ Papæ temporibus claruit. & Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus, Iunilius, & alij multi: vnde infra ſequitur: ad imaginem Dei creauit illum, vnitatem eſſentiæ inſinuans, ſicut pluralitatem perſonarum verbo, faciamus.

Theod. q. 20. in Gen. Cic. in Tuſc. q. Amb. lib. 6. Hex. c. 7. Aug. in Gen. c. 13. Greg. lib. de cognit. Dei. Idacius lib. 3. contra Varimandum. Paulinus lib. contra Felicẽ Vrgelitanũ & Eliphandum Toletanũ Ep. Maxen. 2. dialog. c. 18. Cerealis contra Maximũ Arrianũ c. 10. Claud. de ſtatu animæ. Iunilius li. 2. de par. de leg.

88 *Hominem.*] Per Synecdochen, id eſt, hominis ſpeciem in indiuiduis; quæ loquendi forma Hebræis familiaris eſt. Iam præparato orbis conuiuio,

vt inquiunt Ambroſius, & Gregorius Nyſſenus, & alij, communa introducitur; & cum omnia propter hominem, conſtituto regno rex inſtituitur: ſic Ambroſius, & Gregor. Nazian. Et ſicut orator, quidquid diffuſe in oratione dixit, Laconica breuitate in epilogo perſtringit; ſic homo, ideo microcoſmos dictus, vt factorum à Deo epilogus vltimo loco inducitur. Denique ſicut princeps, qui, condita à ſe præclara vrbe, ſui ipſius imaginẽ in ea conſtituit, & venerari publico edicto præcipit, ſicut antiquitus in vſu fuit; ſic condito orbe, Deus ſui imaginem, hominem introducit, quem & reuereri a cunctis animantibus inſtituit. Sic Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Damaſcenus.

89 *Ad imaginem*] Non ſecundum corpus, quod & Deus corporeus ſit; vt Chryſoſtomus notauit hom. 8. in 2. cap. Gen. de quo Auguſtinus Tertullianum excuſat, & Epiphanius inter hæreſes Audianorum, qui & Antropomorphitæ dicti ſunt, recenſet; de quibus legendus eſt Nicephorus, quem errorem Melitoni Sardenſi Epiſcopo quidam impoſuerunt, ſed falſo, vt Euſebius, Hieronymus, & Theodoretus teſtantur. Nec rurſum intelligendum, factum fuiſſe ad imaginem humanitatis Chriſti, vt ex recentioribus non pauci arbitrantur; quod loco imaginis, in Hebræo ſit *Beſalmenu*, quæ vox crucem importat: ad imaginem itaque Chriſti Domini, qui crucifixus eſt, dicunt hominem factum; addidiſſe vero ad imaginem noſtram, quod à tota Trinitate effecta ſit Chriſti humanitas. Interpretandum igitur eſt, factum hominem ſecundum animam vtique, quæ ſpiritualis eſt, ad imaginem Dei, qui & ſpiritus eſt. ita Baſilius, Ambroſius, Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus, & Marius Victorinus, quem ſub Conſtantino Principe clariſſe refert B. Hieronymus: nec proinde negamus, in corpore aliquo modo Dei imaginem elueſcere, de quo Auguſtinus, & Bernardus erudite ſcribunt.

90 *Ad imaginem*] Scilicet ſecundum intellectiuam partem animæ; quæ ergo intellectu carent, ad imaginem Dei non ſunt proprie facta, teſte Auguſtino, vnde bruta, & id genus alia, factoris ſimilitudinem ſecundum veſtigij rationem ſolum in ſe habent, vt Auguſtinus docuit: In homine vero, qui ratione præditus eſt, imago Dei, etiam quantum ad Trinitatem, reperitur ſecundum actus intellectus, vt Ambroſius, & Auguſtinus docent; ſiquidem in nobis anima per intellectum verbum producit, & ex hoc in amorem prorumpimus, quod Auguſtinus in mẽte, notitia & amore dixit. Adde, dicum etiam eſſe, factum ad Dei imaginem, quod cum quatuor ſint gradus naturæ, ſcilicet eſſe, ſentire, viuere, & intelligere, in ſupremo, ſcilicet intellectuali, in quo Deus eſt, homo etiam collocetur; ex quo multa, quæ imaginis rationem præſeferunt, conſequuntur, ſcilicet animi immortalitas, ex Auguſtino, ſpiritualitas, & intellectu, voluntate, memoria, & libero arbitrio pollere; & diſciplinæ, ſapientiæ, & virtutis, & gratiæ; & gloriæ eſſe capacem; & excellentiam ſupra animantia; & imperium. inter hæc, natiua dona, quæ imaginis nomine comprehenduntur, connumerant Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Chryſoſtomus.

91 *Ad imaginem*] Imaginis nomen addit ad communem ſimilitudinem, factam ſcilicet eſſe ad alterius imitationem: vnde ouum ouo ſimile, non tamen eſt illius imago: cæterum æqualitas, teſte Auguſtino, non eſt de ratione imaginis, bene tamen de ratione perfectæ imaginis, in qua nec deeſſe debet aliquid, quod illi, de quo expreſſa eſt, inſit: In homine autem imago Dei non eſt perfecta, vt *Beſelem* & *Demuth* Hebraicorum nominum vis, inſinuare videtur, ſed imperfecta: vnde ad imaginem factus dicitur; vbi præpoſitio, ad, acceſſum quemdam importat, qui eſt, rei diſtantis: ita Ambroſius, & Auguſtinus: quod Epiphanius non aduertens, ſoli Deo cognitum dixit, in quo imago hæc & ſimilitudo hominis conſiſtant. Nec tamen proinde negamus, hominem Dei imaginem dici poſſe; ſic enim à Paulo 1. Corinth. 11. appellatur, ita Auguſtinus: nec enim inuſitatum eſt, etiam quod rationem propriæ imaginis obtinet, ad imaginem factum dici, vt infra cap. 5. Seth, qui filius Adæ ad eius imaginem & ſimilitudinem factus perhibetur: at hoc loco præpoſitio, ad, vt diximus, de ratione propriæ imaginis diminuit. Eſt ergo homo Dei imago, non quaſi in propria, ſed in aliena natura. Quæ imaginis ratio æqualis eſt in mari, & femina, quantum ad principale, vt Baſilius, & Gregorius Nyſſenus luculenter pertractant; iuxta illud ad Galat. 3. in Chriſto enim Ieſu non eſt mas, aut femina; licet quantum ad ſecundaria, ex quibus attenditur, perfectior ſit in homine, qui caput eſt mulieris, vt in Decreto ſcriptum eſt ex Ambroſio & Auguſtino; de quo videndus eſt etiam Auguſtinus de Trinitate; quam imaginis rationem communem eſſe bonis & malis, vere & erudite docuit Philaſtri’ Epiſcopus. Per peccatum igitur, Dei imago ab homine non amouetur, in quo Origenes merito à S. Hieronymo, & Epiphanio notatus eſt, & S. Auguſtinus, quod aliquibus locis ſimile huic dixerat, poſtmodum retractat, & honeſtat, dicens; non quaſi nulla remanſerit, ſed quia ita deformis, vt reformatione opus habuerit.

92 *Et ſimilitudinem*] Hæc dictio neque in Hebræo expreſſe, bene tamen implicite, neque in Biblijs multis antiquis reperitur; ſed nobis ſat eſt in vulgato inueniri, quam Origenes ad innocentiæ, & in alia vita futurum ſtatum refert. Cæterum ſimilitudinem hanc non communem intelligas; ſed illam, quæ imaginem perficit, ſecundum quam, imaginem vnam altera ſimiliorem & perfectiorem dicimus, quæ ſecundum gratuita attenditur, ſecundum quod gratia naturam perficit: ſicut ergo per imaginem naturalia dona, quæ prædiximus intelligit, ſic per ſimilitudinem, ſupernaturalia gratiæ, charitatis, &c. Ita Irinæus, Cyprianus, Origenes, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Victorinus Hieronymi inſtitutor, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Damaſcenus, Eucherius, Theodoretus, Bernardus, Rupertus, & S. Thomas. Nec ſpernenda eſt eorum interpretatio, qui per imaginem, & ſimilitudinem idem intelligunt; geminatione tamen apud Hebræos grata, vſum fuiſſe, quaſi dicat: Faciamus illos nobis valde ſimiles, quantum par eſt in illa natura: hæc autem animi ſimilitudo, iuxta iſtos, conſiſtit in immortalitate, innocentia, iuſtitia, reliquiſq. animi dotibus. An vero hæc imago perfectius ſit in orbe toto, quam in homine, acute S. Thomas explicat, extenſiue quidem ita eſſe, intenſiue autem nequaquam, niſi forſan & in orbe angeles comprehendas, qui reſpectu hominis ſe habent ſicut excedens, & exceſſum.

Ambr. ep. 28. ad Horont. Greg. Nyſſen. li. de homine Et Philo in Coſmopœia. Chryſ. ho. 8. in Gen. Nemeſius Epiſc. l. de nat. hominis. Hugo de S. Vict. l. 1. p. 2. cap. 1. Beda in 1. ca. Gen. Alchuin. in Gen. Amb. ad Horon. epiſt. 10. Greg. Nazia. orat. in nomen Domin. Baſ. li. de paradiſo. Greg. Nyſſ. l. 1 de homi. c. 2. Damaſc. l. 2. c. 11. Aug. lib. de hær. c. 86. Epiph. de hær. בצלמנו *Niceph. l. 11. c. 14. & l. 33. c. 10 Euſeb. Hieron. Theod. qu. 20. in Gen. Baſi. ho. 10. in Gen. Amb. l. 6. Hex. c. 8 Claud. l. de ſtatu animæ. Victor. l. 1. contra Arrium. Hier. de viris illuſtr. Aug. lib. 6. de Gen. ad lit. c. 12. & 1. de Gen. contra Manich. c. 17. Bern. ſer. 24. in cant. Aug. 6. de Gen. ad lit. c. 12. & 1. 10. 4. & 13. conf. c. 32. Aug. de trin. c. 8 Amb. de dignitate conditionis humanæ. Aug. 10. de Tri. c. 11. & l. 14. & ſuper Gen. Au. 9. de Tri. c. 4 Aug. de quantit. animæ, c. 2. & l. de eccleſiaſticis dogmatibus. Baſi. ho. 10. in Gen. Greg. Nyſ. de creatione hominis. Chryſ. in iſtũ locum.*

Au. l. 83. q. 51 & q. 4. in Deu. Amb. ſup 22. c. Luca. Aug. l. 83. q. q. 51. בצלם דמות *Epiph. her: 70 Aug: 7: de Tr: c. vlt. Baſ: h: in Gẽ: Greg: Nyſ: de homine: Au: 12: de Tr: c. 7 33: q: 3: ex Amb: & Au: Aug: 12: de Trinit: c. 7 Philaſt. l: de hereſib: Hier: ad Pam: Epiph: epiſ ad Ioan: Hieroſ: de erro. Orig: Aug: 6: ſuper Gen: & 2: cõtra Adam: Manich: & l: 83: q: 67 Retract. 6. ſup Gen: ad lit. c: 27. & 28. & 1. retra: c. 6 Orig. 3: periarchon: [illegible] Iren: lib: 5: cõtra Valent: c. 20: & l: 5: cõtra her: c: 6 Cypr: 3: de ſpecu: & ſer: de bono patientia, non procul à princ: Orig: 3: periar: c: 8. Baſ. h: 10: in Gen: Greg: Nyſ: hõ de creatione hominis: Vict: in diſſ: contra Arr: Amb: l: 6: Hex: 7: & 8: & l. de dignit: conditionis humanæ: 2: Hieron: x8: in Ezech. 2 Aug: ſ: 94: & Tract: 8: in epiſt. Io: & l. contra Adim: c. 5 Damaſc: lib: 2: fid: c: 12: Eucher: l: 1. in Gen: Theod: q: 20: in Gen. Rupert. lib: de Tri: 3: & 5: S: T: p: q. 93 Chryſ: ho: 9: in Gen. Bern: ſer: 1: de circumciſione: S: T: 1: p: q: 93*

a b c d e h k

a etiam vt trinus eſt Deus in perſonis. b c rationis imaginis. d e qui minus diſciplinæ capaces videntur. h .i. aeris. k ſiue feræ, ſiue cicures ſint.

a b c d e f g h i k l m n

noſtram: Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſæq; terræ, omnique

a c d e g h k l m

a quæ non pedes, aut paruos habentes. c d e vt omnia animantia comprehendat. g ſicut ſupra animam ex nihilo, corpus vero de limo fecit. h non angelis cooperantibus in opere creationis. k l m quantum ad naturalia & gratuita, quod ſupra, imaginem & ſimilitudinem dixerat.

a b c d e f g h i k l m n o

reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem

a c d f g i n

a non ergo cum angelis loquebatur, cum dixit: faciamus. c ſicut ſupra. d primo tãtum, & non ſimul cum femina. f poſtea de viri coſta; & hoc per prolepſim dictum. g per prolepſim, nam poſtea feminam. i .i. vim gignendi dedit, & quia electorum numerus inde implendus. n etiam per prolepſim, quia hoc poſt conditam mulierem de coſta dictum eſt.

a b c d e f g h i k l m n

Dei creauit illum, maſculum & feminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait:

a c e h i l

a per naturalem propagationem etiam in ſtatu innocentiæ. c .i. eſtote in magno numero. e in veſtra prole. h i aratro & cultura ad eorum ſemina, quæ non ſponte terra producit, & hoc tunc non cum labore, ſed cum oblectatione iuſſet. l ius idem nunc eſt, vſus tamen alius, ſicut rationis in ordine ad partem ſenſitiuam.

a b c d e f g h i k l m

Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus

a b c d e f g h

quomodo vero ad placitum his omnibus vteretur ſcoſſet tunc homo; modo vero ignorat.

a b c d e f g h i k l

maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.

S C H O L I A.

Greg. Nyſſ. li. de homine. Chryſ. in Gẽ. Cyril. 3. cõtra Iulianum. Greg. Papa 9 mor. c. 27. Ruper. in Gẽ.

85 *Faciamus hominem*] vt hominis dignitatem ſupra omnia animantia inſinuaret, non verbis imperij vſus eſt, dicens: fiat, aut, producat terra, ſicut in alijs; ſed magis verbis conſultantis, deliberantis & cohortantis, vt Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, & Gregorius Papa aduertunt. Aliam huius rationem acutiſſimam, ſed myſticam adducit Rupertus, *lo que reparo Dios en hazer al hombre, porque ſabia en quantas occaſiones le hauia de poner; y lo que le hauian de coſtar ſus atreuimientos.*

Baſil. in Gen. Chryſ. hom. 8. in Gen. Aug. 18. de ciu. Dei, ca. 6. Cyrill. 1. ad uer. Iulianũ. Theod q. 19. in Gen. Philo lib. de opificio mũdi. Plato in Timæo. S. Th. p. p. q. 91. ar. 1. ad p.

86 *Faciamus hominem.*] Non inde angelos cooperatores, Deum in hominis conditione habuiſſe colligas; ſicut Baſilides & Cherintus ſenſere, quos Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyrillus, & Theodoretus redarguunt; quod etiam & Philo Iudæus putauit, alludens ad illud Platonis in Timæo, vbi Deum ſummum ad minores deos ſuper animantium creatione loquentem inducit; nec propterea nego potuiſſe angelos miniſterium aliquod exhibere, ſicut exhibebunt in vltima reſurrectione, pulueres colligendo, ſicut ſanctus Thom. affirmat.

Theod. q. 20. in Gen. Cic. in Tuſc. q. Amb. lib. 6. Hex. c. 7. Aug. in Gen. c. 13. Greg. lib. de cognit. Dei. Idacius lib. 3. contra Varimandum. Paulinus lib. contra Felicẽ Vrgelitanũ & Eliphandum Toletanũ Ep. Maxen. 2. dialog. c. 18. Cerealis contra Maximũ Arrianũ. c. 10. Claud. de ſtatu animæ. Iunilius li. 2. de par. de leg.

87 *Faciamus.*] In plurali, ſicut principes loqui ſolent, Deum locutum eſſe fingunt Iudæi, quos Theodoretus erudite redarguit; & certe hoc ſimile eſt illi, quod de Ganimedis rapto poſt Homerum ſcribit Cicero: Fingebat, inquit, hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, diuina mallem ad nos. Locutus igitur eſt in plurali, ad pluralitatem ſcilicet diuinarum perſonarum adumbrandam, quarum imago in homine futura erat: ſic Sanctis Patribus placet; ita Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Auguſtinus, Idacius Clarus Hiſpanus, Paulinus Aquilanenſis Epiſcopus, Cerealis Epiſcopus (cuius meminit Gennadius in ſuo Cathalogo) Sanctus Ioannes Maxentius, ſeruus Dei ita dictus, qui Hormiſdæ Papæ temporibus claruit. & Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus, Iunilius, & alij multi: vnde infra ſequitur: ad imaginem Dei creauit illum, vnitatem eſſentiæ inſinuans, ſicut pluralitatem perſonarum verbo, faciamus.

88 *Hominem.*] Per Synecdochen, id eſt, hominis ſpeciem in indiuiduis; quæ loquendi forma Hebræis familiaris eſt. Iam præparato orbis conuiuio,

vt inquiunt Ambroſius, & Gregorius Nyſſenus, & alij, commùs introducitur; & cum omnia propter hominem, conſtituto regno rex inſtituitur: ſic Ambroſius, & Gregor. Nazian. Et ſicut orator, quidquid diffuſe in oratione dixit, Laconica breuitate in epilogo perſtringit; ſic homo, ideo microcoſmos dictus, vt factorum à Deo epilogus vltimo loco inducitur. Denique ſicut princeps, qui, condita à ſe præclara vrbe, ſui ipſius imaginē in ea conſtituit, & venerari publico edicto præcipit, ſicut antiquitus in vſu fuit; ſic condito orbe, Deus ſui imaginem, hominem introducit, quem & reuereri a cunctis animantibus inſtituit. Sic Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Damaſcenus.

89 *Ad imaginem*] Non ſecundum corpus, quod & Deus corporeus ſit; vt Chryſoſtomus notauit hom. 8. in 2. cap. Gen. de quo Auguſtinus Tertullianum excuſat, & Epiphanius inter hæreſes Audianorum, qui & Antropomorphitæ dicti ſunt, recenſet; de quibus legendus eſt Nicephorus, quem errorem Melitoni Sardenſi Epiſcopo quidam impoſuerunt, ſed falſo, vt Euſebius, Hieronymus, & Theodoretus teſtantur. Nec rurſum intelligendum, factum fuiſſe ad imaginem humanitatis Chriſti, vt ex recentioribus non pauci arbitrantur; quod loco imaginis, in Hebræo ſit *Beſalmenu*, quæ vox crucem importat: ad imaginem itaque Chriſti Domini, qui crucifixus eſt, dicunt hominem factum; addidiſſe vero ad imaginem noſtram, quod à tota Trinitate effecta ſit Chriſti humanitas. Interpretandum igitur eſt, factum hominem ſecundum animam vtique, quæ ſpiritualis eſt, ad imaginem Dei, qui & ſpiritus eſt. ita Baſilius, Ambroſius, Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus; & Marius Victorinus, quem ſub Conſtantino Principe claruiſſe refert B. Hieronymus: nec proinde negamus, in corpore aliquo modo Dei imaginem elucceſcere, de quo Auguſtinus, & Bernardus erudite ſcribunt.

90 *Ad imaginem*] Scilicet ſecundum intellectiuam partem animæ; quæ ergo intellectu carent, ad imaginem Dei non ſunt proprie facta, teſte Auguſtino, vnde bruta, & id genus alia, factoris ſimilitudinem ſecundum veſtigij rationem ſolum in ſe habent, vt Auguſtinus docuit: In homine vero, qui ratione præditus eſt, imago Dei, etiam quantum ad Trinitatem, reperitur ſecundum actus intellectus, vt Ambroſius, & Auguſtinus docent; ſiquidem in nobis anima per intellectum verbum producit, & ex hoc in amorem prorumpimus, quod Auguſtinus in mēte, notitia & amore dixit, Adde, dictum etiam eſſe, factum ad Dei imaginem, quod cum quatuor ſint gradus naturæ, ſcilicet eſſe, ſentire, viuere, & intelligere, in ſupremo, ſcilicet intellectuali, in quo Deus eſt, homo etiam collocetur; ex quo multa, quæ imaginis rationem præſeferunt, conſequuntur, ſcilicet animi immortalitas, ex Auguſtino, ſpiritualitas, & intellectu, voluntate, memoria, & libero arbitrio pollere; & diſciplinæ, ſapientiæ, & virtutis, & gratiæ; & gloriæ eſſe capacem; & excellentiam ſupra animantia; & imperium. inter hæc, natiua dona, quæ imaginis nomine comprehenduntur, connumerant Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Chryſoſtomus.

91 *Ad imaginem*] Imaginis nomen addit ad communem ſimilitudinem, factam ſcilicet eſſe ad alterius imitationem: vndt ouum ouo ſimile, non tamen eſt illius imago: cæterum æqualitas, teſte Auguſtino, non eſt de ratione imaginis, bene tamen de ratione perfectæ imaginis, in qua nec deeſſe debet aliquid, quod illi, de quo expreſſa eſt, inſit: In homine autem imago Dei non eſt perfecta, vt *Beſelem & Demuth* Hebraicorum nominum vis, inſinuare videtur, ſed imperfecta: vnde ad imaginem factus dicitur; vbi præpoſitio, ad, acceſſum quemdam importat, qui eſt, rei diſtantis: ita Ambroſius, & Auguſtinus: quod Epiphanius non aduertens, ſoli Deo cognitum dixit, in quo imago hæc & ſimilitudo hominis conſiſtant. Nec tamen proinde negamus, hominem Dei imaginem dici poſſe; ſic enim à Paulo 1. Corinth. 11. appellatur, ita Auguſtinus: nec enim inuſitatum eſt, etiam quod rationem propriæ imaginis obtinet, ad imaginem factum dici, vt infra cap. 5. Seth, qui filius Adæ ad eius imaginem & ſimilitudinem factus perhibetur: at hoc loco præpoſitio, ad, vt diximus, de ratione propriæ imaginis diminuit. Eſt ergo homo Dei imago, non quaſi in propria, ſed in aliena natura. Quæ imaginis ratio æqualis eſt in mari, & femina, quantum ad principale, vt Baſilius, & Gregorius Nyſſenus luculenter pertractant; iuxta illud ad Galat. 3. In Chriſto enim Ieſu non eſt mas, aut femina; licet quantum ad ſecundaria, ex quibus attenditur, perfectior ſit in homine, qui caput eſt mulieris, vt in Decreto ſcriptum eſt ex Ambroſio & Auguſtino; de quo videndus eſt etiam Auguſtinus de Trinitate; quam imaginis rationem communem eſſe bonis & malis, vere & erudite docuit Philaſtri[9] Epiſcopus. Per peccatum igitur, Dei imago ab homine non amouetur, in quo Origenes merito à S. Hieronymo, & Epiphanio notatus eſt, & S. Auguſtinus, quod aliquibus locis ſimile huic dixerat, poſtmodum retractat, & honeſtat, dicens; non quaſi nulla remanſerit, ſed quia ita deformis, vt reformatione opus habuerit.

92 *Et ſimilitudinem*] Hæc dictio neque in Hebræo expreſſe, bene tamen implicite, neque in Biblijs multis antiquis reperitur; ſed nobis ſat eſt in vulgato inueniri, quam Origenes ad innocentiæ, & in alia vita futurum ſtatum refert. Cæterum ſimilitudinem hanc non communem intelligas; ſed illam, quæ imaginem perficit, ſecundum quam, imaginem vnam altera ſimiliorem & perfectiorem dicimus, quæ ſecundum gratuita attenditur, ſecundum quod gratia naturam perficit: ſicut ergo per imaginem naturalia dona, quæ prædiximus intelligit, ſic per ſimilitudinem, ſupernaturalia gratiæ, charitatis, &c. Ita Irinæus, Cyprianus, Origenes, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Victorinus Hieronymi inſtitutor, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Damaſcenus, Eucherius, Theodoretus, Bernardus, Rupertus, & S. Thomas. Nec ſpernenda eſt eorum interpretatio, qui per imaginem, & ſimilitudinem idem intelligunt; geminatione tamen apud Hebræos grata, vſum fuiſſe, quaſi dicat: Faciamus illos nobis valde ſimiles, quantum par eſt in illa natura: hæc autem animi ſimilitudo, iuxta iſtos, conſiſtit in immortalitate, innocentia, iuſtitia, reliquiſq. animi dotibus. An vero hæc imago perfectius ſit in orbe toto, quam in homine, acute S. Thomas explicat, extenſiue quidem ita eſſe, intenſiue autem nequaquam, niſi forſan & in orbe angeles comprehendas, qui reſpectu hominis ſe habent ſicut excedens, & exceſſum.

Ambr. ep. 28. ad Horont. Greg. Nyſſen. li. de homine. Et Philo in Coſmopœia. Chryſ. ho. 8. in Gen. Nemeſius Epiſc. l. de nat. hominis. Hugo de S. Vict. l. 1. p. 2. cap. 1. Beda in 1. ca. Gen. Alchuin. in Gen. Amb. ad Horon. epiſt. 10. Greg. Nazia. orat. in nomen Domin. Baſ. li. de paradiſo. Greg. Nyſſ. l. 1 de homi. c. 2. Damaſc. l. 2. c. 11. Aug. lib. de hær. c. 86. Epiph. de hær. בצלמנו Niceph. l. 11. c. 14. & l. 33. c. 10 Euſeb. Hieron. Theod. qu. 20. in Gen. Baſi. ho. 10. in Gen. Amb. l. 6. Hex. c. 8 Claud. l. de ſtatu anima. Victor. l. 1. contra Arrium. Hier. de viris illuſtr. Aug. lib. 6. de Gen. ad lit. c. 12. & 1. de Gen. contra Manich. c. 17. Bern. ſer. 24. in cant. Aug. 6. de Gē. ad lit. c. 12. & l. 10. 4. & 13. conf. c. 32. Aug. de trib. c. 8 Amb. de dignitate conditionis humanæ. Aug. 10. de Tri. c. 11. & l. 14. & ſuper Gen. Au. 9. de Tri. c. 4 Aug. de quant. anima. c. 2. & l. de eccleſiaſticis dogmatibus. Baſi. ho. 10. in Gen. Greg. Nyſ. de creatione hominis. Chryſ. in iſtū locum.

Au. l. 83. q. 51 & q. 4. in Deu. Amb. ſup. 22: c. Luca. Aug. l. 83. q. q. 51. בצלם דמות Epiph. hær: 70 Aug: 7: de Tr: c. vlt. Baſ: h: in Gē: Greg: Nyſ: de homine: Au: 12: de Tr: c. 7 33: q: 3: ex Amb: & Au: Aug: 12: de Trini: c. 7 Philaſt. l: de hæreſib: Hier: ad Pam: Epiph: epiſ: ad Ioan: Hieroſ: de erro. Orig: Aug: 6: ſuper Gen: & 2: cōtra Adam: Manich: & l: 83: q: 67 Retract. 6. ſup. Gen: ad lit: 2: 7. & 28. & 2. retract: c. 6 Orig. 3: periarchon: Iren: lib: 3: cōtra Valent: c: 20: & l: 5: cōtra hær: c: 6 Cypr: 3: de zelo & liuore & ſer: de bono patientiæ, non procul à princ: Orig: 3: periar: c: 8. Baſ: h: 10: in Gen: Greg: Nyſ: h: de creatione hominis: Vict: in diſp: contra Ari: Amb: l: 6: Hex: 7: & 8: & l. de dignit: conditionis humanæ: 2: Hier: in 28: Ezech. Aug: pſ: 94: & Tract: 8: in epiſt: 1o: & l: contra Adim: c: 5 Damaſc: lib: 2: fid: c: 12: Eucher: l: 3. in Gen: Theod: q: 20: in Gen. Rupert. li: de Tri: c: 3: & 5: S: T: p: p: q. 93 Chryſ: ho: 9: in Gen. Bern: ſer: 1: de circumciſione: S: T h: 1: p: q: 93

Euſebius.
Aug. in Gen.
Gregor. Naz. ſer. de natali Domini.

93 *Et præſit piſcibus.*] Subintellige ratione prædictæ imaginis: ita Euſebius, Auguſtinus, & Gregorius Nazianzenus. Nam ſecundum intellectiuam partem ſuperior eſt irrationabilibus creaturis, quibus non indigeret ad tegumentum, quia nudus incederet; neque ad cibum, quia de paradiſi lignis veſcebatur; neque ad vehiculum propter corporis robur; ſed tantum ad experimentalem conditionem ſumendam de eorum naturis: vnde ſtatim adducta ſunt ad Adã, vt eis nomina imponeret, quæ illorum naturas deſignarent. ita S. Tho. & animantia cuncta obediſſent homini, ſicut nunc domeſtica. quod enim Theodoretus negat de quibuſdam piſcibus, minus apte dictum videri poteſt, ex his, quæ Baſilius accurate ſcribit, iuxta ea, quæ S. Iacobus ca. 2. ſuæ Canonicæ teſtatur; & Plinius, & Cicero referunt multa, quæ Baſilij dictis conſonant: animantibus itaque & piſcibus per imperium, plantis vero per vſum, eis ſcilicet vtendo, dominaretur. Sed poſt peccatum obedientia hæc ſubtracta eſt, quantum ad vſum, licet non quantum ad ius, & dominium, ſicut corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem manet quidem dominium, ſed non idem dominij vſus. ita Hugo de S. Victore.

S. Th. 1. p. q. 90 a. 1. ad 3.
Theod. q. 20 in Gen.
Baſil. ho. 9. & 10. in Gen.
Plin. l. 8. c. 25 & l. 10. c. 74.
Cic. l. 2. de natura deorum
Hugo de S. Vic. in Gen.

94 *Ad imaginem Dei creauit illum,*] Repetit, hominem ad Dei imaginem conditum, vt innuat, non cum angelis ſermonem feciſſe, cum dicebat: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Porro in ſingulari dixit, Dei, ad Deitatis vnitatem inſinuandam. ita Alchuinus Caroli Magni præceptor.

Alch. in Gen.

95 *Creauit illum*] Hilarius tenuit, ante corporis formationem fuiſſe animam factam; à qua ſententia non abhorret S. Auguſtinus: Et Ruffinus refert, aliquando S. Hieronymum ita ſenſiſſe: & Philaſtrius Brixiẽſis Epiſcopus ita ei adhæret, vt ſi qui diuerſum ſentiant, eos inter hæreticos recenſeat: quod & Gregorius Nyſſenus Epiſcopus non ſolum de anima Adæ, ſed etiam à principio orbis omnium hominum animas creatas fuiſſe affirmat: vt vere ſeptimo die quieſcere dicatur ab omni opere. Sed certe ad veritatem textus, vt Iunilius Africanus acute aduertit, ab omni opere ceſſaſſe dicitur, per hoc, quod nullam rem alterius ſpeciei à conditis deinceps fecerit. Verum etſi tolerabilior videatur ſententia Hilarij, quam illa Origenis affirmantis animas, antequam corporibus illaberentur, peccaſſe, & ideo in corpora detruſas fuiſſe, tamquam in carcerem, quod in Origeniſtis & Priſcillianiſtis Conciliorum decreta damnarunt: tamẽ Leo primus ita decernit: Catholica, inquit, fides conſtanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum, priuſquam in ſuis inſpirarentur corporibus, non fuerunt.

Aug. 7. ſuper Gen. ad lit.
Ruf. l. 2. inuectiuarum.
Phila. her. 99
Greg. Nyſ. lib. de homine.
Iun. 2. de par. di. leg.
In Vienneſi à Clem. 5. & in Conſtant. anno 551.
Leo in epiſt. ad Epiſc. Aſturigenſem.

96 *Maſculum, & feminam creauit eos.*] Hebræi, inter quos R. Selemonis, exiſtimarunt, à principio Deum feciſſe marem, & feminam ſimul, non ſicut Plato, Androginos; & Plinius tale genus eſſe ſupra Naſamones, inquit, Calliphanes tradit; ſed ex latere tantum coniunctos, *apegados por los lados*, ſic, vt vnum continum facerent, ſed poſtea diuina virtute ſeiunctos & ſeparatos fuiſſe: etenim eadem vox Hebraica coſtam, & latus ſignificat; ſicut & in idiomate Gallico; & vbi nos legimus: Tulit vnam de coſtis, autumant in Hebræo eſſe, tulit vnam de lateribus: & vbi nos legimus: Repleuit carnem pro ea, ipſi legunt: Et clauſit carnem in loco ſuo, ſcilicet extendendo cutem per carnem in loco ſeparationis. Sed certe Scriptura aperte à principio ſolum hominem in virili ſexu conditum eſſe oſtendit: quo ſic producto, dixit Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: ſolus ergo erat; & addit: Faciamus adiutorium ſimile illi, & ad formationẽ eius de nouo proceſſit ex coſta viri. ita Sancti Patres. Quod vero nunc dixit: Maſculum & feminam creauit eos, hoc per prolepſim dictum eſt; quia ſtatim de multiplicatione verba facturus, maris & feminæ meminit, de cuius formatione in ſequenti capite ex profeſſo tractat: itaque ſolum hominem à principio in virili ſexu condidit, iuxta illud Act. 17. Deus fecit ex vno omne genus hominum.

R. Selemonis.
Plato in Tim.
Plin. l. 7.

97 *Et feminam*] *Necheba* femina à *Nacab*, id eſt, perforare: ſic dicta femina propter ſexum: licet enim femina ſit animal occaſionatũ per reſpectum ad naturam particularem; tamẽ per comparationẽ ad naturam vniuerſam, eſt de intentione naturæ ad opus generationis, ex ſexu tantum ad id ordinata. ita S. Tho. Sed ſuppoſito quod danda eſſet in coniugium, in adiutorium rei domeſticæ data eſt, in qua ſunt alia propria opera viri, alia feminæ; & ſic intelligendi ſunt Ariſt. & S. Thomas, qui hoc affirmant.

נקבה
נקב

S. Th. 1. p. q. 91
Ariſt. 8. Eth. c. 12.
S. Th. 1. p. q. 92

98 *Benedixitq. illis,*] Iteratur benedictio hæc in hominibus, quæ vim gignendi, licentiamq. in ſingulis importat abſolute, cum in terreſtribus tacita fuerit, licet ſubintellecta, vt diximus; quia ſpecialis eſt ratio huius generationis, vt ſcilicet electorum numerus compleretur, & ne quis putaret, ei non poſſe ſubeſſe peccatum.

99 *Creſcite, & multiplicamini,*] Scilicet per naturalem coniunctionem maris & feminæ; quod & naturalia membra teſtantur, quorum vſus, ſicut & cæterorum, in ſtatu innocentiæ fuiſſet: quod enim Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Procopius, Damaſcenus, Euthimius, & Moyſes Syrus innuere viſi ſunt, Si homo non peccaſſet, aliũ futurum fuiſſe multiplicationis modum in natura humana, non ita congrue dicitur; quod & Auguſt. libenter retractat, & Guido Helnenſis Epiſcopus in libro, quem aduerſus hæreſes conſcripſit, inter profana Armenorum dogmata connumerat. Iam Hieron. lib. 1. aduerſus Iouinianum pro illo tempore præceptum fuiſſe docet, dum hominum genus propagari oporteret: at poſtquam innumerabilis multitudo nata eſt, nulla huiuſmodi neceſſitas vrget. Adde, aliud eſſe, lege aliqua ſingulos homines, aliud, vniuerſam hominum multitudinem obligari. Magiſtratus quippe in republica eſſe oportet, minime tamen debent ſinguli magiſtratus inire; ita liberis operam dare, in republica neceſſe eſt: ſingulis tamen hominibus minime neceſſe eſt.

Greg. Nyſſen. de creatione hominis.
Chryſ. ho. 18. in Gen.
Aug. in Gen. c. 1.
Damaſc. l. 4. orth. fid. c. 28.
Procop. in Gẽ.
Euthi. pſ. 50.
Moyſes Syrus p. 1. c. 25.
Aug. 1. retra. c. 10 & 19
Guido contra hæreſes.

100 *Et ſubijcite eam.*] Aratro ſcilicet & alijs inſtrumentis ad fundẽda ſemina, & fruges aliquas, quæ non ſponte oriuntur, colligẽdas: licet in his nullus fuiſſet labor, vt nunc, ſed virium exercitium, & ſuauis oblectatio.

g — *non allegoricè, ſed ſecundum rei veritatem.*
h i — *quod hæc, quæ ex ſemine, & non ex ſola terra oriuntur, à principio condiderit.*

a b c d e f g h i k l m n
Dixitq. Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa

a — *.i. arbores*
c d e f — *quod hæc, quæ ex ſemine quoquo modo, & non ex ſola natura prodeunt, à principio condiderit.*
g — *.i. ſpeciei*
i k l m n — *non omnia, nec omnibus, ſed iuxta cuiuſque naturam.*

a b c d e f g h i k l m n o p
ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis

a — *ſ. quæ eis paſcuntur.*
c d — *ſ. quæ eis paſcuntur.*
e — *.i. aeris.*

a b c d e f g h i k l
animantibus terræ, omniq. volucri cæli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra,

a b c d e f — *quæ eſt cauſa motus illorum, vel propter animalia, quæ ſolum ſenſum tactus habent, & immobilia videntur loco.*
g h i k — *quodlibet iuxta ſuam naturam.*
p — *.i. iudicauit.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
& in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq. Deus

e f g — *ratione ordinis vniuerſi.*
o p — *in quo terra tertio die diſtincta ornata eſt.*

a b c d e f g h i k l m n o p
cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

SCHOLIA.

101 *Vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ.*] D. Auguſtinus allegoricè hoc putauit eſſe intelligendum, ſed poſtea illud retractauit; & licet aliqui animalia rapacia dicant ante peccatum herbis, & fructibus tantum paſci ſolita; nō vero carnibus; inter quos eſt Iunilius Africanus; tñ S. Tho. irrationabiliter dictum putat; vt per peccatum, quæ natiua ſunt, his animantibus eſſent immutata; niſi forſan & herbis & carnibus nata ſint veſci, maximè cum carnibus carent; intelligendum igitur erit de animalibus illis, quæ herbis, fructibus, vel ſeminibus veſci ſolent, in eſcam data illis eſſe; nec omnia cunctis, ſed iuxta cuiuſque naturam, alijs herbas, grana alijs, & arborum fructus multis; & quibuſdam non omnia, ſed ex omnibus, ſcilicet herbis, granis & fructibus, quædam.

Aug. 1. de Gē. c. 20
Aug. in retr. c. 10
Iun. in Gen.

102 *Et in quibus eſt anima viuens.*] Repetitio videtur eius, quod dixerat; ſcilicet, quæ mouentur in terra, vel forſan additum eſt propter illa animalia, quibus ſolus ſit ſenſus tactus; vt conchæ, & ſimilia, quæ ſaxis hærent, & immobilia videntur, coniunctumq. habent alimentum, quo nutriuntur.

103 *Et erant valde bona.*] Non dixit de homine in particulari eſſe bonum; quod iam de illo intelligi debeat, quem toties ad Dei imaginem factum dixerat. Cæterum, introducto homine, valde bona viſa ſunt omnia, quæ condiderat; quod quaſi nexus omnium videatur homo, & microcoſmos, in quo ſpirituale, & corporeum, eſſe, viuere, ſentire, & intelligere, miro artificio compacta ſint.

104 *Et erant valde bona.*] Propter decentiſſitiſſimum ordinem, quo vniuerſum ſingularia bona excedit; quod nec melius ſuppoſitis rebus, quæ ſunt, eſſe poteſt, licet, ſi alia Deus conderet, vel factis de nouo alia adderet, vniuerſum tunc melius dici poſſet. ita S. Thom. Valde igitur bonum eſt vniuerſum, vtpote in quo nihil erat ſuperfluum, nihil deficiebat proportionabiliter, nullamque additionem pro illo ſtatu deſiderabat. vnde meritò in Hebræo, hic ſextus dies additione articuli *Ha*, id eſt, ille, ſcribitur; in Hebræo eſt ſiquidem *Haſiſi*, id eſt, ille dies.

S. Th. 1. p. qu. 25. ar. 6. ad 3
ה
הששי

105 *Et erant valde bona.*] Rerum inæqualitatem, & diſcrimen, etiam in ratione boni, & mali, vtilis, & noxij, maximè ad orbis pulchritudinem conducere docuerunt Plato, Ariſtoteles, Philo, Seneca, & Simplicius; & inter Patres, Euſebius, Auguſtinus, qui vniuerſum, dicit Deum tamquam pulcherrimum carmen quibuſdam quaſi antithetis, id eſt, oppoſitis, honeſtaſſe; iuxta illud Eccleſiaſtici 33. Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita, & ſic intuere in omnia opera Altiſſimi, bina & bina, vnum contra vnum.

Plato in Tim. Ariſt. 2. cæli. Philo de opific. Seneca l. ſi eſt prouidētia cur bonis mala, & malis bona eueniunt. Simplicius. Euſeb. lib. 3. de præd. Euang. Aug. 1. de ciu. Dei, c. 8. & l. 11. c. 18

CAPVT SECVNDVM.

a — *epilogus dicto. rum eſt.* b — *quantum ad perfectionem internam.* h i — *.i. id quod ad externam cæli, & terræ perfectionem pertinet.* l — *formam vniuerſi ex partium integritate conſurgentem importat.*

a b c d e f g h i x l m n
Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq. Deus die

a — *Septuaginta, die ſexto, poſitiue ſ. ut die 7. negatiue, ſ. per negationem vlterioris operis. ſiue die 6. incluſiue, 7. vero excluſiue.* e — *ſex diebus.* g — *.i. ceſſauit, vel poſt opera facta in ſe quieuit.* l m — *non conſeruationis, vel gubernationis, aut propagationis, ſed ab opere quod patrarat.*

a b c d e f g h i x l m n
ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: Et requieuit die ſeptimo, ab vniuerſo opere, quod

a — *ſ. conditionis orbis.* c — *propagationem naturæ reſpicit verbum hoc.* g h — *diem quietis ſpiritualis & ceſſationis ab opere ſeruili adumbrat verbum hoc.*

a b c d e f g h i x l m
patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat

d — *ſ. creationis.* g h i k — *quia finis proximus creationis ſex dierum eſt, quod mundus fieret, vel ſtatuit facere, vel Hebraiſmo creauit, vt eo ordine, quo nunc, diſponeret.*

a c d e f g h i x
ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret.

S C H O L I A.

1 IGITVR] Quaſi dictorum epilogus; non enim in Hebræo erat diſtinctio per capita.

כלה 2 *Perfecti*] *Chalah*, non ſolum perficere, ſed & conſummare (quod in idem incidit) importat, Iſaiæ 52. כלה *Chalah*, id eſt, conſumata eſt enim vindemia; modo perfeciſſe iſtud internam rerum perfectionem reſpicit, ſicut ornatus externam.

צבאם 3 *Et omnis ornatus eorum*] *Sebaam*, id eſt, ornatus eorum, non ſolum ornatum, ſed & exercitum ſignificat, ſeu militiam; vnde aliqui angelos intelligunt: ſed licet vere angeli cum cælo conditi ſint, nullam creationis eorum expreſſam mentionem feciſſe aſſerunt, Athanaſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Theodoretus. Ornatum igitur militiam dixit, quod cæli & terræ ornatus velut exercitus ſit, propter multitudinem ſtellarum, arborum, & herbarum, quæ ordinate, & ad modum exercitus, ad munia ſibi à conditore deſtinata egrediuntur, ita vt vnum aliud nec impediat, nec retardet.

Athan. ad 4. q. Antioch. Chryſ. in Gē. Hier. epi. 139 ad Cyprian.

4 *Compleuitq. Deus*] Quo verbo perfectio vniuerſi, quæ ipſius forma eſt, & ex partium integritate conſurgens importatur: quæ enim perfectio ex fine attenditur, in futura vita complebitur; priorem ſexto die perfecit; quia nihil futurum erat, quod in prima mundi conſtitutione non præceſſerat materialiter, vel virtute, vel ſaltem ſecundum ſimilitudinem.

S. Th. 1. p. q. 73 ar. 1. ad 3.

5 *Die ſeptimo*] Septuaginta habent die ſexto; forſan quia nihil ſeptimo die conditum de nouo videbatur, quod ad complementum vniuerſi ſpectaret. Sed in Hebræo, teſte Hieronymo, eſt, die ſeptimo: licet enim ſexto die finierit opus, poſitiua quidem operatione, qua perfecte formauit vniuerſum, tamē ſeptimo die finiuit per negationem vlterioris operis; non quod facere poſſet, ſed quod fecit; ita vt nihil illi deſit: vnde in textu, vbi dicitur: opus ſuum, ſtatim additur, quod fecerat. ita Numeſius Emeſæ Vrbis Phœnices Epiſcopus, vt Nicaſius Ellebodius teſtis eſt. Quod ſi adhuc poſitiue ſeptimo die compleuiſſe deſideras; ſcito iuxta S. Thom. ſeptimo die quemdam ſtatum denuo habuiſſe ita perfectum, vt ſcilicet ei nihil de nouo, modo iam dicto adderetur; vel quod ſtabilitatem eo die Deus indiderit, iuxta præfixum à ſe ordinem, vt ex Ariſtobolo refert Euſebius; & cum ſex diebus primæ rerum conditioni intenderit, ſeptimus ad gubernationem pertinet, quæ rerum operationem reſpicit: conſtat autem vltimum rerum complementum operationem eſſe.

Hier. q. heb. in Gen. *Numeſius de anima, c. 1.* *S. Tho. p. q. 74. a. 1.* *Euſeb. l. 13. de præd. Euang. c. 6.*

6 *Opus ſuum,*] id eſt, omnia, quæ ad primam orbis conditionem pertinebant, quæ ſex diebus facta ſub appellatione vnius operis Scriptura commemorat; quia vnum vniuerſum perfectum conſtituunt.

7 *Et requieuit die ſeptimo.*] Licet requieſcere ex vi nominis quietem poſt opus, vel poſt deſiderium præſeferre videatur; hoc tamen loco (ſicut & Apoc. 4. Non habebant requiem, id eſt, non ceſſabant) ſolam ceſſationem ab opere importare vide-

tur,

וישבות וישבת מן

tur, Hebraicæ vocis *Baiſsboth* vi expenſa, quæ & requieſcere, & ceſſare importat. Ioſue 12. *Vaiſsboth man*, id eſt, ceſſauit manna. & cum Iſai. 14. legamus: Quomodo ceſſauit exactor: & Leuit. 26. Tunc *Tiſbath*, requieſcet terra; vnde ſtatim ſubditur: Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere: ecce quomodo hic quies pro ceſſatione ſumatur. Porro nec præciſe requieuiſſe dicitur, ne gubernationis, & propagationis opera excluderet; neque ex opere dixit, quaſi laſſus, vt aduertit Gaudentius Brixien. Epiſcopus, qui tempore S. Ambroſij floruit, ſed ab opere, vt quaſi cœptorum finis quies hæc deſcribatur: quieſcere ſiquidem ab opere, nihil aliud eſt, quam ceſſare. Cæterum, quia Paulus ad Hebræos 6. ad locum iſtum alludens, de quiete loqui viſus eſt, ideo Auguſtinus, & S. Thom. verbi vim exprimere conantur, quo creaturis conditis, quibus Deus non indigebat, in ſeipſo glorioſe quieſcere inſinuetur; quod etſi ab æterno in ſe ipſo feliciter quieſcit, tñ quod poſt res conditas ſex diebus in ſe ipſo quieſcat, hoc ad ſeptimum diem pertinet.

Gaud. tra. 10. de lect. Exo.

Aug. 4. ſuper Gen. ad lit. c 10. 11. & 15. S.Thom. p.p.

8 *Ab omni opere.*] Si quæ enim Deus poſtea condidit, ad propagationem potius, vt S. Thom. aduertit, quam ad orbis conditionem pertinent, præſertim cum nullam rem alterius ſpeciei à conditis deinde fecerit, iuxta Iunilij Africani dictum. Porro Septuaginta, ab omnibus operibus, vertunt; ſed vulgatus, iuxta Hebræum, in ſingulari habet, ab omni opere; cui conſonat Chaldaica tranſlatio.

S.Tho. p. p. q. 74. ar. 2. ad. 3

Iun. 2. de par. di. leg.

9 *Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit.*] Benedictio naturæ propagationem reſpicit, ſanctificatio vero diem quietis ab his externis, & ad diuinorum amorem, & contemplationem (in quibus animus quieſcit) dicatum adumbrat; non quod iam ex tunc feſtum inſtituerit: ſic Iuſtinus, Tertullianus, Cyprianus, & Euſebius, & quidem ab omnibus venerabilis, & ſacer habitus eſt; & Pythagorici *Epta*, quod Latine addita littera, s, explicarunt, quia Græcè, *Septa*, idem eſt, quod ſanctum. dici etiam poteſt, coniunctionem, Et, pro id eſt, poſitam: benedixit, &, pro, id eſt, ſanctificauit, ita vt verbum poſterius prioris ſit explicatio.

Iuſtin. dialog. contra Tryph. Tert. & Cypr. cōtra Iudæ. Euſeb. 1. hiſt. Eccl. c. 4.

10 *Quod creauerat Deus vt faceret.*] Id eſt, non ceſſauit ab opere conſeruationis, gubernationis, aut propagationis, ſed ab opere conditionis vniuerſi; quod creauit, vt faceret. Quibus verbis rerum conditarum proximus finis aſſignatur: etenim hui⁹, verbi gratia, particularis creationis finis proximus hic eſt, vt ſcilicet fiat res illa, quæ per illam creationem producitur; vt, creationis hominis, finis proximus eſt, vt fiat homo; vel quæ creauit, vt faceret; id eſt, ſtatuit, vel decreuit facere. Eſt etiam Hebraiſmus, creauit, vt faceret, id eſt, quæ creauit Deus, vt eo ordine, quo nunc eſt, diſponeret. Denique quæ creauit, vt faceret; Hebraiſmo alio, quaſi dicat: quæ creando fecerat: vnde Septuaginta legunt: quæ fecit.

a .i. prædicta; c .i. ortus, dixit autem in plurali, ratione terminorum; quia multa ſunt producta. def .i. orbis. g h i .i. condita, quod generale nomen eſt ad creationem proprie ſimplicium corporum, & ad productionem miſtorũ immediate à Deo. k l .i. in diebus, ſiue in tempore. o p יהוה

a b c d e f g h i k l m n o p
Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus

abc .i. orbem; f .i. arboris, quia noua. g .i. mundi. i ſecundum naturalem modum & curſum.

a b c d e f g h i k l m n
cælum & terram: & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemq. herbam

c .i. naſceretur naturaliter, & ſecundum communem modum. m n duo ſunt, quibus prædicta naturaliter oriuntur, pluuia & agricultura.

a b c d e f g h i k l m n
regionis, priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non

e .i. autem f .i. fontes g .i. egrediebatur. l m n ne ſiccarentur arbores, & herba interim, à Deo tertio die producta.

a b c d e f g h i k l m n
erat, qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.

S C H O L I A.

11 *Iſtæ ſunt generationes.*] Repetit epilogando, quæ dixerat, aliqua attingens, quæ non expreſſerat. Septuaginta vertunt: Hic eſt liber generationis cæli & terræ; quam verſionem omnes Græci Doctores ſecuti ſunt, & Philo Iudæus Moyſen his verbis indicaſſe dicit, qualem vellet eſſe inſcriptionem primi voluminis, Pentateuchi, Geneſis ſcilicet, ſicut Græci inſcribunt; cui aſſentire videtur Chryſoſtomus. Sed in Hebræo non eſt dictio, liber, & generationis nomen eſt in plurali, ſicut vulgatus vertit; Iam generationis nomen Hebraicum *Tholdoth* à *Ialad*, quod eſt parere, & generare, ortum habet; quod res ad modum filiorum productas ſignificare videatur. Gen. 16. Iſtæ ſunt *Tholdoth*; id

Philo de opifice. mundi.

Chryſ. in Ge.

תולדות ילד

eſt gene-

putreſcente aqua gignitur;& iuxta Ariſt. potius ſunt ſordes, quàm res. Item ſunt metalla, lapides pretioſi, mel, vinum, & huiuſmodi multa, quæ non ſunt à ſimili, neque ex ſemine. Hæc in prima creatione ſolum condita forſan fuerunt in ſuis principijs; quæ vero ex ſimili tantum, & ex ſemine, hæc tunc procreata fuerunt: vnde de herbis, & lignis ſermonem faciens, illa tantum feciſſe refert, quæ haberent ſementem in ſemetipſis, in caudice,ſeu ramis aut caulibus, vel intra terram in radicibus:ſunt enim earum plures proueniendi modi; nimirum, ſponte, ſemine, radice, auulſione, ramo, ſurculo, trunco, ac ligno quoque minutatim conciſo, vel in altera extremitate contuſo, ac ſic terræ infixo. Porro, ſemen in ſemetipſo dixit, ſiue virtute, intellige,ſiue actu: quædam enim ſemper hoc ſemen coniunctum habent, vt dictum eſt: alia vero ſunt quæ cum vicinum habeant ſui interitum, tunc ſemen producunt.

48 *Et protulit terra herbam virentem.* &c.] Quæ hic de herbarum, & arborum productione dicuntur, non diſcurſu temporis,vt modo fiunt,produxit; ſed ſubito terram herbis, & arboribus decorauit; non vt Philo putauit cum maturis fructibus vbique; bene quidem, vbique terrarum ſecundum ſubſtantiam & magnitudinem perfectis: at cum non vno tempore hyemis vel æſtatis indiuiſa ſit ratio; ſed alia & alia, eodem diſcrimine in toto orbe factæ ſunt herbæ & arbores, prout à natura in ſingulis regionibus ſimili tempore fiunt: ita vt vbi tunc conueniens eſſet tempus fructibus, illas cum fructibus produxerit, alibi cũ frondibus aut floribus tantum: nonnullis locis, quibus hyems erat, nudas fructibus, floribus & frondibus, prout cuiuſque regionis tempus exigebat; vt deinceps naturæ curſu abſque interſtitijs fierent, & iuxta diuerſa climata & terræ diſpoſitiones, quædam vno tantum, vel pluribus locis condita ſunt. Iudæa quippe balſami lachrimam habet; Creta comam dictami; Arabia aromatum flores, India ſpicarum nardi ſegetem mittit. Ex quo liquido conſtat, ex horum conſideratione vix inueſtigari poſſe, quo anni tempore conditus fuerit orbis, ſicut plerique conati ſunt, eandem exiſtimantes fuiſſe in toto orbe harum rerum conditionem, nulla climatum & terræ temperaturæ ratione habita. Porro etiam tunc terræ virtutem tribuit, vt deinceps illa, iuxta vniuſcuiuſque naturam, & germinandi modum, ſuo temporis curſu cuncta producere poſſet, quod hactenus factum non fuerat; & hoc eſt, quod ſequenti capite dicitur; & omne virgultum agri, antequam oriretur de terra, vt ſuo loco explicabimus.

Philo de opificio mundi.

49 *Secundum ſpeciem ſuam.*] Quod antea ſæpe, genus, Hebræorum more dixerat, nunc proprie loquendo ſpeciem nominat. Porro *Min* id eſt, ſpeciem, ortum habet ab eo, quod ſimilitudinem importat: quæ enim ſecundum ſpeciem generantur, ſimilia ſunt his, à quibus vniuoce oriuntur.

50 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Etſi herbæ, vel plantæ aliquæ mortiferæ ſunt aliquibus; non tamen omnibus: turdi ſiquidem elleboro victitant; & coturnices napello; quæ ſolent hominibus eſſe venena: etenim corporum & animalium diuerſa eſt conſtitutio & temperatura, etiam inter ipſos homines: vnde Albertus Magnus ſua ætate fuiſſe puellam ſcribit, quæ Scorpios illæſa comederet; & de Mitridate ferrur, ab infantia veneno aſſuetum. Adde, pleraque mortifera eſſe, quãdo ad cibum vel ad aliqua applicantur, ad quæ earũ vſus non eſt à natura deſtinatus, ſed ad alia, in quibus tamen ſemper eſt aliqua recondita virtus ad vtilitatẽ: teſte ſiquidem Plutar. teſtudines,cum viperam comederint, veſcuntur origano: & capræ Creticæ ſagittis percuſſæ, depaſcuntur dictamum, quo guſtato excutiunt ſpicula. ita Baſilius, Ambroſius; Auguſtinus, qui viſus eſt aliquando oppoſitum tenuiſſe, poſtea ſe retractans, & nobiſcum ſentiens eorum mentem retundit, qui res, quarum vſum ignorant, ſuperuacue conditas credunt: cum prædictis patribus conſentit Theodoretus. Rurſum, licet reſpectu huius vel alterius nociua ſint, reſpectu tamen vniuerſi (ad cuius perfectionem & quæ interitum cauſant, & vitam] eſſe oportet) bona eſſe Dominus dixit: quare & ſpinam in roſa, & noxias herbas, in pœnam peccati à Deo poſtea conditas, (vt ex Baſilio & Auguſtino conſtat, aliquos arbitratos fuiſſe;) non ſatis congrue dicitur. Denique aduertendum eſt, herbis, & lignis benedictionem non addidiſſe, ſicut animantibus, quod animal per cognitionem & appetitum generet, & in diuerſo ſexu: qua benedictione, ad coniunctionem, qua generet, amorem indidit; quod haud neceſſe fuit in plantis: ſic Rupertus annotauit.

Albert. Magnus.

Plutarchus.

Baſil. ho. 6. in Gen. Amb. hom. 3. Hex. Theod. q. 13 in Gen. Aug. 1. in Gen. contra Manicheos c. 16. cum Baſilio tenuit Reg. 3. de Gen. ad lit. c. 18. Baſil. hom. 3. Hex. Aug. 1. de Gen. ad lit. contra Manich. c. 13

Rupert. 1. de Tri. c. 52.

---

a *imperio ſuo practico.* d *ſecundum quod deinde illis virtutem indidit, ad quoſdam effectus, feciſſe dicitur.* e *quæ quantum ad ſubſtantiales formas prima die facta erant.* f g h *in ea parte orbis, quæ ſupra nos eſt, non ſpecificans in qua parte, ſiue in quo orbe.* i *.i. ſeparent ad humanos* k *ſecundum quod .ſ. vſus erat expedit.*

a b c d e f g h i k l m n o p
Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint

b *.i. ſignificationes tempeſtatis, ſerenitatis, & ſimilium.* d *Hyemis, æſtatis, veris & autumnis.* f *nubiloſos, ſerenos, longioris lucis, &c.* h *ſecundum naturalem ſolis motum, vel annos fructiferos vel ſteriles, & huiuſmodi.* m *vt ſupra .ſ. corpore ſupra nos poſito.* p *ad dirigendos incolas.* q *.i. aridam.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
in ſigna & tempora, & dies & annos; vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.

.i. ſolem

g h — *.i. ſolem & lunam.* i — *.i. ſublimia virtute & efficacia & quantitate quoad apparentiam.* k l — *.i. excellentius .ſ. ſolem.* n o — *ad opera hominum dirigenda.*

a b c d e f g h i x l m n o

Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei:

---

c — *dignitate .ſ. lunam.* e f — *vt homines ſomno requieſcant, & ad paſtum brutorum.* i k — *fixas, & loquitur de ſole & luna in ſequentibus.* m n o — *.i. in latione ſupra nos, ſed ſumitur pro parte eius ſuperiori, ſcilicet orbium.*

a b c d e f g h i k l m n o

& luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli,

---

b — *ad cuius motum qua mouentur, ciuntur.* c d — *ad aliquos effectus à luce cauſandos.* l m n — *ſecundum peculiares hominum vſus: nam ſecundum communem rationem lucis & tenebrarum prima die diuiſa ſunt.*

a b c d e f g h i k l m n

vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac

---

c — *.i. indicauit.* g — *.i. perfectum:* *Sicut de alijs diebus.*

a b c d e f g h i k l m n o p

tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

SCHOLIA.

51 ***Fiant luminaria.***] Licet iam facta fuerint à principio orbis, quantum ad formas ſubſtantiales & ad communem lucis rationem; eorum tamen non meminit aperte vſque ad quartum diem, etiam poſt ornatam terram herbis & arboribus, vt Philo, Baſilius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Theodoretus & Beda aduertunt; vt ineruditum populum ab eorum idololatria auocaret; oſtendens non eſſe Deos, ex quo nedum à principio fuerunt, ſed poſt plantas facta ſunt.

Philo in ſuo opificio. Baſ. in Hex. Amb. in Hex. Chryſ. ho. 6. in Gen. Theod. qu. in Gen. & lib. 3. Græcarum affectionum. Beda in Hex.

52 ***Fiant luminaria.***] Hac quarta die virtutem luminaribus indidit, ad peculiares effectus; quorum alios in ſolis radijs experimur; alios in radijs lunæ, & ſic de alijs: & quoſdam ſtatim ipſe Moyſ. expreſſit. Ob quam virtutis determinationem, S. Dionyſius ſolis lumen primo die conditum, ſed informe; quarto die ex prædictarum virtutum impreſſione formatum; denuo facta luminaria vere dici affirmat, ſicut de firmamenti conditione explicauimus: non igitur tantum in luminarium manifeſtatione, quæ à principio condiderat, diem quartum expendit, vt Rabinorum antiquos tenuiſſe teſtis eſt R. Moyſ.

Dionyſ. 4. de diu. no.

R. Moyſes lib. 2. c. 31.

53 ***In firmamento cæli.***] Ruſticæ plebi loquens ſecundum ea, quæ oculis cernuntur, nomine firmamenti omnia corpora, quæ ſupra nos ſunt, comprehendit; non ſpecificans, in quo orbe, aut firmamenti parte illa locauerit.

54 ***Et diuidant diem ac noctem.***] Etſi alias potuiſſet Moyſ. aſſignare cauſas, ob quas luminaria facta fuerint; eas tantum attingit, quæ in hominum vtilitatem cedunt, vt eos ab illorum cultu auocet, quæ propter ipſos facta eſſe norunt, vnde Deut. 4. Ne forte eleuatis oculis in cælum videns ſolem & lunam & omnia aſtra cæli, errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus in miniſterium cunctis gentibus. Nec, quæ digniora corpora ſecundum ſe ſunt, propter inferiorem creaturam facta eſſe incommodum videri debet, quia hoc, ſecundum quod ad vniuerſi integritatem ordinantur, attenditur. Adde, hominem ex parte animæ nobiliorem eſſe cunctis aſtris, quibus intelligentia non in ratione formæ, ſed motoris tantum adeſt.

55 ***Diuidat diem & noctem.***] Diuiſio hæc, ſecundum communem rationem tenebrarum & lucis, iam primo die facta eſt: nunc vero facta eſſe dicitur ſecundum quod ad aliquos humanos vſus ſic congruit, vt ſcilicet, lucente ſole, homines in diurnis operibus dirigantur; nocte vero laſſata membra ſomno refocillentur.

56 ***Et ſint in ſigna.***] In ſigna, quia multa per ea cognoſcimus, vt quibus itinerãtes pergant in terris arenoſis, ſicut Iunilius refert in Aethiopia, vbi tranſeuntium veſtigia agitato aere facile delentur; & vt Philo & Chryſoſtomus aduertunt, nouit nauclerus tempeſtati imminenti ex eorum aſpectu prouidere; & agricola, quando terræ mandare ſemina debeat; quando nubiloſum tempus, quando futurum ſerenum; & huiuſmodi alia, quæ maxime in gerendis negotijs ad hominum profectum conducunt; de quibus Baſilius; ſed fuſius Plinius & Conſtantinus Cæſar. Porro etſi plurium naturalium effectuum aſtra cauſæ ſenſibiles ſint, vt ſcilicet tempeſtatis, pluuiæ & huiuſmodi; eorum etiam ſigna ſunt: ſed ad idololatriam arcendam, ſigni potius, quam cauſæ meminit Moyſ.

Iunil. in Gen.

Philo de opificio mundi. Chryſ. ſuper Gen. c. 4.

Baſil. in Hex. Plin. lib. 15. & 18. Conſtantinus toto 1. lib. præceptionum de Agricultura.

57 ***Et ſint in ſigna.***] *Oth*, id eſt, ſignum, *Iapheth* vero portentũ ſignificat, iuxta Hebræos: an vero hu-

אות
מופת

manorum actuum ſigna ſint, citra liberi arbitrij coactionem, ita Origenes voluit, & Euſebius ſcribit, cælum quaſi librum apertum eſſe, in quo futurorum euentuum ſigna ſunt; quibus completis, quia in fine mundi ab illorum denunciatione ceſſabit, complicari dicetur veluti liber, & Plotinus in libro: Vtrum ſtellæ aliquid agant & de facto, cum Origene ſentit. iuxta quem ſenſum, intelligenda Origenis ſequaces quædam verba contendunt illius libri, cui titulus eſt: Narratio Ioſeph, olim apud multos Catholicos in auctoritate recepti, in quo Iacob filijs ſuis ſic loquens inducitur: Legi in tabulis cæli quæcumque euentura ſunt vobis & filijs veſtris. Sed certe hæc commenta ſunt: an vero Origenis mens omnino falſa ſit, vt Auguſtinus voluit, id probans ex duobus geminis, quos ad oppoſita & diuerſa propenſos experimur, non eſt huius loci nec inſtituti diffinire; hoc certum eſt, talium obſeruationem inutilem, & parum ad morum compoſitionem expedire.

Origen. 1. periarch.
Plotinus de fato c. 6.
Orig. vbi ſup. Aug. 5. de ciu. Dei c. 1.

58 *Et tempora*] quidam, quod in Hebræo ſit, *Vlmoghadim*, à verbo *Iaghad*, id eſt, teſtatus ſum, per tempora putant dies ſtatos & ſolennes intelligi, quos Hebræi à conteſtatione, & admonitione *Moghadim* appellant: ad ſolis enim & lunæ curſum dies feſti, ſiue mobiles, ſiue ſtati celebrãtur & repetuntur; de quo Chryſoſtomus. ſed certe potius exiſtimo diuerſitatem Hyemis, & Aeſtatis, Autumni, & Veris importari; quorum temporum viciſſitudo & faſtidium tollit, & ſanitatem conſeruat, & iuxta illam neceſſaria victui oriuntur, & ad eorum ortum & vſum proficiunt.

ולמוגאדים
יעד
מוארים
Chryſ. hom. de S. Io. Bapt.

59 *Et dies*] Communis temporum diſtinctio per diem & noctem prima die facta eſt; ſed hic varietatem dierum inducit: enimuero quatenus ſol per motum ſuum in obliquo circulo, quo magis accedit, aſcenditque ad Septentrionem, longiores dies efficit, & quo amplius recedens à Septentrione verſus auſtrum vergit, tanto breuiores dies reddit. Rurſum alij nebuloſi, alij ſereni, alij critici, alij halcyonij; de quibus Cælius Rodiginus: quorum dierum viciſſitudinem continuo experimur; & eos medici, nautæ & agricolæ obſeruant.

Cælius lib. 14. hiſt. antiq. c. 9. 10 & 11.

60 *Et annos*] *Sana*, id eſt, annus, à verbo *Sana* quod Hebræis ſonat iterare vel ſecundare: Græci vero vocant *Enaton*, ab *en*, id eſt circum, iuxta priſcorum vſum, & *nare*, id eſt fluere, quod menſibus in ſe recurrentibus voluatur, & in ſe circumfluat: per duodecim ſiquidem Zodiaci ſigna excurrẽs ſol, annum conficit: quare apud Ægyptios, ante characterum inuentionem, dracone picto, caudamque ſuam mordente, annus apte indicabatur. Hinc & temporis illud interuallum, quo ſol, luna, vel ſidus aliud quodcumque, aut vnius orbis ab vno puncto in idem, natiuo curſu voluitur, eius annus dici poteſt: ſuntque inæquales, longiores & breuiores, ſecundum quod tardius, vel celerius vnum ſidus curſum ſuum peragit: vnde lunaris annus integer eſt dierum vnius menſis tantum, quibus luna curſum ſuum complet. Verum eſt tamen, quod licet ſecundum ſe, & iuxta nominis etymologiam ita ſit, tamen in ſcripturis lunaris annus ſolari etiam reſpondet: ſed cum apud Hebræos menſis non ſit certo quodam dierum numero ad placitum conſtitutus, ſicut apud Latinos; ſed ſit præſcriptus ad naturalem dierum numerum, quibus luna ſuam periodum complet, breuior efficitur annus: ac proinde, vt noſtro contemperetur, tertio quoque anno additur menſis vnus, ſcilicet *adaſeni*, id eſt, Februarius ſecundus; conſtatque ille annus tredecim menſibus; iuxta quem numerum, aliqui, à cõceptione Chriſti Domini, vſque ad eius Natiuitatem, decẽ fere menſes adnumerant; cum iuxta noſtram ſupputationem nouem tantum interfuerint.

שנה
שנה
ἐνιατον

61 *Et annos.*] Qui ſcilicet ex ſolis curſu proprio conſtituuntur; quorum eſt apud nos vſus; hos, alios ſteriles, alios abundantes ex varijs aſtrorum influxibus experimur.

62 *Et illuminent terram,*] id eſt, ſic quod terram iam aquis diſcoopertam illuminent ad habitantium directionem: antea enim non terram, ſed aquas illuminabant, quibus terra vndique erat cooperta.

63 *Duo luminaria magna.*] Non tam quantitate omnibus alijs maiora, vt Chryſoſtomus aduertit, quam virtute & efficacia: ita vt Albumazar & Ptolemæus, gentium more loquentes, ab eis vitam infundi aſſeruerint: quorum etiam effectus ampliores in ijs inferioribus cernimus. Rurſum, magna, quia ſecundum ſenſum (quo modo explicite locutus eſt Moyſ.) maiora reliquis aſtris apparent: etſi ſidera aliqua quantitate illis maiora ſecundum ſe eſſe contingat; vel forte magna, id eſt, ſublimia.

Chryſ. ho. 7. in Gen.
Albumazar. Ptolemæus.

64 *Luminare maius,*] id eſt, excellentius .ſ. ſol ſic Latine dictus, vt Cicero teſtatur; quod ſolus ex omnibus aſtris ſit tantus.

Cic. lib. 2. de natura deorũ

65 *Luminare minus.*] Minus, dignitate ſcilicet, Luna; vt Cicero ibidem dicit, à lucendo, quia ſola nocte alijs luce præeminet.

66 *Et poſuit eas in firmamento*] affixas quidem orbibus, in quibus ſunt; & ad quorum motum & ipſæ mouentur: verum eſt, mobiles illas eſſe in cælo, ſicut piſces in aqua, tenuiſſe Iuſtinum, Origenem, Euſebium Emiſſenum, Diodorum, & Chryſoſtomum eius diſcipulum, Auguſtinum, Procopium Gazeum; à mathematicisq; ſuorum temporum, certiſſimis demonſtrationibus oſtenſum fuiſſe teſtatur Auguſtinus: neutrum tamen, vt ibidem Auguſtinus aduertit, eſt de fide: etſi Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, ſine rationabili cauſa, inter hæreſes hanc Origenis, & aliorum ſententiam connumeret.

Iuſtin. martyr R. ad q. 93. Orthodox.
Orig. aduerſ. Celſum & 1. periarch. c. 7.
Euſeb. in Gen.
Diod. in prima theuch.
Chryſ. ho. 13. in Gen. & ho. 6. 9 12. ad populũ Antioch.
Procopius in Gen. c. 7.
Aug. lib. 2. de Gen ad lit.
Philaſ. de hær.

67 *Vt lucerent ſuper terram:*] verba hæc, & quæ ſequuntur, non ſolum referuntur ad ſtellas; ſed ad ſolem & lunam.

68 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Bonum, id eſt perfectum: quare die prima, cum dixit lucem bonam, non hoc modo bonum pro perfecto ſumpſit, & pro eo, quod numeris omnibus abſolutum eſt; ſed pro eo, quod eſt bonum ſecundum ſpeciem, & illius diei propoſito maxime accommodatum. ſic Auguſtinus.

Aug. de Gen. ad lit.

a aƈtu intellectus practici .ſ. imperio. d in multitudine magna. e .i. producantur ex aquis, ſub quo nomine & aer comprehenditur. f .i. piſces, quicumque illi ſint. g h .i. animalis viuentis. i k ſubintelligitur, volet.

a b c d e f g h i k l m
Dixit etiam Deus: producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram

a b c id eſt per vltimam aeris regionem. d de aqua piſces, & de aere aues. f g .i. omnes piſces grandes, qui non oua, ſed piſces pariunt. i k l .i. omnia animalia viuentia.

a b c d e f g h i k l
ſub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem

b .i. de vno in alium locum mota moueri, ſiue natantem. d e .i. quæ producta fuerant ex aqua. f g h de perfectis, nam quæ ex putrefactione, forſan non ſunt primo condita, niſi in potentia, ſed tantum quæ ex ſemine.

a b c d e f g h i k l
atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile

b c .i. ſpeciem perfectam & quæ per commiſtionem; quæ enim ex putrefactione, forſan non fuerunt à principio condita, niſi in virtute. e .i. indicauit. k .i. virtutem generatiuam indidit, & idem inſinuatur, cum ſubditur ſtatim: creſcite, &c. l .i. piſcibus & auibus.

a b c d e f g h i k l m
ſecundum genus ſuum, & vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens:

a per generationem. c .i. in magno numero ſtote. i per generationem. k l quia licet aliqua ſuper aquas volent, in terra tamen & in herbis degunt vt plurimum.

a b c d e f g h i k l
Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq; multiplicentur ſuper terram.

g h in quo, quæ ſecunda die diſtincta, ornata ſunt.

a b c d e f g h
Et factum eſt veſpere, & mane dies quintus.

S C H O L I A.

שרץ
וישׁ רצו
Ariſtot. 3. de Gen. c. 11.
Plin. lib. 9. c. 2

69 **Producant**] *Saras* verbum Hebræis eſt ſcaturire & ebullire, ſiue ſurrepere, & in magna multitudine gignere: vnde Exod. 1. *vaijs Reſu*, id eſt, multiplicati ſunt. Ariſtot. ſiquidem & Plinius, multiplicem fœtum & abundantiorem eſſe in aquaticis animantibus, quam in terreſtribus, affirmant: Vulgatus vero non inueniens Latinum verbum, quod Hebraici vim exprimeret, dixit: producant. Porro prædictis verbis indita eſt aquis virtus producendi aquatilia quædam, quæ non ex ſeminis commiſtione fiunt.

70 *Aquæ,*] id eſt, ex aquis: hac enim prima vice quæ ex ſemine ſunt, Deus ipſe condidit; quod, vt innueret Moyſ. qui hîc dicit: producant aquæ, infra inquit; Creauit Deus cete, &c. vt oſtenderet in his verbis tantum inſinuaſſe materiam, ex qua aquatica condita ſunt; & vim aquis inditam ad producenda aquatica; quæ non ex ſolo ſemine fiunt. Porro licet hæc omnia miſta (vt ſupra ex S. Thom. docuimus) iuxta Ariſtot. ex quatuor elementis conſtent; tamen ſicut homo de terra, vt dicemus, ſic quædam ex aquis vel ex aere producta perhibentur.

S. Tho. 1. p.
Ariſtot. 2. de Gen. tex. 51.

71 *Reptile,*] in Hebræo *Hammaim*, quod nec proprie reptile ſignificat; cum repere terreſtrium ſit; ſed vulgatus, elegantius nomen cum non inueniret, reptile poſuit; quòd piſces ſic per aquas ſerpant, ſicut reptilia per terram. Septuaginta etiam legunt: reptilia, & Chaldaica vertit: ſerpant aquæ reptile.

חמים

72 *Reptile animæ viuentis*] Hebraiſmus eſt, id eſt, animalia viuentia, quæ reptilia ſunt: quaſi dicat, piſces (quicumque illi ſint) vnde Ariſtot. piſces Apodes vocat, id eſt, ſine pedibus, quod regulariter ita ſint: reptile enim eſt, quod vel pedibus caret, vel breues admodum habet, quibus vix in altum eleuari queat, nec ſuper illos conſiſtere poſſit.

73 *Et volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.*] Sunt qui putent, aues omnes ex aqua formatas, ex ſententia Hieronymi, Aug. Iunilij, & Ruperti, non quidem ex aqua fluida, ſed nebuloſa, cuius exhalatione aer pingueſcit: alij dicunt, ex humo, ſiue terra, quod ſequenti capite illud ſcriptura aperte innuere videatur: ſed certe, quæ ex humo dicuntur facta, ſunt animantia terræ; formatis, inquit, de humo cunctis animantibus terræ. quod vero ſequitur, & vniuerſis volatilibus cæli, non reſpicit formationem ex humo, ſed ſolum dictionem illam, formatis: & ſimul coniunxit terreſtria, & volatilia, propter id quod ſequitur; & adduxit ad Adam, &c. Cæterum erudite ſanctus Tho. aues ex aere factas docet, qui, cum ſecundum ſe inuiſus, immo, & rudi populo ignotus eſſet, ſub appellatione aquæ memoratur, forſan, quòd eius infima pars, ex qua factæ ſunt, exhalationibus aquæ impinguatur, & potius nebuloſa aqua, quam aer videatur. Adde, quod iuxta Hebræam, & Chaldaicam paraphraſim dicitur: Et volatile ſuper terram, ſubintelligitur, volet, vt ſit ſenſus; producant aquæ reptile animæ viuentis, & fiat periodus. Et rurſum ſequitur: Et volatile volet ſuper terram; forſan nolendo explicite dicere, ex qua materia volucres creaſſet, quòd incognitus eſſet aer, vnde illas efformauerat. Exiſtimo tamen ex diuerſis aeris portionibus factas; quæ enim, licet aliquando in terra quieſcant, fœtuſque propagant, marinis tamen ſedibus libentius, quam terreſtribus vtuntur: & ſuper paludes & aquas vt in plurimum volitant: vt Cygni, Anſeres, Iulicæ, Mergi, Grues, Anates, Halcyones, Græce, Latine, iuxta Varronem, Halcedones, & his ſimiles factæ ſunt ex ea aeris portione, quæ propinqua eſſet aquis, earumque exhalatione impinguata: alias vero edidit ex portionibus aeris, quæ ſuper ſiccam terram erant; quæ licet per aerem volitent, in terra vel in arboribus degunt: & certe ex ſedibus, quas frequentant, conijci facile puto, ex qua aeris portione ſingulæ earum ſpecies prodierint. Porro, quod ait: Sub firmamento cæli, id eſt, aeris, terræ, & mari propinquam ſpheræ partem intelligit: firmamenti enim nomine, vt ante, omnem lationem, quæ ſupra nos eſt comprehendit. Denique aues omnes ouiparæ ſunt, vno nicticorace ſiue veſpertilione dempto; qui ſolus viuiperus eſt dentibus armatus, pennis carens; vt merito auis & non auis à Platone ſit dictus.

Hieron. Epiſt. 83. ad Oceanum. Aug. 3. de Gē. ad lit. c. 3. Rup. lib. 1. de Trin. c. 50. Iunilius in Gen.

S. Tho. p. p. q. 71. ad 2.

Varro lib. 3.

Plato 5. de rep. in quodā ænig.

74 *Cete grandia*] *Tanninim* etiam dracones, & ſerpentes magnos ſignificat: vnde Deut. 32. vinum eorum *Tanninim* id eſt, draconum fel, & Ezech. 26. Ecce ego ad te *Hatanim Hagadol* id eſt, draco magne, qui cubas in medio fluminum: modo, Ceti nomine non ſolum quod vulgo, Balena, dicitur, & Hebraice *Leuiathan*, de qua Plinius, & Strabo, Baſilius, & Theodoretus multa ſcribunt; ſed ea omnia comprehendit, quæ in aquis vaſta ſunt, vt dracones marinos, & piſces alios grandiores, præſertim eos, qui non oua, ſed piſces pariunt, inter quos ſunt Delphini & Vituli marini, quos pedes habere, quibus ſuper terram gradiantur, refert. S. Tho. & quaſi animalia media eſſe dicit inter aquatica & terreſtria: ſicut & in India *los Caimanes*: ſed quia magis cum aquaticis communicant, inter illa connumerantur. Quod vero Hebræi de cete feminei ſexus confingunt, Deum illam occidiſſe, ne indiuidua multiplicarentur, & eam ad comedendum iuſtis in futuro ſeculo reſeruaſſe; ſomniantium ſunt deliria & aniles fabulæ.

תנינם

תנינים
התנים
הגדול

Plin. lib. 9. c. 3. Strabo. Baſil. in Hex. Theodo. q. in Gen. De Delphino & ſimil. lib. Plinius lib. 9. c. 8. 12. 13. 14. 51. & li. 33. c. 1. & Ariſt. 9. de hiſtor. animaliū & Galen. li. 3. de animaliū facultate, & Plutar. l. utrū rationis plus ſit in aquaticis, quā in terreſtribus, & Baſil. ho. 7. in Gen. & Iſid. 12. Ethymol. c. 6. & Aulus Gellius lib. 7. noct. att. & Alber. Magn. lib. 24. de animalibus c. 1.

75 *Et omnem animam viuentem atque motabilem*] Hebraiſmo omnia animalia viuentia dicit omnem animam viuentem; motabilem vero, quod ab vno loco in alium moueri apta ſint, & hic natantem importat.

76 *Creſcite & multiplicamini*.] Cum moralis præcepti bruta animalia capacia non ſint, non præceptum iniunctum, ſed, vim ad generationem his verbis inditam fuiſſe, intelligendum eſt. Porro, creſcite .ſ. numero, ſed vi verborũ Hebraicorum expenſa *Parah*, & *Rabah* verbum creſcite, hoc loco ordinem dicit ad ortum; multiplicare vero in rebus iam ortis, in magno numero eſſe importat; & huiuſmodi, iuxta appoſitiones verborum, quæ idem ſignificare videntur, ad eius, de quo agitur, maiorem exaggerationem pertinent. Denique quod dicitur, benedixit eis, idem repetit; cum dicit: Creſcite, vtriſque enim verbis eadem virtus ad generationem à Deo indita deſcribitur; ad multiplicandum ſcilicet per commiſtionem maris & feminæ, quæ ad animalium maximam perfectionem ſpectat: quòd, quia in herbis non cõtingit, nec poſſint, cum creuerint, non generare, bene tamen animalia, ſi non ſit paſſio, & homo etiam, vrgente paſſione: ideo talis benedictio herbis collata non memoratur; vt iam ex Theodoreto ſupra annotauimus.

פרה
רבה

77 *Benedixitque*.] Quare verba hæc non addiderit Moyſ. cum de terreſtribus loquitur, Hebræi (etſi multa ſuperſtitioſe dicant, in hoc fortaſſe non ita) rationem reddunt, quod in ipſis eſſet callidus ſerpens paulo poſt maledicendus: vel melius fortaſſe dicitur tacuiſſe, & conſulto; vt ſcirent non omnia expreſſiſſe; ea præſertim, quæ à ſapientibus ex dictis conijci poſſent facta, vel dicta fuiſſe.

a *.i. iuſſit.* d *.i. producantur de terra, vnde infra fecit Deus beſtias.* e f *.i. animalia viuentia.* h i *.i. diuerſarum ſpecierum.* k *.i. quæ quoquo modo inuent.* m *.i. quæ pedes aut paruos aut nullos habent.*

a b c d e f g h i k l m
Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia,

.i. ſilue-

b c d e f n o
.i. animalia, quæ vix cicurari poſſunt. .i. diuerſarum ſpecierum. .i. ſilueſtres, quæ non manſueſcunt.

a b c d e f g h i k l m n o
& beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ

a b c d e f g h k l m n o ſ
.i. vnumquodque iuxta ſuam naturalem ſpeciem. .ſ. quæ quoquo modo iuuent. quod pedes vel non habet, vel ſaltem paruos. .i. iuxta ſuam ſpeciem vnumquodque. .i. indicauit. & in ſe, & in ordine ad vniuerſum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo: Et vidit Deus quod eſſet bonum.

SCHOLIA.

Plato in Timæo. 78 *Dixit quoque Deus.*] Plato ſecundis dijs, id eſt, ſideribus, aut dæmonijs, terreſtrium conditionem demandaſſe ſcribit. Epicurus terram cum ſolis calore terreſtria animantia à principio condidiſſe aſſeruit; quod & Lucretius carminibus cecinit: de quo videndus eſt Diodorus Siculus. at vero Auicenna non ſolum in hoc cum Epicuro conſentit, ſed & modo ſimili vniuerſa animalia terreſtria à terra prodire nunc poſſe contendit: ſed ſacer textus Deum dixiſſe, id eſt, iuſſiſſe ait, ſeu de terra produxiſſe; & infra apertius: Fecit Deus beſtias terræ: quod enim ſequitur; Producat terra, &c. non ſic intelligendum eſt, vt terræ producẽdi terreſtria perfecta virtutem dederit, ſed Hebraica phraſi, producat terra, id eſt, producantur de terra; ſicut ſupra de alijs diximus, ipſe eſt, qui de terra produxit: ad ea vero, quæ ex putrefactione fiunt, terræ vim illa producendi dedit, quæ forſan hoc ſolo producta à principio cenſentur, non actu, ſed virtute. ſic Auguſtinus, & S. Tho.

Lucret. lib. 5. Diod. li. 1. c. 1. Auicenna.

Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. S. Th. p. p. q. 72

79 *Animam viuentem*] id eſt, animalia viuentia, more Hebraico, ſingulare pro plurali, & per Sinecdochen, anima pro animali; & non dixit, ſicut de piſcibus, terreſtria animæ viuentis; ſed animam viuentem; vt inſinuaret maiorem perfectionem vitæ, quam quæ in terreſtribus viget.

80 *In genere ſuo,*] id eſt, variarum ſpecierum. Cæterum ſicut quæ ex putrefactione oriri nata ſunt in ſuis principijs, producta fuiſſe dici poteſt initio mundi; ſic & quæ ex commiſtione diuerſarum ſpecierum gignuntur, vt muli, & onagri, iuxta Rupertum, non ſunt condita ab initio rerum, ſed tantum in ſuo principio: quomodo etiam in initio mundi dici poteſt condita fuiſſe.

Rupertus de Tri. c. 57.

בהמות בהמה

81 *Iumenta*] *Behemoh*, quamuis aliquando ſilueſtria ſignificet animalia, vt Deut. 32. dentes *Behemoth* id eſt, beſtiarum, intellige, ſilueſtrium, immittam in eis; & Micheæ 5. *Bebahamoth* id eſt, in iumentis ſiluarum: at hoc loco pro his, quæ proprie iumenta vocantur, ſumitur, quæ ſcilicet vtcumque iuuent, vel ad hominum eſum, vt aries, bos &c. vel ad recreationem, vt Simia; vel ad vehenda onera, vt Camelus, Mulus, Elephas, Dromedarius: teſte ſiquidem Aulo Gellio, iumentum per Syncopam dictum eſt, id eſt, iuuamentum.

בבהמת

Aulus Gellius lib. 20. c. 1.

82 *Et reptilia*] Hebraice *Remes*, quæ ſcilicet, vel pedibus carent, vt angues, & coluber; vel breues admodum habent, vt ſtellio, lacertæ, formicæ.

רמש

83 *Et beſtias*] *Chaiah* beſtias ſilueſtres hic ſignificat: quamuis ex vi vocis Hebraicæ generale videatur vocabulum ad omnia animalia viuentia: Hic tamen ſumitur pro feris, quæ vix manſueſcunt, vt Tygres, Leones, Vrſi, Rinoceros, & huiuſmodi. Porro, Septuaginta hic addiderunt quadrupedia, ſed iam in prædictis comprehenſa ſunt. Rurſum Plato in ferum, & manſuetum diſtribuit omne animal terreſtre. Ariſt. in perpetuo cicures, & perpetuo feras, & illa, quæ flexili ingenio, & cicurari, & efferari facile poſſunt: ſed hæc omnia in idem incidunt, cum diſtinctione in ſacro codice facta.

חיה

Plato in Politic. Ariſtot. 1. de hiſt. animalii.

84 *Et vidit Deus quod eſſet bonum.*] Quia licet aliqua venenoſa & noxia ſint, ſi homo non peccaſſet, ei noxia non fuiſſent, vt S. Tho. docet: ſed reſpectu vniuerſi condita ſunt; & licet homo ignoret, ſcit tamen Deus quomodo ad eius perfectionem ſpectent, & bona ſint, & in ſe multa bona contineant. Porro, quare his benedictio addita non ſit, iam ſupra vidimus; vel quòd ex dictis præintelligenda ſit in conditione vero hominis additur, quòd ſpecialis ſit ratio in hominum multiplicatione, ad reparandas ſcilicet angelorum ſedes, & quòd libera, immo & meritoria talis coniunctio eſſe poſſit: de quo Aug. & Beda.

S. Tho. p. p.

Aug. 3. de Gen. ad lit. c. 13. Beda in Hex.

a b c d e f g h
actu intellectus practici. pluralitatem perſonarum in diuinis innuens. per Synecdochen .i. hominis ſpeciem in indiuiduis. ratione partis intellectiua. quantum ad gratuita.

a b c d e f g h
Et ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem

a etiam vt trinus eſt Deus in perſonis. b c ratione imaginis. d e qui minus diſciplinæ capaces videntur. h .i. atrie. k ſiue feræ, ſiue cicures ſint.

a b c d e f g h i k l m n
noſtram: Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſæq; terræ, omnique

a quæ non pedes, aut paruos habentes. c d e vt omnia animantia comprehendat. g ſicut ſupra, animam ex nihilo, corpus vero de limo fecit. h non angelis cooperantibus in opere creationis. k l m quantum ad naturalia & gratuita, quod ſupra, imaginem & ſimilitudinem dixerat.

a b c d e f g h i k l m n o
reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem

a non ergo cum angelis loquebatur, cum dixit: faciamus. c ſicut ſupra. d primo tãtum, & non ſimul cum femina. f poſtea de viri coſta; & hoc per prolepſim dictum. g per prolepſim, nam poſtea feminam. i .i. vim gignendi dedit, & quia electorum numerus inde implendus. n etiam per prolepſim, quia hoc poſt conditam mulierem de coſta dictum eſt.

a b c d e f g h i k l m n
Dei creauit illum, maſculum & feminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait:

a per naturalem propagationem etiam in ſtatu innocentiæ. c .i. eſtote in magno numero. e in veſtra prole. h i aratro & cultura ad eorum ſemina, quæ non ſponte terra producit, & hoc tunc non cum labore, ſed cum oblectatione iuſſet. l ius idem nunc eſt, vſus tamen alius, ſicut rationis in ordine ad partem ſenſitiuam.

a b c d e f g h i k l m
Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus

a b c d e f g h quomodo vero ad placitum his omnibus vteretur, noſſet tunc homo; modo vero ignorat.

a b c d e f g h i k l
maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.

SCHOLIA.

85 *Faciamus hominem*] vt hominis dignitatem ſupra omnia animantia inſinuaret, non verbis imperij vſus eſt, dicens: fiat, aut, producat terra, ſicut in alijs; ſed magis verbis conſultantis, deliberantis & cohortantis, vt Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, & Gregorius Papa aduertunt. Aliam huius rationem acutiſſimam, ſed myſticam adducit Rupertus, *lo que repara Dios en hazer al hombre, porque ſabia en quantas occaſiones le hauia de poner; y lo que le hauian de coſtar ſus atreuimientos.*

Greg. Nyſſ. li. de homine. Chryſ. in Gẽ. Cyril. 3. cõtra Iulianum. Greg. Papa 9. mor. c. 27. Ruper. in Gẽ.

86 *Faciamus hominem.*] Non inde angelos cooperatores, Deum in hominis conditione habuiſſe colligas; ſicut Baſilides & Cherintus ſenſere, quos Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyrillus, & Theodoretus redarguunt; quod etiam & Philo Iudæus putauit, alludens ad illud Platonis in Timæo, vbi Deum ſummum ad minores deos ſuper animantium creatione loquentem inducit; nec propterea nego potuiſſe angelos miniſterium aliquod exhibere, ſicut exhibebunt in vltima reſurrectione, pulueres colligendo, ſicut ſanctus Thom. affirmat.

Baſil. in Gen. Chryſ. hom. 8. in Gen. Aug. 18. de ciu. Dei, ca. 6. Cyrill. 1. aduer. Iulianũ. Thãod q. 19. in Gen. Philo lib. de opificio mũdi. Plato in Timeo. S. Th. p. p. q. 91. ar. 1. ad p.

87 *Faciamus.*] In plurali, ſicut principes loqui ſolent, Deum locutum eſſe fingunt Iudæi, quos Theodoretus erudite redarguit; & certe hoc ſimile eſt illi, quod de Ganimedis raptu poſt Homerum ſcribit Cicero: Fingebat, inquit, hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, diuina mallem ad nos. Locutus igitur eſt in plurali, ad pluralitatem ſcilicet diuinarum perſonarum adumbrandam, quarum imago in homine futura erat: ſic Sanctis Patribus placet; ita Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Auguſtinus, Idacius Clarus Hiſpanus, Paulinus Aquilanenſis Epiſcopus, Cerealis Epiſcopus (cuius meminit Gennadius in ſuo Cathalogo) Sanctus Ioannes Maxentius, ſeruus Dei ita dictus, qui Hormiſdæ Papæ temporibus claruit, & Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus, Iunilius, & alij multi: vnde infra ſequitur: ad imaginem Dei creauit illum, vnitatem eſſentiæ inſinuans, ſicut pluralitatem perſonarum verbo, faciamus.

Thẽod. q. 20. in Gen. Cic. in Tuſc. q. Amb. lib. 6. Hex. c. 7. Aug. in Gen. c. 13. Greg. lib. de cognit. Dei. Idacius lib. 3. contra Varimandum. Paulinus lib. contra Felicẽ Vrgelitanũ & Eliphandum Toletanũ Ep. Maxen. 2. dialog. c. 18. Cerealis contra Maximũ Arrianũ. c. 10. Claud. de ſtatu animæ. Iunilius li. 2. de par. de leg.

88 *Hominem.*] Per Synecdochen, id eſt, hominis ſpeciem in indiuiduis; quæ loquendi forma Hebræis familiaris eſt. Iam præparato orbis conuiuio,

vt in-

vt inquiunt Ambroſius, & Gregorius Nyſſenus, & alij, commua introducitur; & cum omnia propter hominem, conſtituto regno rex inſtituitur: ſic Ambroſius, & Gregor. Nazian. Et ſicut orator, quidquid diffuſe in oratione dixit, Laconica breuitate in epilogo perſtringit; ſic homo, ideo microcoſmos dictus, vt factorum à Deo epilogus vltimo loco inducitur. Denique ſicut princeps, qui, condita à ſe præclara vrbe, ſui ipſius imaginẽ in ea conſtituit, & venerari publico edicto præcipit, ſicut antiquitus in vſu fuit; ſic condito orbe, Deus ſui imaginem, hominem introducit, quem & reuereri a cunctis animantibus inſtituit. Sic Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Damaſcenus.

89 *Ad imaginem*] Non ſecundum corpus, quod & Deus corporeus ſit; vt Chryſoſtomus notauit hom.8. in 2.cap. Gen. de quo Auguſtinus Tertullianum excuſat, & Epiphanius inter hæreſes Audianorum, qui & Antropomorphitæ dicti ſunt, recenſet; de quibus legendus eſt Nicephorus, quem errorem Melitoni Sardenſi Epiſcopo quidam impoſuerunt, ſed falſo, vt Euſebius, Hieronymus, & Theodoretus teſtantur. Nec rurſum intelligendum, factum fuiſſe ad imaginem humanitatis Chriſti, vt ex recentioribus non pauci arbitrantur; quod loco imaginis, in Hebræo ſit *Beſalmenu*, quæ vox crucem importat: ad imaginem itaque Chriſti Domini, qui crucifixus eſt, dicunt hominem factum; addidiſſe vero ad imaginem noſtram, quod à tota Trinitate effecta ſit Chriſti humanitas. Interpretandum igitur eſt, factum hominem ſecundum animam vtique, quæ ſpiritualis eſt, ad imaginem Dei, qui & ſpiritus eſt. ita Baſilius, Ambroſius, Claudianus Mamertus Galliarum Epiſcopus, & Marius Victorinus, quem ſub Conſtantino Principe claruiſſe refert B. Hieronymus: nec proinde negamus, in corpore aliquo modo Dei imaginem eluceſcere, de quo Auguſtinus, & Bernardus erudite ſcribunt.

90 *Ad imaginem*] Scilicet ſecundum intellectiuam partem animæ; quæ ergo intellectu carent, ad imaginem Dei non ſunt proprie facta, teſte Auguſtino, vnde bruta, & id genus alia, factoris ſimilitudinem ſecundum veſtigij rationem ſolum in ſe habent, vt Auguſtinus docuit: In homine vero, qui ratione præditus eſt, imago Dei, etiam quantum ad Trinitatem, reperitur ſecundum actus intellectus, vt Ambroſius, & Auguſtinus docent; ſiquidem in nobis anima per intellectum verbum producit, & ex hoc in amorem prorumpimus, quod Auguſtinus in mẽte, notitia & amore dixit, Adde, dictum etiam eſſe, factum ad Dei imaginem, quod cum quatuor ſint gradus naturæ, ſcilicet eſſe, ſentire, viuere, & intelligere, in ſupremo, ſcilicet intellectuali, in quo Deus eſt, homo etiam collocetur; ex quo multa, quæ imaginis rationem præſeferunt, conſequuntur, ſcilicet animi immortalitas, ex Auguſtino, ſpiritualitas, & intellectu, voluntate, memoria, & libero arbitrio pollere; & diſciplinæ, ſapientiæ, & virtutis, & gratiæ, & gloriæ eſſe capacem; & excellentiam ſupra animantia; & imperium. inter hæc, natiua dona, quæ imaginis nomine comprehenduntur, connumerant Baſilius, Gregorius Nyſſenus, & Chryſoſtomus.

91 *Ad imaginem*] Imaginis nomen addit ad communem ſimilitudinem, factam ſcilicet eſſe ad alterius imitationem: vndt ouum ouo ſimile, non tamen eſt illius imago: cæterum æqualitas, teſte Auguſtino, non eſt de ratione imaginis, bene tamen de ratione perfectæ imaginis, in qua nec deeſſe debet aliquid, quod illi, de quo expreſſa eſt, inſit: In homine autem imago Dei non eſt perfecta, vt *Beſelem & Demuth* Hebraicorum nominum vis, inſinuare videtur, ſed imperfecta: vnde ad imaginem factus dicitur; vbi præpoſitio, ad, acceſſum quemdam importat, qui eſt, rei diſtantis: ita Ambroſius, & Auguſtinus: quod Epiphanius non aduertens, ſoli Deo cognitum dixit, in quo imago hæc & ſimilitudo hominis conſiſtant. Nec tamen proinde negamus, hominem Dei imaginem dici poſſe; ſic enim à Paulo 1. Corinth. 11. appellatur, ita Auguſtinus: nec enim inuſitatum eſt, etiam quod rationem propriæ imaginis obtinet, ad imaginem factum dici, vt infra cap. 5. Seth, qui filius Adæ ad eius imaginem & ſimilitudinem factus perhibetur: at hoc loco præpoſitio, ad, vt diximus, de ratione propriæ imaginis diminuit. Eſt ergo homo Dei imago, non quaſi in propria, ſed in aliena natura. Quæ imaginis ratio æqualis eſt in mari, & femina, quantum ad principale, vt Baſilius, & Gregorius Nyſſenus luculenter pertractant; iuxta illud ad Galat. 3. In Chriſto enim Ieſu non eſt mas, aut femina; licet quantum ad ſecundaria, ex quibus attenditur, perfectior ſit in homine, qui caput eſt mulieris, vt in Decreto ſcriptum eſt ex Ambroſio & Auguſtino; de quo videndus eſt etiam Auguſtinus de Trinitate; quam imaginis rationem communem eſſe bonis & malis, vere & erudite docuit Philaſtrius Epiſcopus. Per peccatum igitur, Dei imago ab homine non amouetur, in quo Origenes merito à S. Hieronymo, & Epiphanio notatus eſt, & S. Auguſtinus, quod aliquibus locis ſimile huic dixerat, poſtmodum retractat, & honeſtat, dicens; non quaſi nulla remanſerit, ſed quia ita deformis, vt reformatione opus habuerit.

92 *Et ſimilitudinem*] Hæc dictio neque in Hebræo expreſſe, bene tamen implicite, neque in Biblijs multis antiquis reperitur; ſed nobis ſat eſt in vulgato inueniri, quam Origenes ad innocentiæ, & in alia vita futurum ſtatum refert. Cæterum ſimilitudinem hanc non communem intelligas; ſed illam, quæ imaginem perficit, ſecundum quam, imaginem vnam altera ſimiliorem & perfectiorem dicimus, quæ ſecundum gratuita attenditur, ſecundum quod gratia naturam perficit: ſicut ergo per imaginem naturalia dona, quæ prædiximus intelligit, ſic per ſimilitudinem, ſupernaturalia gratiæ, charitatis, &c. Ita Irinæus, Cyprianus, Origenes, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Victorinus Hieronymi inſtitutor, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Damaſcenus, Eucherius, Theodoretus, Bernardus, Rupertus, & S. Thomas. Nec ſpernenda eſt eorum interpretatio, qui per imaginem, & ſimilitudinem idem intelligunt; geminatione tamen apud Hebræos grata, vſum fuiſſe, quaſi dicat: Faciamus illos nobis valde ſimiles, quantum par eſt in illa natura: hæc autem animi ſimilitudo, iuxta iſtos, conſiſtit in immortalitate, innocentia, iuſtitia, reliquiſq. animi dotibus. An vero hæc imago perfectius ſit in orbe toto, quam in homine, acute S. Thomas explicat, extenſiue quidem ita eſſe, intenſiue autem nequaquam, niſi forſan & in orbe angelos comprehendas, qui reſpectu hominis ſe habent ſicut excedens, & exceſſum.

Ambr. ep.28. ad Heront. Greg. Nyſſen. li. de homine Et Philo in Coſmopoeia. Chryſ. ho.8. in Gen. Nemeſius Epiſc. l. de nat. hominis. Hugo de S. Vict. l. 1. p. 2. cap. 1. Beda in 1. ca. Gen. Alchuin. in Gen. Amb. ad Heren epiſt. 10. Greg. Naziã. orat. in nemen Domin. Baſ. li. de paradiſo. Greg. Nyſ. l. 1 de homi, c. 2. Damaſc. l. 2. c. 11. Aug. lib. de her. c. 86. Epiph. de her.

בצלמנו

Niceph. l. 11. c. 14. & l. 33. c. 10 Euſeb. Hieron. I l. trad. qu. 20. in Gen. Baſi. ho. 10. in Gen. Amb. l. 6. He. c. 8 Claud. l. de ſtatu anima. Victor l. 1. contra Arrium. Hier. de viris illuſtr. Aug. lib. 6. de Gen. ad lit. c. 12. & 1. de Gen. contra Maniceh. c. 17. Bern. ſer. 24. in cant. Aug. 6. de Gẽ. ad lit. c. 12. & 1. 10. 4. & 13. conf. c. 32. Aug. de tech. c. 8 Amb. de dignitate conditionis humanæ. Aug. 10. de Tri. c. 11. & l. 14. & ſuper Gen. Au. 9. de Tri. c. 4 Aug. de quantit. anima, c. 2. & l. de eccleſiaſticis dogmatibus. Baſi. ho. 10. in Gen Greg Nyſ. de creatione hominis. Chryſ. in iſtũ locum.

Au. l. 83. q. 51 & q. 4. in Deu. Amb. ſup 22. c. Luca. Aug. l. 83. q. q. 51.

בצלם

דמות

Epiph. her: 70 Aug: 7: de Tr: c. vii. Baſ: h: in Gẽ: Greg: Nyſ: de homine: Au: 12: de Tr: c. 7 33: q: 3: ex Amb: & Au: Aug: 12: de Trini: c. 7 Philaſt. l: de hereſib: Hier: ad Pom: Epiph: epiſ ad Ioan: Hieroſ: de erro. Orig: Aug: 6: ſuper Gen: & 2: cõtra Adam: Maniceh: & l: 83: q: 67 Retract. 6. ſup Gen: ad lit: 2: 27 & 28: & 2, retra: c: 26 Orig. 3: periarchon: Iren: li: 3: cõtra Valent: c: 20: & l. 5: cõtra her: c: 6 Cypr: 3: de ſeiunii: & ſer: ac bono patientia, non procul à princ: Orig: 3: periar: c: 8. Baſ. h: 10: in Gen: Greg: Nyſ: h: de creatione hominis: Vict: in diſſ: contra Arr: Amb: l: 6: He: : 7: & 8: & l. de dignit: conditionis humana: 2: Hieron: 18: Ezech. Aug: pſ: 94: & Tract: 8: in epiſt: 10: & l: contra Adim: c: 5 Damaſc: lib: 2: ſid: c: 12: Eucher: l: 1. in Gen: Theod: q: 20: in Gen. Ruper. l: 2: de Tr: c: 3: & 5: S: T: p: p: q. 93 Chryſ: ho: 9: in Gen. Bern: ſer: 1: de circumciſione: S: Th: 1: p: q: 93

Euſebius. Aug. in Gen. Gregor. Naz. ſer. de natali Domini.

93 *Et præſit piſcibus.*] Subintellige ratione prædictæ imaginis; ita Euſebius, Auguſtinus, & Gregorius Nazianzenus. Nam ſecundum intellectiuam partem ſuperior eſt irrationabilibus creaturis, quibus non indigeret ad tegumentum, quia nudus incederet; neque ad cibum, quia de paradiſi lignis veſcebatur; neque ad vehiculum propter corporis robur; ſed tantum ad experimentalem conditionem ſumendam de eorum naturis: vnde ſtatim adducta ſunt ad Adã, vt eis nomina imponeret, quæ illorum naturas deſignarent. ita S. Tho. & animantia cuncta obediſſent homini, ſicut nunc domeſtica. quod enim Theodoretus negat de quibuſdam piſcibus, minus apte dictum videri poteſt, ex his, quæ Baſilius accurate ſcribit, iuxta ea, quæ S. Iacobus ca. 2. ſuæ Canonicæ teſtatur; & Plinius, & Cicero referunt multa, quæ Baſilij dictis conſonant: animantibus itaque & piſcibus per imperium, plantis vero per vſum, eis ſcilicet vtendo, dominaretur. Sed poſt peccatum obedientia hæc ſubtracta eſt, quantum ad vſum, licet non quantum ad ius, & dominium, ſicut corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem manet quidem dominium, ſed non idem dominij vſus. ita Hugo de S. Victore.

S. Th. 1. p. q. 90 a. 1. ad 3. Theod. q. 20 in Gen. Baſil. ho. 9. & 10. in Gen. Plin. l. 8. c. 25 & l. 10. c. 74. Cic. l. 2. de natura deorum Hugo de s. vic. in Gen.

91 *Ad imaginem Dei creauit illum,*] Repetit, hominem ad Dei imaginem conditum, vt innuat, non cum angelis ſermonem feciſſe, cum dicebat: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Porro in ſingulari dixit, Dei, ad Deitatis vnitatem inſinuandam. ita Alchuinus Caroli Magni præceptor.

Alch. in Gen.

95 *Creauit illum*] Hilarius tenuit, ante corporis formationem fuiſſe animam factam; à qua ſententia non abhorret S. Auguſtinus: Et Ruffinus refert, aliquando S. Hieronymum ita ſenſiſſe: & Philaſtrius Brixiẽſis Epiſcopus ita ei adhæret, vt ſi qui diuerſum ſentiant, eos inter hæreticos recenſeat: quod & Gregorius Nyſſenus Epiſcopus non ſolum de anima Adæ, ſed etiam à principio orbis omnium hominum animas creatas fuiſſe affirmat: vt vere ſeptimo die quieſcere dicatur ab omni opere. Sed certe ad veritatem textus, vt Iunilius Africanus acute aduertit, ab omni opere ceſſaſſe dicitur, per hoc, quod nullam rem alterius ſpeciei à conditis deinceps fecerit. Verum etſi tolerabilior videatur ſententia Hilarij, quam illa Origenis affirmantis animas, antequam corporibus illaberentur, peccaſſe, & ideo in corpora detruſas fuiſſe, tamquam in carcerem, quod in Origeniſtis, & Priſcilianiſtis Conciliorum decreta damnarunt: tamẽ Leo primus ita decernit: Catholica, inquit, fides conſtanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum, priuſquam in ſuis inſpirarentur corporibus, non fuerunt.

Aug. 9. ſuper Gen. ad lit. Ruf. l. 1. inuectiuarum. Phila. her. 99 Greg. Nyſ. lib. de homine. Iun. 2. de par. di. leg. In Vienneñ à Clem. 5. & in Conſtant. anno 551. Leo in epiſt. ad Epiſc. Aſturigenſem.

96 *Maſculum, & feminam creauit eos.*] Hebræi, inter quos R. Selemonis, exiſtimarunt, à principio Deum feciſſe marem, & feminam ſimul, non ſicut Plato, Androginos; & Plinius tale genus eſſe ſupra Naſamones, inquit, Calliphanes tradit; ſed ex latere tantum coniunctos, *apegados por los lados*, ſic, vt vnum continuum facerent, ſed poſtea diuina virtute ſeiunctos & ſeparatos fuiſſe: etenim eadem vox Hebraica coſtam, & latus ſignificat; ſicut & in idiomate Gallico; & vbi nos legimus: Tulit vnam de coſtis, autumant in Hebræo eſſe, tulit vnam de lateribus: & vbi nos legimus: Repleuit carnem pro ea; ipſi legunt: Et clauſit carnem in loco ſuo, ſcilicet extendendo cutem per carnem in loco ſeparationis. Sed certe Scriptura aperte à principio ſolum hominem in virili ſexu conditum eſſe oſtendit: quo ſic producto, dixit Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: ſolus ergo erat; & addit: Faciamus adiutorium ſimile illi, & ad formationẽ eius de nouo proceſſit ex coſta viri. ita Sancti Patres. Quod vero nunc dixit: Maſculum & feminam creauit eos, hoc per prolepſim dictum eſt; quia ſtatim de multiplicatione verba facturus, maris & feminæ meminit, de cuius formatione in ſequenti capite ex profeſſo tractat: itaque ſolum hominem à principio in virili ſexu condidit, iuxta illud Act. 17. Deus fecit ex vno omne genus hominum.

R. Selemonis. Plato in Tim. Plin. l. 7.

97 *Et feminam*] *Necheba* ſemina à *Nacab*, id eſt, perforare: ſic dicta femina propter ſexum: licet enim femina ſit animal occaſionatũ per reſpectum ad naturam particularem; tamẽ per comparationẽ ad naturam vniuerſam, eſt de intentione naturæ ad opus generationis, ex ſexu tantum ad id ordinata. ita S. Tho. Sed ſuppoſito quod danda eſſet in coniugium, in adiutorium rei domeſticæ data eſt, in qua ſunt alia propria opera viri, alia feminæ; & ſic intelligendi ſunt Ariſt. & S. Thomas, qui hoc affirmant.

נקבה
נקב

S. Th. 1. p. q. 91 Ariſt. 8. Eth. c. 12. S. Th. 1. p. q. 92.

98 *Benedixitq. illis,*] Iteratur benedictio hæc in hominibus, quæ vim gignendi, licentiamq. in ſingulis importat abſolute, cum in terreſtribus tacita fuerit, licet ſubintellecta, vt diximus; quia ſpecialis eſt ratio huius generationis, vt ſcilicet electorum numerus compleretur, & ne quis putaret, ei non poſſe ſubeſſe peccatum.

99 *Creſcite, & multiplicamini,*] Scilicet per naturalem coniunctionem maris & feminæ; quod & naturalia membra teſtantur, quorum vſus, ſicut & cæterorum, in ſtatu innocentiæ fuiſſet: quod enim Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Procopius, Damaſcenus, Euthimius, & Moyſes Syrus innuere viſi ſunt, Si homo non peccaſſet, aliũ futurum fuiſſe multiplicationis modum in natura humana, non ita congrue dicitur; quod & Auguſt. libenter retractat, & Guido Helnenſis Epiſcopus in libro, quem aduerſus hæreſes conſcripſit, inter profana Armenorum dogmata connumerat. Iam Hieron. lib. 1. aduerſus Iouinianum pro illo tempore præceptum fuiſſe docet, dum hominum genus propagari oporteret: at poſtquam innumerabilis multitudo nata eſt, nulla huiuſmodi neceſſitas vrget. Adde, aliud eſſe, lege aliqua ſingulos homines, aliud, vniuerſam hominum multitudinem obligari. Magiſtratus quippe in republica eſſe oportet, minime tamen debent ſinguli magiſtratus inire: ita liberis operam dare, in republica neceſſe eſt: ſingulis tamen hominibus minime neceſſe eſt.

Greg. Nyſſen. de creatione hominis. Chryſ. ho. 18. in Gen. Aug. in Gen. c. 1. Damaſc. l. 4. orth. fid. c. 28. Procop. in Gẽ. Euthi. pſ. 50. Moſes Syrus p. 1. c. 25. Aug. 1. retra. c. 10. & 19 Guido contra hæreſes.

100 *Et ſubijcite eam.*] Aratro ſcilicet & alijs inſtrumentis ad fundẽda ſemina, & fruges aliquas, quæ non ſponte oriuntur, colligẽdas: licet in his nullus fuiſſet labor, vt nunc, ſed virium exercitium, & ſuauis oblectatio.

non

g h i
non allegorice, ſed ſecundum rei veritatem. — *quod hæc, quæ ex ſemine, & non ex ſola terra oriuntur, à principio condideris.*
a b c d e f g h i k l m n
Dixitq. Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa

a c d e f g i k l m n
.i. arbores — *quod hæc, quæ ex ſemine quo- quo modo, & non ex ſola natura prodeunt, à principio condiderit.* — *.i. ſpeciei* — *non omnia, nec omnibus, ſed iuxta cuiuſque naturam.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis

a c d e
ſ. quæ eis paſcuntur. — *ſ. quæ eis paſcuntur.* — *.i. aeris.*
a b c d e f g h i k l
animantibus terræ, omniq. volucri cæli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra,

a b c d e f g h i x p
quæ eſt cauſa motus illorum, vel propter animalia, quæ ſolum ſenſum tactus habent, & immobilia videntur loco. — *quodlibet iuxta ſuam naturam.* — *.i. iudicauit.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
& in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq. Deus

e f g o p
ratione ordinis vniuerſi. — *in quo terra tertio die diſtincta ornata eſt.*
a b c d e f g h i k l m n o p
cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

SCHOLIA.

101 *Vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ.*] D. Auguſtinus allegorice hoc putauit eſſe intelligendum, ſed poſtea illud retractauit; & licet aliqui animalia rapacia dicant ante peccatum herbis, & fructibus tantum paſci ſolita; nõ vero carnibus; inter quos eſt Iunilius Africanus; tñ S. Tho. irrationabiliter dictum putat; vt per peccatum, quæ natiua ſunt, his animantibus eſſent immutata; niſi forſan & herbis & carnibus nata ſint veſci, maxime cum carnibus carent; intelligendum igitur erit de animalibus illis, quæ herbis, fructibus, vel ſeminibus veſci ſolent, in eſcam data illis eſſe; nec omnia cunctis, ſed iuxta cuiuſque naturam, alijs herbas, grana alijs, & arborum fructus multis; & quibuſdam non omnia, ſed ex omnibus, ſcilicet herbis, granis & fructibus, quædam.

Aug. 1. de Gē. c. 20
Aug. in retr. c. 10
Iun. in Gen.

102 *Et in quibus eſt anima viuens.*] Repetitio videtur eius, quod dixerat; ſcilicet, quæ mouentur in terra, vel forſan additum eſt propter illa animalia, quibus ſolus ſit ſenſus tactus; vt conchæ, & ſimilia, quæ ſaxis hærent, & immobilia videntur, coniunctumq. habent alimentum, quo nutriuntur.

103 *Et erant valde bona.*] Non dixit de homine in particulari eſſe bonum; quod iam de illo intelligi debeat, quem toties ad Dei imaginem factum dixerat. Cæterum, introducto homine, valde bona viſa ſunt omnia, quæ condiderat; quod quaſi nexus omnium videatur homo, & microcoſmos, in quo ſpirituale, & corporeum, eſſe, viuere, ſentire, & intelligere, miro artificio compacta ſint.

104 *Et erant valde bona.*] Propter decentiſſitiſſimum ordinem, quo vniuerſum ſingularia bona excedit; quod nec melius ſuppoſitis rebus, quæ ſunt, eſſe poteſt, licet, ſi alia Deus conderet, vel factis de nouo alia adderet, vniuerſum tunc melius dici poſſet. ita S. Thom. Valde igitur bonum eſt vniuerſum, vtpote in quo nihil erat ſuperfluum, nihil deficiebat proportionabiliter, nullamque additionem pro illo ſtatu deſiderabat. vnde merito in Hebræo, hic ſextus dies additione articuli *Ha*, id eſt, ille, ſcribitur; in Hebræo eſt ſiquidem *Haſiſi*, id eſt, ille dies.

S. Th. 1. p. qu. 25. ar. 6. ad 3
ה
הששי

105 *Et erant valde bona.*] Rerum inæqualitatem, & diſcrimen, etiam in ratione boni, & mali, vtilis, & noxij, maxime ad orbis pulchritudinem conducere docuerunt Plato, Ariſtoteles, Philo, Seneca, & Simplicius; & inter Patres, Euſebius, Auguſtinus, qui vniuerſum, dicit Deum tamquam pulcherrimum carmen quibuſdam quaſi antithetis, id eſt, oppoſitis, honeſtaſſe; iuxta illud Eccleſiaſtici 33. Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita, & ſic intuere in omnia opera Altiſſimi, bina & bina, vnum contra vnum.

Plato in Tim. Ariſt. 1. cæli. Philo de opific. Seneca l. ſi eſt prouidētia cur bonis mala, & malis bona eueniunt. Simplicius. Euſeb. lib. 3. de præd. Euang. Aug. 1. de ciu. Dei, c. 8. & l. 11. c. 18

וישבת
וישבת מן

tur, Hebraicæ vocis *Baijsboth* vi expenſa, quæ & requieſcere, & ceſſare importat. Ioſue 12. *Vaijsboth man*, id eſt, ceſſauit manna. & cum Iſai. 14. legamus: Quomodo ceſſauit exactor: tñ Leuit. 26. Tunc *Tiſbath*, requieſcet terra; vnde ſtatim ſubditur: Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere: ecce quomodo hic quies pro ceſſatione ſumatur. Porro nec præciſe requieuiſſe dicitur, ne gubernationis, & propagationis opera excluderet; neque ex opere dixit, quaſi laſſus, vt aduertit Gaudentius Brixien. Epiſcopus, qui tempore S. Ambroſij floruit, ſed ab opere, vt quaſi cœptorum finis quies hæc deſcribatur: quieſcere ſiquidem ab opere, nihil aliud eſt, quàm ceſſare. Cæterum, quia Paulus ad Hebræos 6. ad locum iſtum alludens, de quiete loqui viſus eſt, ideo Auguſtinus, & S. Thom. verbi vim exprimere conantur, quo creaturis conditis, quibus Deus non indigebat, in ſeipſo glorioſe quieſcere inſinuetur; quod etſi ab æterno in ſe ipſo feliciter quieſcit, tñ quod poſt res conditas ſex diebus in ſe ipſo quieſcat, hoc ad ſeptimum diem pertinet.

Gaud. tra. 10. de lect. Exo.

Aug. 4. ſuper Gen. ad lit. c. 10. 11. & 15. S. Thom. p. p.

8 *Ab omni opere.*] Si quæ enim Deus poſtea condidit, ad propagationem potius, vt S. Thom. aduertit, quam ad orbis conditionem pertinent, præſertim cum nullam rem alterius ſpeciei à conditis deinde fecerit, iuxta Iunilij Africani dictum. Porro Septuaginta, ab omnibus operibus, vertunt; ſed vulgatus, iuxta Hebræum, in ſingulari habet, ab omni opere; cui conſonat Chaldaica tranſlatio.

S. Thom. p. p. q. 74. ar. 2. ad. 3.

Iun. 2. de par. di. leg.

9 *Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit.*] Benedictio naturæ propagationem reſpicit, ſanctificatio vero diem quietis ab his externis, & ad diuinorum amorem, & contemplationem (in quibus animus quieſcit) dicatum adumbrat; non quod iam ex tunc feſtum inſtituerit: ſic Iuſtinus, Tertullianus, Cyprianus, & Euſebius, & quidem ab omnibus venerabilis, & ſacer habitus eſt; & Pythagorici *Epta*, quod Latine addita littera, s, explicarunt, quia Græcè, *Septa*, idem eſt, quod ſanctum. dici etiam poteſt, coniunctionem, Et, pro id eſt, poſitam: benedixit, &, pro, id eſt, ſanctificauit, ita vt verbum poſterius prioris ſit explicatio.

Iuſtin. dialog. contra Tryph. Tert. & Cypr. cōtra Iudæos. Euſeb. l. hiſt. Eccl. c. 4.

10 *Quod creauerat Deus vt faceret.*] Id eſt, non ceſſauit ab opere conſeruationis, gubernationis, aut propagationis, ſed ab opere conditionis vniuerſi; quod creauit, vt faceret. Quibus verbis rerum conditarum proximus finis aſſignatur: etenim hui⁹, verbi gratia, particularis creationis finis proximus hic eſt, vt ſcilicet fiat res illa, quæ per illam creationem producitur; vt, creationis hominis, finis proximus eſt, vt fiat homo; vel quæ creauit, vt faceret; id eſt, ſtatuit, vel decreuit facere. Eſt etiam Hebraiſmus, creauit, vt faceret, id eſt, quæ creauit Deus, vt eo ordine, quo nunc eſt, diſponeret. Denique quæ creauit, vt faceret; Hebraiſmo alio, quaſi dicat: quæ creando fecerat: vnde Septuaginta legunt: quæ fecit.

a .i. prædicta; c .i. ortus, dixit autem in plurali, ratione terminorum; quia multa ſunt producta; def .i. orbis; ghi .i. condita, quod generale nomen eſt ad creationem proprie ſimplicium corporum, & ad productionem miſtorũ immediate à Deo; kl .i. in diebus, ſiue in tempore; op יהוה

a b c d e f g h i k l m n o p

Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus

abc .i. orbem; f .i. arbores, quia noua; g .i. mundi; i ſecundum naturalem modum & curſum.

a b c d e f g h i k l m n

cælum & terram: & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemq. herbam

c .i. naſceretur naturaliter, & ſecundum communem modum; mn duo ſunt, quibus prædicta naturaliter oriuntur, pluuia & agricultura.

a b c d e f g h i k l m n

regionis, priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non

c .i. autem; f .i. fontes; g .i. egrediebatur; lmn ne ſiccarentur arbores, & herba interim, à Deo tertio die producta.

a b c d e f g h i k l m n

erat, qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.

S C H O L I A.

11 *Iſtæ ſunt generationes.*] Repetit epilogando, quæ dixerat, aliqua attingens, quæ non expreſſerat. Septuaginta vertunt: Hic eſt liber generationis cæli & terræ; quam verſionem omnes Græci Doctores ſecuti ſunt, & Philo Iudæus Moyſen his verbis indicaſſe dicit, qualem vellet eſſe inſcriptionem primi voluminis, Pentateuchi, Geneſis ſcilicet, ſicut Græci inſcribunt; cui aſſentire videtur Chryſoſtomus. Sed in Hebræo non eſt dictio, liber, & generationis nomen eſt in plurali, ſicut vulgatus vertit; Iam generationis nomen Hebraicum *Tholdoth* à *Ialad*, quod eſt parere, & generare, ortum habet; quod res ad modum filiorum productas ſignificare videatur. Gen. 36. Iſtæ ſunt *Tholdoth*, id

Philo de opifi. mundi.

Chryſ. in Ge.

תלדות
ילד

eſt, generationes Eſau; ac ſi diceret: filij procedentes ab Eſau; in plurali vero, generationes, dixit, ratione terminorum; multi ſiquidem producti fuere.

12 *Generationes*] Rabini, qui pleraque ſuperſtitioſe, quandoque pueriliter, nonnumquam ſatis appoſite Scripturæ loca interpretantur, inquirentes quare hoc loco nomen *Tholdoth*, id eſt, generationes, perfecte ſcribatur, id eſt, per ſex literas; cum vbique in diuinis voluminibus imperfecte, hoc eſt, per quinque literas exaretur, cõferendo penultimã, ſcilicet *Vau*, particulam copulatiuam, præterquam in Genealogia Dauidis in fine libri Ruth; & dicunt, in hoc innui mundum à principio perfectum fuiſſe; ſed Adæ peccato multipliciter corruptum, & diſiũctam copulam, qua corpus animæ, & inferior ſuperiori parti, & ſuperior Deo coniungebantur; reſtaurandum tamen per Meſſiam filium Dauid, reſtituẽdam deperditam copulam, hic imperfecte, ſed perfecte in alia vita poſt reſurrectionem. Alij Rabbini dicunt, Moyſen per ſex literas huius dictionis exprimere voluiſſe numerum ſex dierum, quibus cuncta Deus produxit; quæ omnia reijcienda non arbitror, ſiquidem Spiritus ſanctus tot in ſacro eloquio ſacramenta latere voluit, vt etiam in literarum appoſitione & detractione non minima cum ſanctis patribus reperias.

תולדת
ו

13 *Quando creata ſunt*] Id eſt, producta proportionabiliter, quædam per propriam creationem, vt cælum & terra, quædam per productionem de aliquo, vt virgulta terræ.

14 *In die*] Id eſt, in diebus, ſiue in tempore. Sic Beda, ſecundum modum Hebraici ſermonis, in quo frequenter ſingulare pro plurali ſumitur; vt Exod. 18. Venit Muſca grauiſſima, id eſt, multitudo muſcarum; quo dicendi modo etiam inſinuatur cælum & terram, non antequam eſſet dies, id eſt, in initio diei facta eſſe, quod antea non ita aperte expreſſerat.

Beda in Gen.

15 *Dominus Deus*] Hoc loco in Hebræo ineffabile nomen, quod Græci Tetragrammaton dicunt, ſcilicet, *Iehoua*, appoſitum eſt, in cuius quatuor conſonantibus, trinitatem perſonarum in eſſentiæ vnitate adumbrari docent ex doctiſſimis Hebræorum, cum antea *Eloim*, vel *Adonai*, quod eius loco ab Hebræis profertur; appoſitum tamen hic dicit Auenezra, vt ibi eſſet perfecta Dei appellatio, vbi perfectũ eſſet opus. Porro mirũ videtur etiam fere in omni idiomate Dei nomen quatuor literis ſcribi, Hebraicè *Iehoua*, Græce *Theos*, Latine Deus, Hiſpanice *Dios*, Luſitanice *Deos*, Gallice *Dieu*, Turci & Æthiopes dicunt *Alla*, Aſſyrij *Adad*, Perſæ & Indi *Zimi*, Germani *Gott*.

יהוה
אלהים
אדני
יהוה

16 *Cælum & terram*] In Hebræo dicunt legi terrã & cælum, cum antea prius nominetur cælum, quod ſicut cælum ſecundum omnes ſui partes, vt moueatur, habet ex circumferentia, ita quod in eodem loco maneat ſecundum ſe totum, hoc ex centro terræ, ſcilicet immobili euenit, cæterum Vulgatus, quem nos ſequimur, cælum, & terram ſcribit.

17 *Et omne virgultum*] Siiach, cum media Iod, & Suach, cum media *Vau*, eiuſdem ſunt ſignificationis; & cum *Suach* importet muſsitare, quod eſt tenuiter loqui, forſan *Siiach*, ex hac occaſione ſignificat virgultum, quo nomine arbores intelligit, ſed virgulti nomine; eò quod tunc tenues eſſent iuxta ſuam ſpeciem.

שיח
שוח
שיח

18 *Antequam oriretur in terra omnemq. herbam regionis priuſquam germinaret.*] Scilicet virtute naturæ, ſicut poſtea per viam ſeminationis, & agriculturæ; quod fieri ſolet per cultum terræ, accedente pluuia; vnde & continuo ſubdit: nondum pluerat Dominus, & homo non erat, qui operaretur terram. Rurſum antequam oriretur; id eſt, non ſic facta, quaſi ante extiterint, ſed primum facta ſunt, cum antea non orirentur; nam & Ariſt. & Plato licet facta dicant, ſic tamen, vt nunquam non fuerint; quia facta ſunt ab æterno; quamuis non deſint, qui Ariſt. pro æterno initium temporis dicant intellexiſſe, ita vt non fuerit tempus, quin & mundus etiam fuerit, quod & nos fatemur. Denuo itaq. facta ſunt, cum antea non extitiſſent, niſi in ſuo exemplari, in Deo ſcilicet ipſo.

S. Tho. 1. p. q. 69. ar. 2.

19 *Germinaret*] Samah, & germinare & creſcere ſignificat. 2. Reg. 10. Donec *Ieſamah*, id eſt, creſcat herba: Cæterum germinare hoc loco pro eo, quod eſt oriri, & naſci ſumitur; vt ſit ſenſus, nec arbores, nec herbæ aliæ adhuc naturæ communi curſu productæ erant, quia ſimul & ſubito Dominus pro illa vice de terra produxerat.

צמח
יצמח

20 *Qui operaretur*] *Aabad*, id eſt, operari, proprie ſeruire, ſeu miniſtrare importat; cultus ſiquidem terræ miniſterium quoddam eſt, quod homo terræ impendit.

עבד

21 *Sed fons aſcendebat*] Sed, pro autem, ponitur: fons autem aſcendebat; iam more Hebraici idiomatis, ſingulare pro plurali ponitur, fons, id eſt, fontes: ſic Philo, & Auguſtinus, & Beda; aqua ſiquidem ſub terra latens multis in locis per modum fontis erumpebat, etiam ſupra montium cacumina; quod & modo experimur; ſicq. vbi herbæ & arbores erant, tellus quodammodo irrigabatur interim dum non pluerat Deus ſuper terram, vt in viriditate conſeruarentur: quod enim Alchuinus dicit ſolum loqui de terra paradiſi, non videtur commode dictũ, quia eadem eſſet ratio de alijs partibus terræ, in quibus erant etiam arbores & herbæ: immo nec adhuc paradiſi mentionem fecit: Et quod interlinearis æntiqua dicit, non fuiſſe imbres vſque ad diluuium, cum ſit contra communem naturæ curſum, incredibile quidem apparet, per mille ſexcentos & amplius annos, non fuiſſe vapores eleuatos, nec imbres in tellurem deſcendiſſe.

Philo de opif. Aug. 5. de Gẽ. ad lit. c. 9. & 10. Beda in Gen.
Alchuin. q. in Gen.

22 *Sed fons*] Hebraice *Ed*, cuius prima ſignificatio ignota eſt, Chaldaica paraphraſis vertit: nubem; alij vaporem, qui poſtea in pluuiam reſoluebatur; ſed hæc non videntur textui accommodata, vbi ex defectu pluuiæ fontes erupiſſe teſtatur; ſic enim aperte litera indicat, niſi Vulgati contextum detruncare & peruertere velis: & licet vulgatus alijs locis aliquando eamdem dictionem vertat malum euentum, ſiue interitum, vt Ierem. 48. & Prou. 27. Quod & Hebræis placet, hic tamen fontem vertit, & appoſite ad inſtitutum ſacri textus, ſi debite perpendatur.

אד

a per poſtpoſitionem, quæ ſexto die facit latius refert. c .i. corpus hominis, per ſynecdochen. g h .i. terra ſubtiliſſima aqua commiſta: x .i. ſpiritum creande infudit. m .i. corpus: ſed faciem dixit, quod ſenſus animæ certi nunc ij magis in facie appareant.

a b c d e f g h i k l m
Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem

b c .i. animam viuentem, & dantem vitam. i vtpote formam corporis. k .i. corpori vitam dantem. g h i k Hebraiſmo, i. cœpit viuere.

a b c d e f g h i k
eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.

SCHOLIA.

Alchu. q. in Gen.

23 *Formauit.*] Quæ ſexta die facta ſunt in hominis creatione, vt Alchuinus Bedæ diſcipulus aduertit, hic plenius per poſtpoſitionem eſt agreſſus; & quod in alijs viuentium productionibus, terræ & aquæ mandaſſe deſcribitur, vt producerent, hic de homine, Deum ipſum formaſſe ſcribit, qui cuncta fecerat, vt nobilius & diligentius hominem diſpoſuiſſe inſinuaret.

24 *Hominem*] Per ſynecdochem, id eſt, corpus hominis; anima ſiquidem à foris venit, ad quod innuendum dixit: & inſpirauit in faciem eius vitæ ſpiritum.

עפר כעפר עפר

25 *De limo terræ*] *Haphar*, dictio etiam ſignificat puluerem. Geneſ. 13. Faciam ſemen tuum ſicut *Chahaphar*, id eſt, ſicut puluerem terræ. & ibidem: Si quis poteſt dinumerare *Haphar*, id eſt, puluerem terræ, in quo innuitur ſelegiſſe tenuiſſimam terram, vnde Septuaginta legunt: Puluerem accipiens à terra: vtique ad optimam corporis diſpoſitionem. Hanc autem, limum terræ, noſter Vulgatus vertit, vtpote, aquæ commiſtam, quod proprie limus importat: illam tamen fuiſſe rubeam, quæ melius aqua miſta conglutinari ſolet, hominis primi nomen indicat, Adam ſcilicet, quod rubeſcere proprie ſignificat. Prouer. 23. Ne intuearis vinum *Itadam*, id eſt, cum rubeſcit, ſeu flaueſcit: & Cant. 5. Dilectus meus candidus *Veadom*, id eſt, & rubicundus; quamuis & rem terrenam Adam quoque ſignificare teſtentur Gregorius Nyſſenus, & Damaſcenus. Modo in limo terræ Moyſes aquæ & terræ meminit, ex quibus hominis corpus compactum eſt: aerem vero, nec ignem, ſicut in præcedentibus, non expreſſit; non ſolum quia in quantitate minus abundant in hominis compoſitione, ſed quoniam cum his ſermonem faciebat (vt ſæpius aduertimus) qui tantum, quæ ſenſibus patent, nouerant. Cum tamen conſtet in humani corporis compoſitione quatuor elementa eſſe ſecundum ſubſtantiam, inter quæ ignis & aer prædominantur ſecundum virtutem; vita ſiquidem præcipue conſiſtit in calido, quod eſt ignis, & humido, quod eſt aeris, aqua, & terra abundant ſecundum ſubſtantiam, vt ſit miſtionis æqualitas, quæ eſſe non poſſet, niſi quæ minoris virtutis ſunt ſecundum ſubſtantiam abundarent; quorum mentionem expreſſe fieri voluit, cum dixit de limo terræ hominem fuiſſe formatum. Porro, in Hebræo eſt: puluerem de humo, inuerſo præpoſitionis ordine apud Hebræos. i. de puluere terræ.

Aug. lib. 3. de ci. Dei. — *Ioſeph. 1. ant. c. 1.* — יתאדם ואדום — *Greg. Nyſ. de creat. ho. c. 13* — *Damaſc. l. 3. de fid. ort. c. 12*

26 *Et inſpirauit*] Napah, ſpirare proprie, ſeu inſufflare ſignificat. Iſai. 54. *Nopheach*, id eſt, ſufflantem in igne prunas; vnde & aliquando anima flatus dicitur, & emiſſo omni flatu moritur homo, non quod anima halitus ſit, ſed halitus eſt ſignum præſentiæ animæ: exſufflaſſe igitur Deum, non ſecundum literæ ſuperficiem intelligas, neque inde ex ſubſtantia Dei animum noſtrum eſſe colligas, vt Lactantius viſus eſt inſinuare: eſt ſiquidem tropica locutio, inſpiraſſe ſcilicet, pro eo, quod eſt creando immiſiſſe ſpiritum, in quo & animam non de potentia materiæ, ſed à foris adueniſſe inſinuatur, vt ſupra aduertimus.

נפח נפח — *Lactan. 2. di. inſt.*

27 *In faciem eius*] Id eſt, in corpus. Porro *Aph* naſum etiam ſignificat. Pſalm. 115. *Aph*, id eſt, nares habent, & non odorabunt. Hinc & iram, ſiue furorem, quia in narium flatu dignoſcitur. Gen. 27. Donec requieſcat *Aph*, id eſt, furor fratris tui. Significat etiam faciem: maxime tamen ratione narium, vt hoc loco in faciem tantum inſpiraſſe dicatur; cum conſtet in toto corpore infundi, quia in facie magis corporis ſenſus, qui vitæ & animæ præſentiam manifeſtant, appareant; & carnalis ille populus per ſenſus, qui ſunt in facie, intrare, & exire animam conceperat, & ſecundum eorum modum loquendi & ſentiendi locutus eſt.

אף אף אף

28 *Spiraculum vitæ*] In Hebræo eſt, *Chaim*, id eſt, vitarum, quod vna exiſtens anima, multarum munus impleat; frequens enim eſt apud eruditas linguas, ea pluraliter efferri, quæ ex pluralibus conſtant; vnde Latine, ſcopæ, ſcalæ, bigæ, atque his ſimilia.

חיים

29 *Spiraculum vitæ.* S. Auguſtinus in præfatione libri de hæreſibus ſcribit, Philaſtriũ Brixienſem Epiſcopum multas aſſertiones inter hæreſes annumeraſſe, quæ hæreſes non ſunt: inter quas via eſt, quam cap. 99. ſui catalogi poſuit, hunc ſpiritum vitæ, quem Dominum in Adam ſpiraſſe Moyſes teſtatur, eſſe animam rationalem; exiſtimauit enim Philaſtrius eſſe Spiritũ ſanctum, cui Cyrillus

Aug. de hær. — *Phil. de hær.* — *Cyrillus.*

S. Tho. l. contra errores Graecorum, c. 27
Iren. l. 5. contra haereſ.
Cypr. in epiſt. ad Pompeium.
Baſi. ho. in Pſ. 48
Aug. 15. de ciuit. Dei, c. 24
Chryſ. ho. 12. & 13. in Gen.
Aug. vbi ſup.
Theod. q. 23. in Gen.

aſſentitur; ſed Cyrillum S. Thom. excuſat, ſecundum allegoriam dicens fuiſſe locutum, & non in ſenſu litterali; quo modo & interpretandi ſunt Irenæus, Cyprianus, & Baſilius; qui dixerunt fuiſſe ſynderesim, & legem naturalem. Catholicorum igitur ſententia concors eſt, loqui de anima rationali, & non de Spiritu ſancto; & oppoſitum affirmantes deridet Auguſtinus, & merito; quia non ſolum Patrum mens eſt, vt Hieronymi, Chryſoſtomi, & Auguſtini, Theodoreti, & Eucherij, Sed & S. Pauli 1. ad Cor. 15. qui alludens ad locum iſtum dicit: Factus eſt primus homo in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem; ſed non prius, quod ſpirituale, ſed quod animale; vbi expreſſe illam vitam animæ dicit eſſe aliam à vita, quæ eſt per infuſionem Spiritus almi.

Eucher. l. 1. in Gen.
Hier. epiſt. ad Pamm. de erroribus Ioannis Hier.

30 *Et factus eſt in animam viuentem.*] Quaſi dicat: Et cœpit viuere: ſic tamen dictum eſt, non quod homo ſecundum Platonis Diatribam, ſit tantum anima viuens, ſed iuxta Ariſtotelis placitum animal viuens, & vnum totum, quod ex corpore, & animo conſtat; animæ itaque viuentis, iuxta Hebræum, id eſt, qui haberet animam viuificantem, ſiue vitam corpori dantem, vtpote formam viuentem; nam & forma hominis anima dicitur, ſecundum id, quod commune eſt cum alijs animantibus, ſcilicet animare, & vitam corpori dare.

Plato.
Ariſtot.

---

a *.i. fundauerat, ſiue fecerat, tertia ſcilicet die.* e *.i. hortum, Hiſp. vn iardin.* f *corporeum vtique, & locum ſpecialem in terra Orientali.* g h *iam tertia die.* l *.i. ad luxit ex alio loco, in quo illum formauerat.*

a b c d e f g h i k l
Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit

c *extra paradiſum, vt gratia, non natura illud tribueret.* d *per recapitulationem dicuntur, quæ iam tertia die produxerat.* g *.i. arborem.*

a b c d e f g h i k
hominem, quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum

g *.i. arborem.* i *ita dictum quod eius eſu calor natiuus roboraretur.* l m *.i. inter alios arbores paradiſi.*

a b c d e f g h i k l m
pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi,

a *.i. arborem* b c d e *ita dictum ab effectu, quia eius eſu vetito expertus eſt Adam, quid interſit inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ.* h *intra paradiſum ex fonte vel fontibus, ibi ſcaturientibus.*

a b c d e f g h i k l m
lignumque ſcientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad

d *licet aliquando terra abſumptus poſt multos tractus iterum ebulliant & fluant aquæ.* g h *.i. in quatuor amnes, veluti in quatuor capita.*

a b c d e f g h
irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.

Aug. 8. de Gen. ad lit. & 13. de ciuit. Dei, c. 21.
Baſ. ho. de paradiſo.
Amb. in 6. c. 1 ad Cor. & in Gen. c. 9. & 7. & epiſt. 42.
Hier. in 10. c. Dan. & ad Pam. de err. Io. Hieroſ. & in 10. c. Dan.
Aug. 13. de ciu. Dei c. 21. & l. 1 quæſt. 1. & l. de hær. c. 59 inter hær. Seleucianorum; & Hermianorum hanc recenſet, & l. 8. de Gen. c. 1.
Chryſ. ſer. de occaſu mūdi, & ho. 13. & 19. in Gen.
Greg. Nyſſ. Cyril. & S. Ephr. apud Moſ. Ba. l. de parad. 16
Ibidem Dion. & Alex.
Epiph. hær. 64
Theod. q. 24. & 29. in Gen.
Beda in 2. c. Gen.
Euche. in 2. c. Gen.
Rup. in 2. c. Gen.
Dam. l. 2. c. 11.
Soph. epiſt. quæ eſt in 6. ſyn. art. 11. & recepta ar. 13.

SCHOLIA.

נטע

לנטע

Chriſ. in Gen.

31 *Plantauerat.*] Natah, verbum, id eſt, plantare, non oportet illud arctare ad arborum plantationem; nam & Iſai. 51. Si Lintboa, id eſt, plantes cælos dicitur: plantauerat igitur, ac ſi diceres, effecerat, vel produxerat, ſiue fundauerat, ſic Chryſoſt.

Phil. de opiſic. & lib. de allegoriis leg. Moſ.
Orig. in Gē.
Iren. l. 1. cont. hær. c. 1. ante medium.

32 *Paradiſum voluptatis.*] Philo, & Origenes, & Valentinus hæreſiarcha apud Irenæum, & multi alij, ſic de paradiſo iſto, & de omnibus, quæ in eo deſcribuntur, loqui videntur, ac ſi tantum myſtice interpretari poſſint, vt Auguſtinus aduertit: hiſtoriæ tamen fideliſſima veritas, & rerum geſtarum narratio primo credenda eſt; & ita ſuſpicor Ambroſium, Hieronymum, & alios Pates ſenſiſſe, quos conſtat recte de paradiſo corporeo eſſe locutos, licet ſecundum allegoriam alibi aliter videantur fari. Hæc eſt Patrum ſententia, Methodij apud Epiphanium, Baſilij, Gregorij Niſſeni, S. Ephræm, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Chryſoſtomi, Cyrilli, Damaſceni, Hippolyti, Dionyſij Alexandrini Theodoreti, Sophronij, & Moſi Bar-chepha, Bedæ, Eucherij, & Ruperti. Si enim hæc tantum myſtice ſcripta putes, idem de omnibus, quæ ſacra Scriptura dicta, aut facta narrat, exiſtimare

poſſemus,

poſſemus, vt Sanctus Chryſoſtomus acute intulit. Hieronymus vero in quæſtionib. Hebraicis in Gen. ex aliorum ſententia loquitur.

גן
גנה

33 *Paradiſum*]. *Gan*, id eſt, hortus, vel paradiſus, à radice *Gana*, quod eſt protegere, vnde non qualemcumque hortum indicat, ſed in quo ſint arbores protegentes & obumbrantes, ipſeq. vtcumq. cuſtoditus; de cuius admirabili amœnitate, & abundantia videndi ſunt Baſilius, Auguſtinus, & Damaſcenus. Porro eſt alia vox Hebræa, ſcilicet *Pardes*, quam etiam paradiſum vertunt, Can. 4. Paradiſus malorum punicorum, à qua voce forſan & vox Paradiſus Græca; quamuis & Iulius Polux Perſicam contendat eſſe, & ex conſuetudine in vſum Græcorum fluxiſſe: Xenophon, & Philoſtratus paradiſos dicunt amœniſſima loca, in quibus & feræ etiam ſeruabantur ad Regum Perſarum venationem: hæc ſuo tempore viuaria dicta refert Aulus Gellius, & tempore Scipionis roboraria, à roboreis ſtabulis, quibus vndique ſepta erant: Suidas vero paradiſum ab irrigatione dictum putat.

Baſ. trat. de paradiſ.
פרדס
Aug. 14. de ci. Dei.
Damaſc. l. 2. f. or. c. 11.
Iulius lib. 2. τῶν ὀνομαστικῶν.
Xenophon, Philoſtratus.
Gel. l. 2. c. 20.

מקדם
עדן
עדן

34 *Paradiſum voluptatis a principio.*] Hebraice *Miquedem*, id eſt, à principio; & ita in Chaldaica verſione Hebræi legunt: Et plantauit Dominus Deus hortum in delitijs Orientis. *Hedem* ſiquidem à radice *Hadan*, incertæ eſt ſignificationis, importat enim & principium, & Orientem, & delitiarum locum: & hæc omnia voluit Spiritus ſanctus hoc loco intelligi, ſcilicet à principio; ſic iuxta Aquilam, & Theodotionem; ſicut & Pſalm. 118. Initio cognoui de teſtimonijs tuis, vbi, pro initio, eſt *Heden*.

עדן

Inuenitur itaque non tunc, ſed iam à principio, tertia die ſcilicet, factum fuiſſe paradiſum, vt Moſes Syrus aduertit. Inſuper *Heden* importat locum voluptatis, vt Vulgatus noſter, & Septuaginta vertunt; vel delitiarum, vt R. Salomoh; vel amœnitatis, vt transfert Symmachus: ita exponunt Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus, Theophilus Antiochenus, Seuerus, Damaſcenus, Theodoretus, & Iſidorus. dicitur autem voluptatis locus, eſt enim in illo perpetua aeris temperies, vt Damaſcenus & Iſidorus locis citatis affirmant: Cæterum de hoc paradiſo Ioſephus ſcribens, putat ipſum eſſe totum orbem; & dicit fluuium, qui paradiſum irrigabat, eſſe amnem quendam, totam terram ambientem, & videtur innuere eſſe ipſum Oceanum mare. Sed hoc Scripturæ repugnat: Gen. enim 2. & 3. dicitur Adamum extra paradiſum de limo terræ conditum, & ad paradiſum deductum, & poſt peccatum è paradiſo pulſum in aliam regionem relegatum. quæſo in quam? niſi fingas eſſe alium orbem terræ, in quo conditus Adam poſt peccatum moratus fuerit. Seuerus & S. Ephræm apud Bar-chepham ex Philoſophorum & Eccleſiaſticorum mente contendunt, terram noſtram vndique ab Oceano cingi, Oceanum autem cingi ab alia terra longe maiore: eamq. paradiſum eſſe, de quo ſacer textus hic loquitur. Sed hoc parum cum diuinis litteris & Patrum traditione congruit. Nam Tygris & Euphrates in terra hac, quam Oceanus cingit, reperiuntur, nec credibile eſt per tam immenſum tractum, ſub aquis Oceani ad nos venire flumina, quæ inde ſcaturiunt: & teſtimonio eorum, qui per mare Oceanum nauigant, conſtat ipſum non cingi alia terra, quam illi ſtatuunt. Et Geneſis 2. dicitur, paradiſum iſtum eſſe ad Orientem, iuxta verſionem Septuaginta. Sunt & alij, qui paradiſum iſtum, locum eſſe affirmant ſublimem, & vſque ad lunæ globum pertingentem: quam ſententiam tribuunt Straboni, & Bedæ. ego ibi non inueni, reperitur tamen in quadam gloſa Brideferti Remeſienſis ad cap. 41. Bedæ de ratione temporum. Nec refellit eam Petrus Lombardus 2. d. 17. forſan per hyperbolem, & ſecundum ſimilitudinem loquuntur, propter aeris ſcilicet temperiem, quæ, quaſi in Lunæ globo exiſteret, inuenitur. ſic admonet S. Thomas: In ea ſiquidem altitudine poſitus, non eſſet humanæ habitationi commodus, propter nimiam aeris ſubtilitatem: & quidem, tam ſublimis locus à nobis, vel Antipodis conſpiceretur, & ſolis ac Lunæ aliquando conſpectum impediret, cum ad Orientem ſitus ſit. Et ſi, iuxta Mathematicos, à terræ ſuperficie, vſque ad Lunæ globum intercedit ſpatium ſupra centum millium milliariorum, vix ſufficeret tota terra pro baſi illius. Per eamdem hyperbolem & aliquam ſimilitudinem intelligendi ſunt plerique ex Patribus: vt Baſilius, qui ait, ob ſitus ſublimitatem paradiſum iſtum nullas tenebras admittere. Et Damaſcenus, cum ait paradiſum terra noſtra ſublimiorem eſſe. Et Philoxenus Maburgæ Epiſcopus, qui inter cælum & terram medium habere locum, paradiſum ſcribit. Et Rupertus, qui dicit paradiſum eſſe locum cælo proximum. Ad eumdem modum interpretanda ſunt conſimilia dicta Alchimi Auiti, & Marij Victorini. Nec me latet, ex recentioribus quoſdam, & eruditos quidem contendere, paradiſum iſtum fuiſſe in Meſopotamia, ſed diluuij tempore pulchritudinem eius, & amœnitatem periiſſe, vt quaſi nullum eius veſtigium remanſerit, nec ſit iam opus angeli & flamei gladij cuſtodia: cum non ſolum hominibus, ſed & beſtijs pateat ad eum locum aditus. Sed hæc noua opinio pugnare videtur communi Patrum ſenſui: Et licet Tygris, & Euphrates per Meſopotamiam fluant, longe tamen verſus Orientem in Armenia ſcaturiunt: cum tamen è paradiſo fluere dicat Scriptura; Geon autem, & Phiſon, nec per regionem illam fluunt, nec ibi oriuntur, nec, ſi qui in Meſopotamia ſcaturiunt, eas perfluunt regiones, quas Geon & Phiſon circumire Scriptura tradit. Duo autem capita, quæ ipſi fingunt, eſſe Phiſon & Geon, breui rectoque tractu in mare Perſicum demerguntur. Iam Phiſon & Geon à grauiſſimis Scriptoribus dicuntur eſſe Ganges, & Nilus, quæ flumina Meſopotamiam non contingunt. Sic Ioſephus, Epiphanius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Alchimus, & Claudius Marius locis citatis, & Eucherius. Et quidem Hieremiæ .. vbi dicitur: Quid tibi in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam: Septuaginta legunt: Vt bibas aquam Geon. Vbi Hieronymus notat, aquam Nili turbidam eſſe. Et Eccl. 24. quo loco fluminum quinque mentio fit, etiam iuxta aliquorum ex ipſis interpretationem, per Geon & Phiſon, Ganges & Nilus intelliguntur. Ganges ſiquidem flumen eſt ampliſſimum, quod nomen Phiſon importare videtur, à verbo *Paſch*, quod eſt redundare, ad cuius etymologiam alludens Eccleſiaſticus inquit: Qui adimplet quaſi Phiſon ſapientiam. Et Nilus incrementum accipit poſt ſolſtitium æſtiuum, & in tempore vindemiæ pleniſſimum eſſe ſolet; ac proinde, inquit ibi Eccleſiaſticus: Et ſicut Geon in die

Moſes p. 7. de paradiſo.
R. Salomoh.
Baſ. ho. 11. in Gen. & ſer. in illud ad 1 Theſ. 5. in omnibus gratias agentes.
Greg. Nyſ. de orat. Domin.
Chryſ. in Ge.
Aug. in Gen.
Hier. q. in Ge.
Seuer. in or. cur ad Orientem adoramus.
Damaſc. l. 2. fid. ort. c. 11. & l. 4. c. 13.
Theod. qu. in Gen.
Iſid. l. 14. ety. c. 3.
Ioſeph. 1. ant. c. 2.

Strabo.
Beda in Gen.
Magiſt. Sen. 2. d. 17.
S. Tho. 1. p. q. 102. a. 1.
Baſil. l. de paradiſo.
Damaſc. l. 2. de fid. ort. c. 11.
Philox. in l. de contemplatione arboris vitæ.
Ruper. l. 1. in Gen. c. 37.
Alchi. Auit. li. 2. carm. c. 9
Mari. Vict. l. 1 carm. in Gen.
Ioſeph. 1. ant. c. 2.
Epiph. in epiſt. ad Io. Hier.
Ambr. li. de paradiſo, c. 3
Hier. de locis Hebr.
Aug. l. 8. de Gen c. 7
Alchimus & Claudius locis citatis.
Euch. in Gen.

vindemiæ. Neque Geon & Phiſon adeo exigui amnes in ſcriptura deſcribuntur, vt iam exaruiſſe dicas, ſicut ex eis aliqui affirmant. Adde, quod paradiſus ita deſcribitur à S. Baſilio, Damaſceno, Auguſtino, ab Iſidoro, Alchimo Auito, & Claudio Mario Victore locis citatis: & ab alijs multis, vt fuerit in eo ver perpetuum, nulla frigora, nulli æſtus, nullæ pluuiæ, niues, grandines, nullæ etiam nubes: At Meſopotamia licet amœna regio ſit, habet tamen ſua frigora, æſtus, pluuias, grandines &c. nec diluuio tanta immutatio in aere facta credi poteſt. Accedit & grauiſſimorum teſtimonium, quod ibi modo ſint Henoch, & Helias. Irenæus ſcribit, ex traditione presbyterorum; qui Apoſtolos audierant, Henoch & Hæliam translatos fuiſſe in paradiſum, in quo fuit Adam. Athanaſius Hieronymus, Auguſtinus idem tenent. Sunt & alij quorum ſententiæ libenter aſſentior, qui dicunt paradiſum eſſe in parte montuoſa ſitum, & in tantam altitudinem eleuatum, vt radiorum ſolis reflexiones eo non atingant cum exceſſu caloris, ſed temperate, eo modo quo contingit in aliquibus partibus calidorum climatum, vbi prominentes aliqui montes tantam attingunt frigiditatem, vt ibidem niues generentur, & multo tempore durent: quo modo interpretandus eſt Ariſtoteles, cum dixit eſſe terram inhabitabilem, niſi contingat ſcilicet, montes in maximam eſſe altitudinem eleuatos. Deniq; *Heden* etiam importat orientalem partem, quæ hic ſubintelligenda eſt, quia licet Caſſanæus referat Philippum bergomenſem antiquiſſimum dicere, alium eſſe paradiſum in æquinoctiali, inter Eurum & Euronotum, alium inter tropicum cancri & circulum antarcticum Tertium, de quo Solinus, iuxta polum antarcticum: Quartum in occidente, ſecundũ Romanorum conſtitutionem, qua prohibebant in Pontificem eum eligi, qui ex delitiarum horto oriundus non eſſet: Quintum in Oriente iuxta zephyrum; quo modo & multi alij referri poſſent, ſi quilibet delitiarum hortus paradiſus dicatur: Hoc tamen loco *Heden* locum peculiarem, licet à delitijs dictum, indicat, in parte Orientis; Vnde infra cap. 4. de Cain dicitur, habitaſſe in terra Nod ad Orientalem plagam *Heden*: & hæc eſt Patrum ſententia, S. Patris Theophili ad Antolicum, (de quo Euſebius & Nicephorus & S. Hieronymus in ſuo catalago.) & S. Baſilij, S. Seueri, S. Iſidori. Ad orientem igitur ſitus eſt hic paradiſus inter duos tropicos ſub æquinoctiali circulo, vnde non eſt *Heden*, de quo Ezech. 27. licet & forſan locus ille à delitijs ſit nuncupatus, cuius habitatores cum Tyro commercia exercuere; cum paradiſus, de quo hic ſcriptura loquitur, locus ſit modo inacceſſus, ab humana cognitione remotiſſimus, & ab angelo cuſtoditus: ſic Iuſtinus martyr, Irenæus & Tertullianus: quamuis & in multis, quæ ibi immiſcent, non ſint ſequendi. Idem tenent Iſidorus & Auguſtinus contra Pelagium, quo loco illud de fide aſtruere noluit, eſſe ſcilicet nunc eundem numero paradiſum; ſed libro ſecundo de peccatorum origine quaſi de fide illud aſtruit, ſi rectè quæ ibi ſcribit perpendantur. Et, vt vidimus, ſatis aperte conſtat, cum ibi Henoch & Elias translati ſint; nec aquas diluuij eo perueniſſe oportet, ſed ſuper montes altiſſimos fuiſſe intelligendum eſt, in ea parte terræ, quæ, poſt peccatum, Adæ, & peccatoribus data eſt habitatio; etſi ſcriptura vniuerſaliter loqui videatur: pari enim modo dixit

Baſil. de paradiſo.
Damaſc. l. 2. de fide ort. c. 11
Aug. lib. 14. de ci. Dei c. 10
Iſidorus l. 14. Etymol. c. 3
Alchim. & Clau. Marius locis citatis.
Iren. lib. cont. her. c. 5
Athan. l. ſiue Epiſt. quod Nyſſena ſynodus.
Hier. in Epiſt. ad Pammachium.
Aug. l. 1. de pec. mer. & rem. cap. 3. & l. 2. de peccato orig. c. 23

Ariſtot. 2. Metheororũ.

עדן

Caſſanæus. Philippus Bergom.

Solinus.

עדן

Theoph. lib. 2.
Euſ. 4. Eccl. hiſt. c. 25
Nicepho. l. 3. Eccleſ. hiſt. c. 25.
Hierony. in Catal. ſcrip.
Baſ. Theſ. 5.
Seuer. orat. 22. Epithony c. 27. & orat. cur ad oriente oramus.
Iſidor lib. 14. Etym. c. 13.
Iuſt. mar. R. ad q. 75. 76. & 85.
Tertul. in apolog. & vlt. l. de anima.
Irenæus lib. 5. cont. her.
Iſid. l. de ort. & obitu patriarcharum.
Aug. 2. cont. Pelag. & Celeſtinum cap. 23.

mortuos fuiſſe homines omnes, qui non fuerunt in arca; nec tamen mortuus eſt Henoch, qui in paradiſo vixit. Et ſi ad hunc locum paradiſi attigiſſe dicamus, Henochq; miraculo conſeruatum, non tamen locum ſic deuaſtaſſe oportet, quin breui tempore reparata cuncta fuerint: nec ita, vt paradiſus eſſe deſierit & aeris temperies perpetuo immutata.

35 *In quo poſuit hominem, quem formauerat*] Subintellige extra paradiſum; ita Tertullianus; eſt enim regio *Heden* vt Moſes *Syrus* teſtatur, ampla, & paradiſus in præſtantiori eius parte ſitus; facile ſiquidem Deo fuiſſet, etiam ſi in remotiſſima regione illum creaſſet, inde in paradiſum deducere; extra paradiſum vero conditus eſt, vt gratiæ, non naturæ debito, locum ſibi illum accommodatũ intelligeret.

36 *Omne lignum pulchrum viſu*] Hæc per recapitulationem dicta ſunt, quæ iam die tertia facta fuerant.

37 *Lignum etiam vitæ*] Non ſolum ita dictum, vt hominem ad obedientiam alliceret; ſicut & per lignum boni & mali deterreret, vt, teſte Moſe Syro, Philoxenus & Seuerus exiſtimarunt; ſed ab effectu, non quod ex vnica ligni comeſtione homo perpetua ſoliditate veſtiretur, nulla infirmitate vel anxietate vel ſenij laſſitudine aut imbecillitate fatigandus, vt Numeſius philoſophus & Chriſtianus, teſte Moſe Syro, putauit; vel ex ſola dei efficiẽtia, propter myſterium Chriſti, quod ibi latebat, ad vnum eſum ligni immortalis omnino efficeretur, vt Iacobus Sarugenſis ſenſit; ſed quod ſicut quotidiani cibi vitam conſeruant, quia addunt humidum, quod à calore natiuo continue conſumitur; ita & natiuus calor, qui ſecundum Ariſt. langueſcit, & maxime ab humido extenuatur, per eſum huius arboris roboraretur, non in perpetuum, cum virtus finita eſſet, ſed ad longum tempus, quo peracto, vel Deus hominem in cælum transferret, aut denuo prædicto cibo ad eundem effectum indigeret. Sic Auguſtinus & S. Tho. non ergo ab internis principijs homo immortalis eſt conditus, ſicut in cælo, vbi anima immortalitatem illi communicabit; ſed quia in eius poteſtate ſitum erat hoc vti cibo, & ab alijs abſtinere (a quibus lædi poſſe contingeret) per ſuam prudentiam, qua ſemper in agendis vteretur. Factus itaq; eſt, non ita, vt non poſſet mori, ſed magis, vt poſſet non mori. Non me latet, ex recentioribus quoſdam exiſtimare, lignum vitæ ad vnum eſum omnimodam immortalitatem conſerre: vnde nec guſtandum foret, quouſq. in ſtatum alterius vitæ transferendi eſſemus, vnde Gloſa interlienearis antiqua inquit: impleto electorum numero guſtaturi erant de ligno vitæ, & ſic ad beatum ſtatum migraturi. Theodoretus: veluti, inquit, quoddam vitæ præmium, propoſitum erat lignum vitæ, obſeruanti mandatum. Ex quo inferunt recentiores: hoc præmium obedientiæ, non corroboratio virium, ſed perfecta immortalitas eſſe debet. iam Theodoretus referre viſus eſt eandem ſententiam, quam ſcribit Chryſoſtomus. Et Irenæus ait: cautum poſt peccatum Adam ex miſericordia, ne eſu ligni miſer fuiſſet in æternum. Hilarius, Hieronymus, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus, Eucherius & Rupertus cum Irenæo viſi ſunt ita ſentire; ſed certe idem cum

Aug. lib. 2. de pec. orig. c. 23.

Tertul. lib. 2. contra Marc. Moſes p. p. de paradiſo.

Moſes vbi ſupra.
Philox. l. de contemplatione arboris vitæ.
Seuerus orat. 33. de Epiphonio.
Numeſius apud Moſen de paradiſo.
Iacob. Sarug. orat. de electo Adamo.
Ariſt. 1. de Gen. tex. 34. & 39.

Aug. 6. de Gen. c. 25. & lib. 1. de pec. mor. & remiſ. c. 3. & 13. de ci. Dei c. 21. & l. 14. c. 26. & q. no. & ve. teſt. q. 19.
S. Thom. p. p. q. 97. a. 4.

Theod. q. 26. in Gen.
Chryſ. hom. in Gen.
Iren. l. 3. cont. Hæres c. 37.
Hil. in pſ. 68
Hier. in c. 85. Eſaia.
Greg. Naziã. orat. 2. de paſcha.
Cyrillus lib. 3. cont. Iulianũ.
Euch. lib. 1. in Gen.
Ruper. l. 3. in Gen. cap. 29.

Augu-

Auguſtino, & S. Thoma innuere voluerunt, vt ſcilicet per ſæpe repetitum eſum ligni, diuturno tempore viueret; quod autem ex gloſa refertur, myſtice interpretandum eſt. Porro virtus huius arboris ei non per miraculum, ſed à natura indita eſt, vt Strabus, Hugo de Sancto Victore, & S. Thomas docent, licet Auguſtinus oppoſitum viſus ſit innuere, ſed non diffiniendo ex propria ſententia, quam ſecuti ſunt Theodoretus, & Eucherius, & aliqui ex recentioribus.

Strab. in Gē. Hugo de S. Vict. S. Tho. 1. p. q. 92. ar. vlt. Aug. 6. de Gē. ad lit. c. 5. & lib. 11. c. 40. & l. 13. de ciuit. Dei c. 20. Theod. q. 26. in Gen. Eucher. l. 1. in Gen. c. 13. Ioſeph. 1. ant. c. 2.

38 *Lignumq. ſcientiæ boni & mali.*] Sic dictum, non quod diſcernere faceret inter bonum & malum, cum hoc à natura habeat homo, vtpote rationalis; nec quod acuminis, & cogitandi ei vis ineſſet, vt Ioſephus cenſuit: ſed ab euentu per prolepſim; nondum enim ita appellabatur, ſed ab effectu; quod per illius eſum expertus ſit homo, quid interſit inter ſtatum obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum; quod impius Porphyrius non intelligens irriſit, ita Auguſtinus, Cyrillus, Theodoretus; Moſes Syrus, Eucherius, & S. Thomas, & alij multi. Iam, Ioſephum ſequuti videntur hæretici illi, qui à Tertulliano de præſcrip. hæreticorum, & ab Epiphanio hær. 37. dicuntur Ophitæ, qui pro Chriſto ſerpentem colunt: quod hominibus auctor fuerit adipiſcendi ſcientiam, cum eſum ligni vetiti perſuaſit. Porro, lignum hoc ferunt fuiſſe arborem fici Origenes, Procopius Gazeus, Theodoretus, Nicephorus Caliſtus, Philoxenus, Theodorus Antiochenus, Moſes Syrus, & Anaſtaſius Synaita, forſan illius ſpeciei, quam in Orientali India eſſe ſcribunt Theophraſtus, Strabo, Plinius, & Solinus.

Aug. 14. de ciuit. Dei, c. 17. & l. 3. de Gen. ad lit. c. 6. & 15. & l. 8. de Gen. c. 6. Moſes de para. Eucher. l. 1. in Gen. c. 13. S. Tho. 1. p. q. 102. ar. 1. Cyril. l. 3. contra Iul. Theod. q. 26. in Gen. Orig. in Gen. Procop. in 2. c. Gen. Theod. in Gē. Niceph. 1. hiſt. Eccl. c. 2. Philox. de arbore vitæ. Theod. Anti. Moſes Syrus & paradiſo. Anaſt. 8. Ho. Theoph. l. 4. de plantis. Strabo l. 15 Plin. l. 7. c. 2. & l. 12. c. 5 Sol. c. 55

39 *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum.*] Fluuius à Nahar, quod eſt currere, vel fluere; egrediebatur autem non aliunde, ſed à fonte, vel à fontibus eiuſdem paradiſi, locumq. collige ampliſſimum fuiſſe, qui ad eius irrigationem tanto donatus eſt fluuio. Porro, quod Damaſcenus inſinuat fontem iſtum eſſe Oceanum omnium aquarum matricem, tanquam principium remotum, vnde omnes fontes ſcaturiunt, interpretatur S. Thomas, non tamen immediatum & proximum, ac proinde nec huius fontis nomine intelligendum.

נהר D amaſc. l. 2. S. Tho. 1. p.

40 *Qui diuiditur in quatuor capita.*] Teſtantur multi, inter quos Origenes, Auguſtinus, & Beda, horum fluminum, in quæ, velut in capita diuiditur, notos eſſe fontes: Phiſon enim, qui & Ganges, in locis Caucaſi montis; Gion, qui & Nilus, non procul ab Atlante, qui eſt fons Africæ ad Occidentem; Tygris & Eufrates ex Armenia, non quod à paradiſi magno flumine primo diſperſi non ſint, ſed quia pleriſque locis terra abſumi flumina, & paulo poſt multos tractus emergentia ſolitum agere curſum contingit, ſicut in Guadiana Hiſpaniæ amne experimur; ſic Auguſtinus, & Theodoretus.

Orig. in Gē. Aug. in Gen. Beda in Hex. Aug. l. 8. de Gē. ad lit. c. 7 Theod. q. 29. in Gen.

41 *Qui diuiditur in quatuor capita.*] Ne incredibile, aut difficile hoc tibi videatur, aduerte, in vna fere prouincia, & amnes ſcaturire ad quatuor mundi plagas dimanantes, Rhenum ſcilicet, Padum, Rhodanum, & Danubium; ſic quoque Moſam, Moſellam, Sequanam, Ligerim & Ararim non adeo longe diſtantibus fontibus, ex vna terræ abyſſo prodire.

---

b *.i. primo* — c *ſiue Piſon, quem Gangem dicunt.* — k *ſic dicta à filio Iectan eiuſdem nominis, infra cap. 10.*

a b c d e f g h i k l m n o

Nom vni Phiſon : ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum : &

---

d *.i. præſtantiſſimum.* — h *vulgo perlas ò aljofar.* — l *ſic dictus à colore humani vnguis.*

a b c d e f g h i k l m n o

aurum terræ illius òptimum eſt: ibi inuenitur Bdelium, & lapis Onychinus. Et nomen fluuij

---

b *à quo & Nilus.* — o *primo dictus Hydechel, ſiue Dielat.*

a b c d e f g h i k l m n o

ſecundi Gheon : ipſe eſt qui circuit omnem terram Aethiopiæ. Nomen vero fluminis tertij Tygris,

---

b *.ſ. irrigans anteriorem partem.* — c d *.i. ad Orientalem Aſſyriæ plagam* — k *ſeu potius Phratos, primo dictus Perath.* — l *miniſterio angelorum forſan viſibili, ſicut deinde Tobiam comitati ſunt, manu ducendo.*

a b c d e f g h i k l m n o

ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates. Tulit ergo Dominus Deus

---

i — i *non ad laborem, ſed iucunde ad exercitium & experimentum virium ſuarum.* — l *ſibi per iuſtitiam, & obedientiam.*

a b c d e f g h i k l m

hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.

S C H O L I A.

Hier. q. heb. in Gen. & l. de oc. heb. & ep. ad Ruſtic. Ioſeph. 1. antiq. c. 1. Epiph. in Ancorato. Aug. 8. de Gen. ad lit. c. 7. Idem ibid. Theod. q. 29. in Gen. Plin. 5. de natur. hiſt. c. 10. & l. 6. c. 18 Ioſe 1. ant. c. 1 Moſ. 1. p. de paradiſo. Iſid. l. 13. ety. c. 2. Petrus Com. in hiſt. ſchol.

42 *Nomen vni Phiſon*] Græce *Dijobis*, hunc putant Gangem plerique, teſte Hieronymo: certe Ioſephus Gangem à Græcis dictum refert; eiuſdem ſententiæ ſunt Epiphanius, & Auguſtinus; quod vero ab alijs tribus multum diſtet, non eſt adeo efficax argumentum, vt cogat nos à Patrum ſententia diſcedere, cum pleriſque locis eum terra abſumi contingat, & poſt longos tractus rurſum ſcaturire, vt ex Auguſtino, & Theodoreto annotauimus. Iam quidam dicunt, Phiſon, ſiue Piſon dictum à *pas*, ſeu *pus*, quod eſt creſcere, ab aquarum incremento, ſiquidem, auctore Plinio, naues in eo ſe exonerare dicuntur; & Ioſephus multitudinem ſignificare dicit. Cæterum, vt refert Moſes Syrus, *phas*, Syris ceſſare importat, iuxta quam etymologiam credunt multi ſic dictum, quod ceſſet à fluxu aſpectabili, quippe qui ſub multis pelagis maiorem curſus ſui partem peragat. Porro, Phiſon, iuxta Iſidorum, caterua interpretatur, quod decem flumina intra ſe recipiat, quæ extra paradiſum in ipſum fluunt, & iuxta ſcholaſticam hiſtoriam arenam habet auream.

44 *Omnem terram Heuilath*] Non eſt hæc Æthiopia Orientalis, dicta ſic à Chanila, filio Chus, de quo infra cap. 10. quam quia aliquando occupauerat, in ſacris literis Æthiopia dicta eſt Chus: ſed eſt regio Orientalis, ſic dicta à filio Iectan, ſecundo filio Heber, vt infra cap. 10. videbimus. Sunt & qui dicant Chauilam dictam, quod interpretatur Partus, quod pariat terra illa aurum, & pretioſiſſimas gemmas. Quod vero hanc quidam ex 25. Geneſis, & 1. Regum 15. contendunt non procul à Palæſtina, atque Aſſyria & Euphrate terram hanc Heuilath diſtare, parum ad nominum frequentem æquiuocationem reſpiciunt; & ſolum conantur oſtendere, Phiſon non eſſe Gangem, contra Patrum ſententiam, ſed putant à Tygri, & Euphrate Phiſon amnem, vt brachium quoddam deriuari.

Ioſep. l. 3. ant. Hier. epi 133. ad Marcell. & epiſt. 140. ad Principiã virg.

פרוים

45 *Vbi naſcitur aurum*] Etſi in Orientali plaga abundantia ſit auri optimi, vt experti ſunt Luſitani; hæc tamen regio Heuilath auro etiam abundat, vt auctor eſt Plinius, & optimo, & eſt prope Ophir, ſic dicto ab Ophir, fratre Chauilæ, & inde aſportari auri copiam, & optimi, teſtis eſt Scriptura 3. Reg. 9. 10. & 22. & 2. Paral. 8. & etiam conſtat ex Ioſepho & Hieronymo. Porro, Ophir nunc vulgo dicta eſt Malaca: licet non deſint, qui putent eſſe vtrumque Peru, maius ſcilicet & minus, ſcilicet Mexico, ex 3. cap. 2. Paral. quod in Hebræo ſit ibi *Paruaim*, cuius ſingulare eſt Paru, ſeu Peru; ſed hæc parum congruunt ijs, quæ 1. Reg. 19. & 2. Paral. 8. habentur; cum Aſion Gaber ſit in litore maris rubri, propinquiorq. ſit Heuilath; at Peru, remotiſſima admodum regio, & multa, quæ inde aſportari Scriptura teſtatur, nunc aperte conſtet in terra Peru non reperiri.

טוב

46 *Et aurum terræ illius optimum eſt.*] Optimum in Hebræo eſt *Tob*, id eſt, bonum; carent enim Hebræi comparatiuis, vt Pſalm. 117. Bonum eſt ſperare in Domino, bonum, id eſt, optimum, ſeu melius.

46 *Ibique inuenitur Bdelium*] Hebræi propria lapidum nomina ignorant, & animalium & fluminum; ac proinde parum fidendum eſt illis; & in horum expoſitione ignorantiam ingenue confiteri expedit; quæ tamen probabiliora videbuntur, hæc dicemus. Bdelium, inquit Plinius, gummi eſt arboris etiam ſic dictæ, velut lachrima lucida, guſtu amarum, ſed odoratius infuſione vini; alij dicunt eſſe carbunculum, alij cryſtallum. R. Dauid eſſe Iaſpim; ſed potius exiſtimo cum R. Haghaon vniones eſſe, ſeu lapillos pretioſos, qui ſi magni fuerint, apud nos dicuntur *Perlas*, ſi parui, aliofar; nam & Num. 11. dicitur, color Man erat ſicut color Habedoloah, cuius color ſimillimus eſt colori Man. *R. Dauid lib. Radicum.*

48 *Et lapis Onychinus*] Hebraice *Chaſoham*, non Smaragdum, aut Sardonycum lapidem, ſed Onychinum puto, ſic nominatum propter ſimilitudinem coloris, quem cum vngue humano habet; Onyx ſiquidē Græce idem eſt, quod vnguis Latine. חשהם

49 *Et nomen fluminis ſecundi Gehon*] Sic dictus à fluendo cum inundatione; ripas enim ſuas ſupergrediens, circumiacentes ſibi terras irrigat. Hunc perhibent generare Nilum flumen Ægyptiacum, vt teſtis eſt ſanctus Theophilus, cuius ratione & partem ſui curſus deſcribunt; quin & Nilum ipſum eſſe affirmant Epiphanius, & Auguſtinus. Sed hoc non eſt adeo probabile, ſi Æthiopia, de qua Moyſes hoc loco meminit, Orientalis ſit, vt aliqui contendunt, non Meridionalis, ſeu Occidentalis, ex qua Sephora Moyſis vxor Æthiopiſſa dicta eſt, minuſque vero ſimile exiſtimo, quod quidam putant, hunc Geon eſſe, cuius meminit Scriptura 3. Reg. 1. quem conſtat eſſe fontem 2. Regum 32. vbi dicitur: Ipſe eſt Ezechias, qui obturauit ſuperiorem fontem aquarum Geon; vnde Chaldæus 3. Reg. 1. Geon interpretatus eſt Siloe; ſicque ſentit R. Salomoh. *S. Theoph. l. 2. ad Antol. Epip. in Anc. & in epiſt. ad Io. Hieroſ. Aug. ſup Gen. ad lit. 10.*

50 *Nomen vero fluminis tertij Tygris*] Primum & proprium eius nomen fuit *Hydechel*, vel vt Moſes Syrus affirmat Diclat: ſed poſtea vocatus eſt Tygris, iuxta Iſidorum & Rupertum, quod inſtar beſtiæ impetuoſus, ac rapidus nimia pernicitate decurrens ſurſum deorſumque feratur; illudque animal Tygris dictum ſic eſt, à ſagittæ celeritate, quæ Medorum lingua Tygris dicitur, Hebraice *Hydechel*, ſic Plinius, & Strabo, & quia hoc nomine Tygris, vtpote magis vſitato, vocabatur flumen hoc tempore Vulgati: prætermiſſo primo nomine, Tygris ab illo hoc loco dictus eſt. Solinus Tygrim fluuium in Armenia caput attollere affirmat, & Plinius, & Strabo ex lucido conſpicuoque fonte oriri contendunt, nec ab exordio ſtatim totum eſſe, ſed primo pigre fluere, non cum ſuo nomine; at, cum Medorũ fines inuectus ſit; Tygrim ſtatim vocari, Arethuſam Lacum influere, grandia pondera ſuſtinentem, cuius piſces numquam ſe alueo Tygridis immiſceant, ſicut nec amnici ſtagnum attingũt Arethuſæ; mox Arabes præterfluens Meſopotamiam amplectitur, & Hydaſpem accipiens Euphratemq., in ſinum Perſicum defertur. חדקל *Iſid. l. 13. Et. c. 21. Rupert. de operib. Trin. c. 29 Plin. l. 6. c. 27. Strabo l. 11. Solinus. Plin. l. 6. c. 7. Strabo l. 6.*

51 *Ipſe vadit contra Aſſyrios*] *Quodmath*, vox קדמת

Hebræa

Hebræa & contra, & Orientem ſignificat; vnde Hebræi legunt: Ipſe vadit ad Orientem Aſſur, id eſt, ad orientalem Aſſyriæ plagam pergit; ſed in idem incidit, plagamq; orientalem Aſſyriæ tranſire, hoc eſt anteriorem partẽ. Porro *Aſſur* vocat regionem *Atur*, & Niniuitarum & *Bethgarme* aliaq; circumquaquè his adiacentia loca.

פרת 51 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates.*] Primum eius nomen fuit Perath, poſtea dictus eſt *Euphrates* Græce, ſeu potius *Phrates*, corrupte enim הוא copulaſſe videntur antiqui, *Eu*, ſeu, *Hu*, in Hebræo, id eſt, ipſe eſt, quo nomine vt notiori vſus eſt Vulgatus, Aſſyriorum lingua dicitur *Almacher* Tygrim tractu vicino aliquandiu comitatus, Orientalem Meſopotamiæ regionem perluens & fertilem reddens, vt Plinius, Pomponius, & Solinus teſtantur, in eam quotãnis quaſi nouos agros inuehit, vt dicit Cicero. Sunt qui aſſerunt, Euphratem originem ducere ex remotiſſimo monte, Septentrionem verſus; Tygrim vero ex propinquiori loco in maiori Armenia, & Meſopotamiam cingere Euphratem ex Occidentali parte; Tygrim vero ex Orientali; cumque in Meſopotamiæ finibus, vbi & paradiſi locum collocant, in vnum confluant, & paradiſum irrigent, rurſum in exitu Paradiſi in duos amnes diſtingui, quorum alterum verſus Æthiopiam Geon nominant; alterum verſus terram Euilah Phiſon appellant, & denique mare Perſicum diuerſis in locis intrare affirmant; & hæc dicunt quatuor eſſe flumina, de quibus hoc capite ſacer textus loquitur: Cæterum, licet qui hanc ſententiam ſequuntur, à multis ſe anguſtijs liberare videantur, Patrum tamen ſententiæ hæc parum conſona ſunt, quantum ad ea, quæ de Geon, & Phiſon affirmant; licet in his, quæ de Euphrate & Tygri aſſerunt, ab illis non diſſentiant. & de his vide quæ ſup. §. 34. diximus.

Plin. lib. 5. c. 24. Pomp. lib. 3. Sol. c. 50. Cic. 2. de nat. Deo.

52 *Tulit ergo Dominus Deus hominem.*] Hinc extra paradiſum hominem conditum fuiſſe conſtat, quem angelorum miniſterio non inuiſibili tantum, vt Danielem, ſed viſibili forſan, vt Thobiam, manu ducendo in Paradiſum tranſtulit; an vero ex campo Damaſceno, vbi conditus fertur, incertum eſt. Porro, ſimiliter & Euam extra paradiſum conditam angelum deduxiſſe tenent Ioſephus, Tertullianus & Rupertus; at Baſilius, & S. Thom. ſacro textui conformius, immiſſo in Adamum ſopore, in paradiſo ex eius coſta ædificatam aſſirmant.

Ioſeph. 1. antiq. Tertull. lib. 2. contra Marchionem. Rupertus 2. de Trin. & eius operibus. Baſ. in Hex. ho. 11. S. Tho. 1. p. q. 102. ar. 4.

53 *Vt operaretur.*] Cum in paradiſo ſiluoſa, ſentiſcoſaque materies parum aut nihil ſuccreſceret, quæ per execrationem extra paradiſum ſupra modum enaſci cœpit, neque ſarculæ, neque ſcopæ, aut alterius generis inſtrumenta culturæ facta erant, non ergo faciendas ſcrobes, in quibus plantas conſereret, aut laborioſis inſtrumentis operando moleſtiam vllam ſubire debuiſſet, nec complanandas vias, quibus obambularetur, Moſes Syrus aduertit, nec labor erat homini aut afflictio ſpiritus, ſed voluntatis exhilaratio, & operatio iucunda ad experientiam & virium ſuarum exercitium. ita Sanctus Theophilus, & Seuerianus, & Albinus, qui nec verbis diſſidet à Hieronymo, & Auguſtino.

Moſes p. p. de paradiſo. S. Theoph. lib. 2. ad Antol. Alb. in Gen. Hier. q. heb. in Gen. Aug. in Gen.

54 *Et cuſtodiret illum*] non à deuaſtantibus beſtijs, ſi cum aliquibus, nullum irrationalium animalium in paradiſo habitaſſe, affirmemus; licet ex quadam diſpenſatione fuerint adducta animalia ad Adam, & ſerpens per operationem diaboli illuc acceſſerit, ſed ne peccando amitteret ſibi, per obedientiam & iuſtitiam cuſtodiret: ſic Patres intelligunt, Theophilus, Auguſtinus, Moſes Barchepha, Alchuinus, S. Tho. & alij. Scio iuxta Auguſtinum, qui ſubdita & innoxia ibi tunc verſata eſſe ſcribit, (quod & Ioſephus, Baſilius & Damaſcenus innuere videntur, ſed non ita aperte) aliquos cuſtodiam hanc interpretari ne animalia, quæ ibi erant, pedibus aliqua vaſtaſſent: vel ſaltem fœdaſſent, & ijs, quæ extra paradiſum erant, aditus occluderetur; ſed mihi prior Patrum expoſitio magis arridet.

Theoph. lib. 2. ad Antol. Aug. in Gen. Alchu. qu. in Gen. Moſes p. p. de paradiſo. S. Tho. p. p. qu. 102. a. 3. Aug. 14. de ci. Dei c. 11. Ioſeph. 1. antiq. Baſ. ho. 11. in Gen. Damaſc. l. 2. de fid. orth. c. 10.

---

a *intellectuali reuelatione Adæ præceptum hoc innotuit.* b *& etiam mulieri, quæ iam facta erat, etſi poſtea eius factio deſcribatur.* f *.i. arbore.* h *comedere vt natura expedit præceptum fuit: liberum autem ex qua arbore, alia à vetita.* k *.i. arbore.* m n o p *ab euentu ſic dicto, quod ex eius eſu expertus ſit homo, quid bonum obedientia, & malum inobedientia.*

a b c d e f g h i k l m n o p
Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autem ſcientiæ boni, & mali

---

k *animæ ſtatim, corporis continuo per inchoationem, & actualem per ſententiam addictus, poſtea per executionem ſubiturus.* l m *pro, dixerat, ſcilicet ſexta die.*

a b c d e f g h i k l m n o p
ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque Dominus Deus:

---

c *.i. expediens ſeu conueniens. i. non expedit ad propagationem orbis.* e f *.i. non eſſe feminam in orbe, cui ſociari poſſit.* i *ad generationem.* k *in ſpecie.* l *hæc per recapitulationem tertia dies.*

a b c d e f g h i k l m n o
Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Formatis igitur Dominus

c — *terra nomine omnia elementa comprehendit, ſicut cum dictum eſt: creauit Deus cælum & terram, vel quod terra in compoſitione etiā cum alijs elementis ſit, & plus in quantitate materiæ. & hoc, quod dicitur: de humo, referri debet ad terreſtria, non ad volatilia.*
e f — *.i. terreſtribus, ſiue iumenta ſint, ſiue feræ.*
k — *.i. aeris.*
l — *vel ſolo diuino imperio, vel angelorum miniſterio.*

a b c d e f g h i k l m n

Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad

a — *cui exactam cognitionem de eorum naturis indiderat.*
c — *per diligentem conſiderationem.*
d — *iuxta naturam cuiuſque ex*
e — *primitiuis nominibus deriuatis.*

a b c d e f g h i k l m n

Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis,

a b c d — *iuxta naturam vniuſcuiuſque apte appoſitum, & naturam rei, vel eius proprietates exprimens.*
g h — *iuxta naturam cuiuſque.*
k — *.i. iumenta.*

a b c d e f g h i k l m

ipſum eſt nomen eius. Appellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animantia & vniuerſa

b — *.i. aeris.*
e — *.i. feras.*
g h i x — *.i. Adam non inuenit, eſt enim elegans hebraiſmus.*
l — *ad generationem.*
m — *.i. eiuſdem ſpeciei.*

a b c d e f g h i k l m n

volatilia cæli, & omnes beſtias terræ: Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis eius.

SCHOLIA.

Rupert. 2. de Trin. & eius operibus c. 32. לאתאכל

54 *Præcepitque.*] Lata fuit lex, ne de ligno boni & mali comederet homo, quam intellectuali reuelatione illi & Euæ ſimul, quos iā condiderat, promulgaſſe tenet Rupertus, vt *Lotochel* in Hebræo indicat, quod in ſecunda perſona virum reſpicit, & in tertia feminam, & ſequenti capite verba mulieris hoc innuere videntur, dicentis: Præcepit nobis Deus, &c. quamuis non pauci ſint, qui probabiliter putent, ante conditam Euam diuinum hoc mandatum emanaſſe, quod poſtea Adam illam docuerit: ſic Ambroſius, Chryſoſtomus, Anaſtaſius Sinaita, & S. Tho. (ſi eius eſt opus in Geneſim, quod extat) Auguſtinus vero dubius videtur. Porro, licet aliqui negatiuum tantum putent hoc eſſe præceptum, at S. Thom. affirmatiuum etiam dediſſe contendit, vt ſcilicet comederent, quod proprie vitæ expediret; liberum autem reliquiſſe, vt, ex qua arbore quis vellet, ad eſum ſumeret, præterquam de ligno boni & mali.

Amb. de paradiſo c. 12. Chryſ. ho. 10. in Gen. Anaſt. lib. 9. ſacræ ſcrip. S. Tho. in Gē. Aug. 8. de Gē. ad lit. c. 17.

Theod. q. 38. in Gen. Hier. q. Hebr. in Gen. Philo. Greg. in regiſtro li. 5. Epiſt. 31. ad Eulogium. Eucherius in Gen. Algerus li. 2. de ſacramentis cor. & ſa. Chriſti c. 6. Aug. 19. de ci. Dei c. 12. & ſuper Gen. ad lit. c. 32. Anaſt. li. q. 5. ſcrip. c. 87. Hildebert. in quadā Epiſt.

55 *Morte morieris*] *Phraſis* eſt linguæ Hebraicæ, id eſt, morti abſque dubio obnoxius eris; ſic Theodoretus; vnde & Symmachus, iuxta Hieronymum, expreſſius vertit, ſcilicet mortalis eris. Modo Philo putauit tantum de morte animæ per peccatū intelligendum eſſe, quem ſequi viſi ſunt S. Gregor. & Eucherius; ſed certe patres iſti ſolum negarunt, actualem mortem tunc de facto incurriſſe, niſi forte inchoatiue, vt dicemus: At Paulus Apoſtolus ad Rom. 5. Et per peccatum mors, inquit, & iterum: ſtimulus peccati mors. & Sap. 1. & 2. quare S. Algerus, Auguſtinus, Anaſtaſius Niſſenus Epiſcopus, & Hildelbertus Cænomanenſis Epiſcopus, (cuius meminit Blaſenſis Epiſtola 102.) & fere omnes patres & de morte animæ, quæ eſt per peccatum, & de morte corporis intellexerunt, cui ſtatim vt comedit per ſententiam fuit addictus, & eam poſtea per executionem ſubijt, quod & diffinitum eſt in Concilijs Arauſicano, & Tridentino; quin & inchoatiue ſtatim in pœnam mortis incidit, dum, amiſſa iuſtitia originali, cōtinuo laſſitudines & noxia experiri cœpit, quæ diſpoſitiones ſunt ad interitum; immo & mors ipſa initialiter (vt ita dicam.)

Con. Trid. ſeſ. 5. in decreto de peccato originali.

56 *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum,*] id eſt, non congruit neque vtile eſt orbis creationi & viuentium propagationi, ad quam non eſt bonum, nec expediens indicauit Dominus tunc, hominem eſſe ſolum; quippe, quæ per commiſtionem maris & feminæ fienda erat. Porro, licet fere vſque ad iſtum locum, hominis nomen commune fuerit ad feminam & maſculum; hic tamen pro viro ſumitur. iam vbi nos legimus: non eſt bonum, iuxta Hebræū eſt: non eſt bonus: carent ſiquidem Hebræi genere neutro, pro quo maſculinum ſeu femininum vſurpant, vt hoc loco, & Pſal. 27. vnam petij: pro vnum; vt S. Hier. tradit in 7. cap. Eccleſiaſt. ſub finem.

57 *Adiutorium ſimile ſibi.*] Multa ex Hebræo hic aduertunt aliqui, vt ſcilicet ad manum eſſet, qui hominem iuuaret. Ego tamen hoc vnum obſeruo, in Hebræo legi *Kenegdo*, id eſt, contra eum, faciam, ſiue faciamus ei adiutorium contra eum, & Chaldaica vertit: faciam ei adiutoriū quaſi eum; etenim in naturali hominis generatione virtus actiua viri eſt quaſi contra paſſiuam feminæ diuiſa, & vtraque neceſſaria eſt ad generationem, ad quam non inueniebatur adiutor, qui haberet congruam virtutem paſſiuam contra actiuam, quæ erat in viro, ideo facta eſt mulier, quæ cum eiuſdem ſpeciei eſſe debeat כנגדו

& ſit

Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. c. 3. & 4. S. Thom. p. p.

& ſit cum ipſo viro, Vulgatus noſter commode vertit, ſimile, ſubintellige ſpecie. ſic Auguſtinus, & S. Thom. nec ignoro, contra, iuxta Hebræum idem eſſe quod, ante, ſiue, coram, ſed S. Thom. optime Vulgati mentem expreſſit, occaſione illius termini, contra, iuxta Latinam ſignificationem.

58 *Videret quid vocaret ea.*] Vt videret diligenter conſiderãdo, iuxta traditam ſibi rerum omnium naturalium exactam cognitionem, quæ illorum naturis accommodata nomina imponeret, non quod naturalia ſint nomina rebus, vt Plato putauit; primitiua ſiquidem omnia ad placitum ſunt, ſed, à primitiuis deriuata nomina impoſuit, exprimentia rerum proprietates iuxta primitiua, quæ omnia & poſteritatis conſenſu recepta ſunt; adduxit itaque coram Adã animantia terreſtria & volatilia (aquaticis enim ad horum ſimilitudinem impoſita ſunt a poſteris nomina) vt experimentalem illorum haberet etiam notitiam, ad quam tantum, vt ſupra diximus, illis indigebat, vt, veluti eorum Dominus, proprijs nominibus in ipſorum dominio vteretur; ſic Chryſoſtomus, & Barchepha. Denique ſic, quod iam nouerat expertus eſt, non eſſe inter illa debitũ ſibi adiutorium ad propagationem, quod ex naturæ illorum conſideratione deprehendit.

Plato in Cratylo.

Chryſ. ho. 14. in Gen. Moſes p. p. de paradiſo.

59 *Ipſum eſt nomen eius.*] id eſt, congruens naturis animalium iuxta ſignificationem primitiuorum, quæ fuerunt ad placitum, à quibus hæc deriuata ſunt, quorum licet multa tempore confuſionis linguarum deperdita & obliuioni tradita ſint, tamen ad illius imitationem, iuxta eorum naturas & proprietates in ſingulis idiomatibus, iuxta primitiua nomina, (quæ etiam ſint ad placitum) deriuata impoſita ſint, & communi poſterorum vſu recepta, quandoque parum immutata.

60 *Adæ vero non inueniebatur.*] Elegans Hebraiſmus, id eſt, Adam non inueniebat adiutorium ſimile ſibi; cum id expertus eſſet in ſingulis animalium ſpeciebus, marem eſſe & feminam, vt aduertit Ioſephus. Porro repetit cauſam, cuius occaſione Moyſes animalium nominationem interpoſuerit, vt apte iam feminæ ob id neceſſariam productionem deſcribat.

Ioſeph. 1. antiq.

---

a b c: *& non natura pondere.* — e: *cum extaſi.* — g: *vt myſteriorum Dei in his, quæ circa ipſum interim agebantur, particeps fieret.* — l m n: *qua de eius perfectione erat inquantum principium ſpeciei.* — l m n o: *ſimul cum aliqua carnis portione, qua etiam ei inerat, vt principium ſpeciei.*

a b c d e f g h i k l m n o
Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius,

---

c: *quæ pertinebat ad eius integritatem vt homo particularis, dum non eſt principium ſpeciei.* — g: *quia os eſt veluti fundamentum corporeæ domus noſtræ cuius firmitati innititur.* — o: *nec propterea monſtrum fuit Adam, quia fuit principium ſpeciei.*

a b c d e f g h i k l m n o
& repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam,

---

b: *vt eam diligat cum qua per totam vitam cohabitare oportebat.* — d: *non loco diſtantem, ſed factam, in vxorẽ obtulit.* — e: *ſicut alia animalia.* — g: *vt videret ſi erat congruum adiutorium ſibi.* — i: *à Deo in extaſi edoctus.* — l: *ſ. placet.* — m: *ſ. vtpote.*

a b c d e f g h i k l m n
in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex

---

a b c d e f g: *i. eiuſdem ſpeciei & non quomodocumque, ſed coniunctiſſima.* — h: *nomen impoſuit, ſicut alijs animalibus etiam fecerat.* — i k: *heb. iſcha.* — m n: *heb. iſcha.*

a b c d e f g h i k l m n o p
oſſibus meis, & caro de carne mea: Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.

---

a b: *ex amore vxori debito.* — b c d e f g: *non quantum ad honorem vt ſuo principio magis debitum, quam vxori, ſed quoad ad cohabitationem ſi expedierit.* — i: *per carnis commiſtionem & cohabitationem.*

a b c d e f g h i k l m n
Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt

---

b c d: *i. indiuiſe poſſeſſa, & ad vnam carnem prolis & quaſi vna caro, in qua vis actiua & paſſiua neceſſaria ad generationem.* — h: *non enim veſte indigebant, quos innocentia tegebat.* — o p q: *non ex inſipientia; ſed quia nullus erat inordinatus motus in corpore, nullaque lex in membris legi mentis repugnans.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
duo in carne vna. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant.

S C H O L I A.

61 *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporẽ in Adam.*] Non igitur naturæ pondere ſomnus, ſed à Deo immiſſus fuit, non ad mitigandum dolorem aut quid ſimile, ſed ſicut Auguſtinus ait; vt Adæ mens per extaſim particeps fieret angelicæ curiæ, & intrans in ſanctuarium Dei, nouiſſima per intelligibiles immiſſiones cognoſceret: vnde in ſe reuerſus continuo eructauit; hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. & alia quaſi facta à Deo, dum in extaſi eſſet, aperte vidiſſet, & quid ſibi vellent diuinitus intellexiſſet. [*Auguſt. ſuper Pſal. 56.*]

62 *Immiſit ergo Dominus ſoporem in Adam.*] Adæ reuelationem, quam in hoc ſopore vidit, ſic inſcriptam Gnoſtici Hæretici primum omnium excogitarunt, vt auctor eſt Epiphanius. Porro, pro ſopore in Hebræo eſt *Tardema* à verbo *Radam*, quod eſt graui ſomno ſoporari, & Chaldaica noſtræ verſioni eſt concors, Septuaginta *Ecſtaſin* vocant. Extaſis autem quandoque ſine ſomno euenit, & ſi in ſomno, mens libertate & contemplatione priuatur, non vero in extaſi; immo eleuatior ad ſpiritualia reperitur; huic autem Adæ ſopori & ſomno extaſis coniuncta fuit, ſicut quandoque Prophetis, vt merito Vulgatus, iuxta Hebræum, ſoporem tranſtulerit: & Septuaginta; Extaſim admiſtam expreſſerint. [*Epiph. in 1: Panary.* תרדמה רדם ἔκστασιν]

63 *Tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.*] Coſta illa, vt Hugo de Sancto Victore aduertit, dum in Adæ corpore fuit, ad eius perfectionem pertinebat, non vt particularis homo, ſed vt principium erat ſpeciei, ex cuius coſta ædificanda erat mulier, vt ex vno fieret omne genus. Porro vbi Vulgatus vertit: & repleuit carnem pro ea, Chaldæus dicit: Poſuit carnem pro ea, quod idem eſt. [*Hugo de S. Vict. ſup Gé.*]

64 *Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.*] Ex coſta viri facta eſt diuinitus mulier per materiæ multiplicationem, non in ſe, vt Hugo de Sancto Victore putauit, ſed per additionem extraneæ materiæ, vt docte diffinit ſanctus Tho. 1.p. ex coſta vero facta eſt, vt illam amore proſequeretur, cum qua per totam vitam cohabitare oportebat: vnde poſtquam dixit, os eſſe ex oſſibus, intulit: propter hanc relinquet homo patrem & matrem: ædificaſſe vero dicitur, quia huius noſtræ corporeæ domus & habitationis quaſi fundamentum os eſt, cuius ſcilicet firmitati innititur. [*Hugo de S. Vict. ſup Ge S.Tho. 1.p.*]

65 *Et adduxit ea ad Adam.*] Non de loco remotiſſimo adducens, quam ex illius coſta ibidem condiderat; ſed quia iam mulierem conſtitutam Adæ expergefacto obtulit in vxorem, ſi non ſicut alia animalia, ſed ſibi commodum adiutorium fore iudicaſſet.

66 *Dixitq; Adam*] à Deo nempe doctus: vnde Matth. 19. Deum hoc dixiſſe ſcribitur, ſæpe quidem eadem verba, quæ homo refert, & verba Dei ſunt, in corde illius per ſpecialem reuelationem immiſſa. ita S. Tho. [*S. Tho. ſuper 5.ca. Epiſt. ad Epheſ.lect.11.*]

67 *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.*] Hebræus legit: hæc nunc os. vtriuſque ſenſus vnus eſt, ſcilicet hæc nunc in adiutoriũ Adæ merito aſſociabitur, non vero alia animalia; quia hæc eſt os de oſſibus & caro de carne mea, quaſi eiuſdem ſpeciei & naturæ, ſicut reuera eſt: & dicitur os, & caro eo loquendi modo, quo ſæpe ſcriptura vtitur, cum res eo nomine vocat, quo & res, de quibus factæ ſũt. ſicut Exod. 7. Dracones virgas vocat, cum ait, deuoraſſe virgas magorum, quod ex virgis conuerſio facta fuerit in Dracones: ſcio Hebraiſmum communem: os de oſſibus, & caro de carne, id eſt mihi coniunctiſsima: ſed hoc loco Spiritus Sanctus ſingularem coniunctionem his verbis exprimere voluit; vt ſcilicet vere os & vere caro de carne & oſſe Adæ, id eſt, eiuſdem ſpeciei cum illo. quod vero de priore muliere Lilis dicta, ex qua Adã Dæmones procreauit, vt Talmudiſtæ confingunt, inanes fabulæ ſunt & quaſi blaſphemiæ.

68 *Hæc vocabitur virago*] ſicut & alijs animantibus Adam, ita & mulieri nomẽ impoſuit à ſui primæua conditione, quia à viro ſumpta dicitur virago, nõ potuit vno verbo exprimere Vulgatus, ex defectu nominum Latinorum, quod ratione ſubiuncta, quia ſcilicet à viro ſumpta eſt, aperte literæ intellectum aperuit: in Hebræo vero idiomate à viri nomine, *Iſch*, mulieris nomen, *Iſcha*, aperte deducitur. [איש אשה]

69 *Et caro de carne.*] Quia non ex nuda coſta, ſed cum aliqua carnis portione ablata eſt ab Adam: etenim nõ abſque aliqua carne in Adæ corpore erat, quæ, ſicut & coſta, ad hoc inſtitutum in Adæ corpore fuit, vt principium ſpeciei, quod non eſt in reliquis hominibus.

70 *Quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ.*] Relinquet patrem & matrem, non quantum ad honorem, vt ſuo principio, patri & matri magis debitum, quam vxori, ſed adhærebit vxori quantum ad carnalem copulam, & cohabitationẽ neceſſariam, ad quam, ſi expedierit, relinquet patrem & matrem. [*S.Tho.22.qu.26.art.1.*]

71 *Et erunt duo in carne vna.*] In Hebræo, & Chaldaico non eſt, duo, ſed tantum: erunt in carnem vnam; additum tamen à Vulgato ad maiorem expreſsionem, quod & interpretibus ſæpe licet. Porro, vna, id eſt indiuiſa: nam cum alter coniugum in alterius corpus poteſtatem habeat, & è conuerſo vtrumque corpus eſt quaſi vna caro indiuiſe ab vtroque poſſeſſa, quod ſolum in debito matrimonio coniunctis verificatur. ita S. Thom. Rurſum, erunt duo in carne vna, quia non ſolum ad vnam carnem prolis procreandam conueniunt; ſed ipſi quaſi vnũ corpus & caro vna ſe habeant: in arbore ſiquidem vis actiua & paſsiua ſunt in vno corpore; at in animalibus, in diuerſis corporibus: cæterum ad actum generationis oportet vtramque virtutem coniungi, quæ cum in diſtinctis ſint corporibus, tunc quaſi vnum corpus & vna caro coniunguntur, vt vtraque vis in generatione adſit; & quia quantum ad actum naturæ & ſpeciem non differunt in hoc vxor & non vxor; ideo hæc ſecunda adhæſio in vnitate carnis etiam in nefario cõcubitu verificatur; quo modo & S. Paulus intelligi poteſt. 1. ad Cor. 6. cum ait: Qui adhæret meretrici: vnũ corpus efficitur, erunt enim inquit, duo in carne vna. Porro Chaldaica habet: [*S.Tho.2.2.q.26.*]

propter

propter hoc relinquet homo lectũ patris ſui & matris ſuæ: vnde quidam inferunt, nullo modo celebrari poſſe coniugium cum matre nec nouerca, forſan hic modus loquendi ab antiqua conſuetudine manauit, quando filij ante emancipationem ſemper in lecto vel ſaltem in parentum cubili dormiebant. Senſus tamen legitimus eſt, quẽ Vulgatus expreſsit.

72 *Erat autem vterque nudus.*] Non enim veſtibus indigebant, quos innocentia tegebat; & ideo non erubeſcebant, vt in textu dicitur; quod non ex inſipientia contigit, quaſi in infantibus, vt Ioſephus voluit, cum virili perfectione cõditi fuerint in vtroque homine; ſed ex ratione ſtatus innocentiæ, in quo nullus inordinatus motus in corpore erat, nullamq; in membris ſentiebant legem repugnantem legi mentis: quare Auguſtinus & Albinus nec velandum putabant, quod non ſenſerant refrenandum. *Aug. ſup. Gen. Albi. in Gen.*

CAPVT TERTIVM.

e — *verum animal. & ſub. quidam, vt apparet ex Hebraico articulo.*
e — *& ſic apte calliditatem dæmonis intus ex diuina permiſſione exiſtentis obumbrabat.*
e f g h — *vnde qui naturas rerum nouit: eſtote, inquit, prudentes ſicut ſerpentes.*

a b c d e f g h i k l m
Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus.

---

b — *quòd Dæmon per ipſum loquebatur mouendo eius linguam.*
n — *ancipiti oratione loquitur dæmon.*
o — *.i. arbore, ſiu arboris fructu.*

a b c d e f g h i x l m n o p
Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi:

---

a b c — *non horret eius aſpectum, quem ſibi nocere non poſſe nouerat, nec admiratur loquelam, quia neſciebat quas virtutes Deus animantibus contuliſſet.*
f — *.i. arborum.*
l — *ſ. iuxta diuinum præceptum veſcimur, id eſt, veſci poſſumus.*

a b c d e f g h i x l m n o
Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur: de fructu vero

---

a — *i. arboris,*
g — *vnde nec immemor præcepti deliquit.*
n o — *per exaggerationem addidit, quaſi omnino interdictum.*

a b c d e f g h i x l m n o
ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus: & ne tangeremus

---

c — *ſuſpicatur per cominationem dictum.*
g — *i. diabolus in ſerpente.*
k l m — *mentitur dæmon & in plurali loquitur, vt ad inducendum virum ipſam alliciat, cui etiam nec futuram mortem promittit.*

a b c d e f g h i k l m
illud, ne forte moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

---

a b c — *inuidum deſcribit ipſum Deum, dæmon;*
m — *mentis;*

a b c d e f g h i k l m n o
Scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri; Et

---

a b c — *in plurali, vt contra diuina eſſentia vnitatem aliquid inſinuaret.*
d e f g — *neſcientibus quid ſibi vellet arborem dici boni vel mali, vt quid diuinum & excellens, ſi conſequantur, proponit.*
h — *& conſiderauit fructum, ſi in eo aliquod mortiferi ſignum videret.*
m — *ex colore, & aſpectu delectabili cõijciens.*
o — *.i. fructus arboris.*

a b c d e f g h i k l m n o
eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum

ad ve-

f g i n o

ac proinde deſiderabile, propter effectum prætenſum. *ſeducta mendacijs & pollicitationibus dæmonis, & allecta decore fructus.* *experta eſt dulcem ſaporem; ſed non ſenſit cito damna, in qua incidit; quia ſpiritualia & corporea non ſtatim eſt experta.*

a b c d e f g h i k l m n o

ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit:

a b c d e g h i k m

dulcedinem fructus indicans & effectum futurum mirabilẽ promittens. *primo Eua ſeducta eſt, licet ſeductus etiã fuerit Adam, ſiue deceptus, non tamen primo ſeductus; ſed ne delitias ſuas contriſtaret, & propriam excellentiam appetens ſciendi bonum & malum, quod vt quid excellens & diuinum apprehendit* *quia viderunt inordinatos motus, quos erubeſcebant, & antea non viderant, quia non erant.* *ſub ratione turpis.*

a b c d e f g h i k l m

deditque viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum: cumque cognouiſſent

a b c d e f k

quod antea non apparebat turpe. *vtcumque vepribus vel aliquo ſimili:* *protenſa & lata.* *arboris ficus.* *quaſi cinctoria, quibus ſaltẽ erubeſcentia membra tegerent.*

a b c d e f g h i k

ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

S C H O L I A.

נחש נחש נחש נחשתים נחושת

1 SED & ſerpens] *Nachas* verbum, à quo *Nachas*, id eſt ſerpens, non habet certam ſignificationem; inter alias autem vna eſt, inuoluere, ſeu inuolui, & inde *Nachas* ſiue ſerpẽs ab inuolutione, quod facile inuoluatur; & inde *Nechaſtis*, id eſt compedem, quod ſit inuolutus & *Nechuſath*, id eſt viſcera; etiam quod ſint inuoluta. Porro hoc animal quidam Baſiliſcum putant, qui rex inter ſerpentes habetur, de quo multa Plinius, & Solinus forſan ex eodem; ſed eius deformitas, aſpectus ac afflatus, vis & viror obſtare videntur; forſan fuit ſerpens, quem Schytalem dicunt, de quo Solinus, qui & tergi varietate præfulget ita, vt notarum gratia videntes retardet, cuius inceſſus moroſior quaſi miraculo ſui ſtupentes capiat.

Plin. lib. 8. c. 21. Solin. cap. 30.

2 *Callidior erat cunctis animãtibus terræ.*] Aquila & Theodotion, nequam & verſipellis, vertunt, vt S. Hier. teſtatur; Septuaginta prudentiſſimum vertunt, quod & Theodoretus explicat per antiphraſim, cum prudentia illa ſtultitia ſit, ſicut in ſapientibus huius ſeculi. & Diodorus prudentem, inquit, dicunt ad decipiendum vtique aptiſſimum inſtrumentum. Cæterum vox Hebræa inuolutum etiam ſignificat, & inde quoque callidum, quod callidus videatur inuolutus, vt ignores quid in eo lateat; & vere callidum eſſe hoc animal, non ſolum per allegoriam dictum ex corporis inuolutione, ſed ex natiua calliditate; quidquid alij dicant, ſatis aperte inſinuat Chriſtus Dominus, qui rerum omniũ naturas perfecte cognouit, cum dixit: eſtote prudentes ſicut ſerpentes; & ita ex Dei permiſſione, in huius animalis corpus dæmon intrauit, vt externi animalis aſtutia intus latentis noxij & venenoſi anguis, ſcilicet diaboli aſtutia in hoc facto apte obumbraretur, & cum tentare non poſſet interne ipſum hominem (cum id fieri nequeat abſque aliqua deordinatione, quæ nec in appetitu ſenſitiuo, neque in ſenſibus internis tunc eſſe poterat, dum per iuſtitiam ordinata eſſet voluntas) ideo externe adortus eſt mulierem. Porro de calliditate ſerpentis inter alia animalia Plinius, Epiphanius aduerſus hæreſes, & Hugo de Sancto Victore ſcribunt, quod & Gen. 49. in benedictione Dan adumbratur; & vulgo dicimus, *ſabe mas que las culebras.*

Hier. q. heb. in Gen. Theod. qu. in Gen. Diodorus. Plin. l. 8. c. 27. Epiph. aduer. hæreſ. hær. 37. Hugo de Sancto Vict. li. 3. de beſtiarum proprietatibus c. 53.

3 *Qui dixit ad mulierem.*] Diabolus intra corpus veri ſerpentis exiſtens, eius linguam mouens, verborum ſonos formabat, ſicut boni angeli miniſterio aſina Balaæ locuta eſt; ſed ipſum verum animal rationis expers verborum ſonos, qui ex illo ad mulierem fiebant, non intelligebat; cum nec homo, (in cuius corpus dæmon intrat, etiam ſi rationis compos, aliquando quæ dæmon per ipſum loquitur) intelligat. Porro Ioſephus 1. antiquitatum cap. 1. præſertim ſub finem, exiſtimauit, (quod & Baſilius viſus eſt innuere) ſerpentem à principio loquelam habuiſſe, ſed ob malitiam, qua erga Adamum vſus eſt, Deum illi vocem ademiſſe; cui alludere videtur, iuxta Euſebium, Plato, cum de Saturni Tempore eiusq; felicitate loquitur; & in Sympoſio. Sed congruentius Plinius, & Valerius Maximus inter prodigia & portenta referunt: Plinius eo anno, quo Tarquinius Superbus regno pulſus eſt, latraſſe ſerpentem: Valerius vero, beſtias immanes nonnumquam vocem edidiſſe, vt Serpens, quem Romani ab Epidauro Romam deportarunt: de quo Ouidius: quæ Lactantius & Cyrillus dæmonum eſſe præſtigias catholice affirmant. Rurſus S. Ephræm, teſte Moſe Barchepha putauit Serpentem illum verum fuiſſe animal; ad petitionem tamen dæmonis, Deum illi ad tempus intellectum & loquelam conceſſiſſe; at vero Cyrillus credit non fuiſſe verum animal, ſed eius ſpeciem tantum & ſimulacrum, ſub quo dæmon allocutus eſt mulierem. Sunt, qui & Serpentis ſpeciem viſibilem negant, ſed metaphorice dæmonem, ob eius calliditatem, ſic in ſcriptura nominatum: ſed hoc non eſt ſecundum mentem Patrũ, nec hiſtoriæ veritatem atque Eccleſiæ communem conſenſum; certiſſimumq; eſſe puto, ſicut dictum eſt, dæmonem veri ſerpentis inſtrumento vſum, in quo locutus eſt. ſic Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Damaſcenus, Theodoretus, Beda & Rupertus.

Albinus in Gen. S. Tho. 22. q. 164. ar. 4. Ioſeph. 1. ant. c. 1. Baſil. in ho. de paradiſo. Euſeb. l. 12. de prad. Euang. c. 9. Plato in Politic. Plato in Simpoſio. Plin. li. 8. c. 41 Valer. Max. lib. 1. Ouid. 15. Met. Cyrill. li. 3. cõtra Iulianum apoſtatam. Moſes lib. de paradiſo c. 27. Cyril. li. 3. cõtra Iulianũ. Baſil. in Gen. Chryſ. in Gẽ. Aug. li. 11. in Gen. c. 27. & 14. de ciu. Dei c. 11. Damaſc. l. 2. fi. ort. c. 10. Theod. q. 31. in Gen. Beda in 3. ca. Gen. Rupert. in 3. c. Gen.

4 *Cur præcepit.*] Sic & Septuaginta: cur dixit vobis Deus, Hebraica & Chaldaica variant; tamen ex illis deprehenditur, præceſſiſſe & alia ſerpentis verba ad mulierem, quaſi querulosa de Deo; quod ſcilicet multis illos priuauerit: quod ſatis probabile eſt: vnde R. Dauid iuxta Hebræum ſenſum eſſe dicit: Et multo magis miror, quod vos ai bore priuauerit.

5 *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi?*] Oratione ancipiti locutus eſt dæmon, qua & facultatem edendi ex omni arbore, vel edendi tantum ex aliqua, Deum ſubſtuliſſe intelligi poteſt; quod perpendens mulier, aperto ſermone legem poſitam referens ei, reſpondit; ſicque excuſari non poteſt obliti mandati, quod ſerpenti illius memor retulit, ſicut notauit Albinus.

Albi. in Gen.

6 *Cui reſpondit mulier.*] Non horruit ſerpentis aſpectum, quem ſibi nocere non poſſe ex Domini voce ſciebat, cum dixit: Et dominamini vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. ſic Chryſoſtomus, & Damaſcenus. Nec admiratur ſerpentis loquelam; etenim recenter creata non nouerat, quas virtutes Deus alijs animantibus contuliſſet: ſic Cyrillus: Non ex mentis deceptione, ſed neſcientia, quæ ex longo vſu & rerum experientia nunc ferè in nullo hominum eſt; fuit tamen in Heua, quam non adeo ſapientem, vt Adamum conſtituere oportet.

Chryſ. ho. 16. in Gen.
Damaſc. l. 2. de fid. ort. c. 10
Cyrill. l. 3. cōtra Iulianū.

7 *Et ne tangeremus illud.*] Non ex diſplicentia præcepti, cum nondum appetitus illius fructus ex dæmonis ſuggeſtione exarſerit, ſed per exaggerationem appoſuit, quaſi dicat: fructum illius arboris omnino interdixit; *No llegueis al fruto de aquel arbol, que en el punto que del comieredes, morireis*; vel quod eodem præcepto ſuſpicaretur, tactum, tāquam occaſionem, & eſum interdici.

8 *Ne forte moriamur.*] Dubitandi aduerbium, forte, ſcilicet appoſuit, ſuſpicata comminatorie dictum, ex miſericordia Dei forſan non implendum.

9 *Dixitq; ſerpens ad mulierem.*] Quæcumque hic dicta à ſerpente perhibentur, Diaboli intus exiſtentis verba eſſe intellige; vnde Patres hæc omnia dicta ſerpentis nota literata Δ, quæ dicitur *Diauolos*, ſignare conſueuerunt, qua ſententias prædicta nota inſignitas, de dæmone eſſe intelligendas, indicabant.

10 *Aperientur oculi veſtri.*] Quaſi inuidum Deum deſcribit, multis mendacijs confictis; & ſecundum metaphoram intelligendum eſt, ſcilicet de oculis animæ, ſiue de intellectu; quaſi dicat cognoſcetis, quod modo neſcitis.

11 *Et eritis ſicut dij.*] Sicut Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus aduertit, Dei nomen dæmonem in plurali declinaſſe, vt aliquid contra diuinæ eſſentiæ vnitatem euomeret; & eritis, inquit in plurali, ſicut cum Heua ſermonem faciens, ſemper vſus eſt plurali numero: quid præcepit vobis, vt non comederetis? & Rurſum: nequaquam morte moriemini; quaſi ad Heuam & virum ſermonem dirigens, vt ſic virū ſuum Heua induceret, quod in vtroque futurū, poſſe & fieri deſiderabat. Porro Hebræi, per Deos, angelos intelligunt, quod *Eloim* in ſcriptura aliquādo pro angelis ſumatur: quod autem Serapion Græcus ſcriptor docuit, Adam diuinitatem optaſſe, inopinabile eſt.

P. Damianus Epiſt. ad Firmianum Epiſc.
Serapion.

12 *Scientes bonum & malum.*] Nomine arboris, boni ſcilicet & mali, vſus eſt antiquus ſerpens, quo nomine quid importaretur, primi parentes neſciebant; quaſi aliquid magnum & excellens eis offerret, quod ſtatim mulier ſuſpicata eſt, quaſi quid diuinum, ſcire quid ſibi in omnibus expediat, abſque alterius inſtructione, quid ſibi etiam euenturum; & ad verba ſerpentis, vt Albinus dicit, cœpit propriæ excellentiæ amor in muliere inardeſcere. Porro vulgari phraſi, ſic dicimus *todo lo ſabe, bueno y malo, todo lo à viſto: bueno y malo*, itaque pro eodem ſumitur, *bueno y malo ſabe*, ac *todo lo ſabe*.

S. Tho. 22. q. 164. ar. 2.
Alb. q. in Gē.

13 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis.*] Conſiderauit arborē & fructum mulier, vt exploraret, vtrum aliquod ſignum mortiferi appareret, vt annotauit Albinus, & ex colore pulchro, aſpectuq; delectabili, bonum ad comedendum viſum eſt ei, nondum experta, in his quoque & ſimilibus indicijs decipi poſſe homines.

Alb. q. in Gē.

14 *Aſpectu delectabile.*] Hebræus legit: & ad intelligendum deſiderabile: vtrumque in verbis Hebraicis importatur, & externi aſpectus delectatio, & ratio effectus, ſcilicet intelligendi, per illius comeſtionem bonum & malum, quaſi aliquid excellēs deſiderabile: Vulgatus vnum expreſſit, & alterum ſubintellexit, cum hoc dæmonē ei propoſuiſſe dixerit, vt illum vehementius alliceret, quam ex decore fructus: quamuis & iuxta Hebræum, vbi dicitur: viſu delectabile, intelligi poteſt, quod oculos contemplantium ſe remoraretur.

15 *Et tulit de fructu illius.*] Seducta ſcilicet à ſerpente tot mendacijs & falſis pollicitationibus, quas veras ſuſpicata eſt.

16 *Et comedit.*] Et externi guſtus ſapore allecta, non vero damna interna ſentiēs, nec externa adhuc experta obtulit viro ſuo, vt comederet, ſaporem affirmans ſuauiſſimum, effectum futurum mirabilem.

17 *Et comedit.*] In Hebræo eſt dictio *Ima*, ideſt ſecum, quam addiderunt Septuaginta, & Vulgatus non expreſſit, quia ex dictis ſubintelligitur: at Chaldaica ſic tranſponit; Et comedit cum ea; omnia tamen in idem tendunt.

עמה

18 *Qui comedit.*] Iuxta Auguſtinum, & Methodium, ne delitias ſuas contriſtaret, & ſi id illicitum, vtpote contra Dei præceptum; ac proinde ſe morti obnoxiū ſciret: vnde nec ab alio ſeductus, ſuſpicabatur non exequendam ſententiam, ſed impetraturum veniam, iuxta illud Pauli ad Cor. Adam non fuit ſeductus. Cæterum S. Pauli verba expoſitione indigent, cum ex Patrum conſenſu conſtet, Adā deceptum & ſeductum fuiſſe: ita Irenæus, Ambroſius, Epiphanius, Cyrillus, Aug. Hilarius, Leo Papa, Proſper in calce libri aduerſus Caſſianum, & libro de vita contemplatiua: quare Patres varie Pauli verba interpretantur; Hieronymus, & Chryſoſt. dicunt non fuiſſe ſeductum à ſerpente, ſcilicet, ſicut Heua;

Aug. lib. 11. de Gen. ad lit. c. 42.
Method. li. de rebus mundi.
1. ad Tim. 2.
Iren li. 3. aduer. hæreſ. 35.
Ambroſ. li. de paradiſo c. 21 & lib. de Elia & ieiunio c. 4. & Luc. 10.
Epiph. hær. 38
Cyrill. l. 3. cōt. Iulianum.
Aug. in Pſ. 68 & 24. de ciu. c. 7. & 11. de Gē. ad lit. 34.
Hilar. can. 3. in Matt.
Leo ſerm. de Nat. Dom. & ſer. 3. & 4.

Theoph. in Epiſt. ad Cor. Aecumen. in Epiſt. ad Cor. Hugo de Sancto Victor. q. 16. in primam Epiſt. ad Tim. Ambroſ. de paradiſo c. 21. Chryſ. in 3. cap. Gen. Hier. cont. Iouinianum. Aug. 11. de Gen. ad lit. Epiph. in hær. Quintilianorum. Haymon in Epiſt. ad Cor. S. Th. in Epiſt. a. 1 Cor. Aug. 14. de ci. Dei c. 13. & 15. & 11. de Gen. ad lit. c. 30. & 42. & in dialogo 65. quæſtionũ q. 4. & in Pſ. 68. 70. 82. Chryſ. ho. 16. in Ge. & h. 11. ad po. Amb. & li. 1. de prouidentia. Greg. lib. 34. mor. c. 10. Dam. l. 2. c. 10. Bern. ſerm. 1. de aduentu. S. Tho. 2. 2. q. 103. ar. 1.

Theophilactus, vt Æcumenius in Paulum refert, quod & placet Hugoni de Sancto Victore, dicunt loquutum fuiſſe Paulum ſicut de Melchiſedech, quẽ ſine patre & matre fuiſſe ſcribit, quod in ſcriptura non ſint expreſſi, ita nec Adæ ſeductio expreſſa eſt in Geneſi, bene tamen Heuæ. Iam Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Auguſtinus, dicunt Adã non ita fuiſſe ſeductum, vt mulieri fieret in præuaricationem. Tandem Epiphanius, Haymon, & S. Th. non fuit, inquiunt, primo ſeductus Adam, ſed Eua, quæ poſtea Adamo ſeductionis auctor fuit. Modo, quamuis in hoc peccato plurimi motus interuenerint, ille tamen habet rationem primi peccati, in quo prius inordinatio fuit, qui non actus externus, ſed internus, & hic non mediorum, ſed finis appetitus fuit, nempe velle ſcire bonum & malum, tamquam quid excellens apprehenſum: licet enim rerum naturas Adam cognouerit, non tamen genuinam interpretationem ſciebat eius, quod eſt eſſe arborem boni & mali, & quaſi quid diuinum ſuſpicatus appetijt, vt propriam excellentiam; & ideo eius primum peccatum ſuperbia dicitur; ita Auguſtinus, Chryſoſtomus, Gregorius, Damaſcenus, Bernardus, & S. Tho.

19 *Et aperti ſunt oculi amborum.*] Non quod antea corporeo viſu carerent, quod Iudaica cæcitas falſo docuit, vt Philaſtrius in ſuo hæreſum Catalogo refert; cum pomum pulchrum oculis vidiſſe facer textus affirmet; ſed quia inſurgentes inordinatos motus in corpore, quos antea non viderant, ſunt experti, & adinuicem denuo concupiſcentia exarſit, ideo aperti dicuntur oculi, quia ſic intuebantur libidinoſos motus ſub ratione turpis, vt erubeſcerent, & hoc in pœnam peccati & inobedientiæ, & non ſolum quia diuinam excellentiam ſic exiſtimatam appeterent, vt Philoxenus voluit: fuit igitur metaphorica locutio de oculorum apertione. *Philoxenus.*

20 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos.*] Iam poſt inſurgentes libidinis motus, ob quos erubeſcebant; licet enim iam antea corpoream nuditatem eſſent intuiti, indumentis egere non iudicabant, quibus nihil turpe videbatur.

21 *Conſuerunt folia ficus.*] Cuius arboris folia lata & protenſa videbant & ad manum aderant; præſertim ſi, vt quidam putarunt, & viri grauiſſimi, vt vidimus, ficus ipſa arbor erat boni & mali; quod non adeo veriſimile apparet, cum nec eius fructus aſpectu videatur delectabilis, nec pulcher oculis: folia igitur ficus, vtcumque vepribus, vel ſimili conſuerunt.

22 *Et fecerunt ſibi perizomata.*] Nomen Græcam eſt à *Perizomnio*, quod eſt circumcingere, *cẽnyir al derredor*, Hiſpane *bragas ò cobertura de las verguenças*, vt ſaltem erubeſcentia membra tegerent. *περιζωννύω.*

---

c d f g l n

c Adam ſ. & Eu. d .i. admodum humana vocis. f qui ſecundum ſimilitudinem creatam apparuit. g quia vel deambulantem ſentiebant, vel ſaltem ſtrepitum deambulantis hominis. l .i. ex qua parte aura fuit, & tempore quo flat. n eo. ſ. quo principes ſolent, vt flantis auræ refrigerio potiantur.

a b c d e f g h i k l m n

Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem,

---

a g h k l m n

a cum animi perturbatione. g h .i. à conſpectu Dei, ſecundum quod in ſimilitudine creta apparuit. k quem nihil latere ſciebant. n .i. inter ligna ſ. arbores.

a b c d e f g h i k l m n o p q

abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. Vocauitq; Dominus

---

d e f g q

d e prouocans ad peccati cognitionem, & vt conuenientius ex Adæ reſponſione, quam nouerat, increpet eius peccatum. f g interrogat ac ſi illud neſciret, quia talem ſe exterius præbet, qualis à nobis imaginatur. q .i. veritus ſum.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui,

---

b c d e f g k l m p q r

b c d quia licet verenda haberet cooperta, non tamen alia, quæ etiam erubeſcebat ſic apparire ante venerabilem conſpectum. e f g ſ. à tuo conſpectu ſecundum ſimilitudinem, qua. ſ. apparebat, vtpote venerabili. k l m .i. quis te cognoſcere fecit & aduertere. p q ſ. ſub ratione turpis, ita vt erubeſceres. r damna ipſa, quæ incurriſti eo quod, &c.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

eo quod nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi

---

b c k l m

b c .i. arboris fructu. k ſ. & amiſiſti innocentiam, ex quo inſurrexerunt motus, ob quos ſub ratione turpis vides nunc nuditatem. l m excuſando ſe & in cumulum peccati, quaſi illud in Deum retorquens.

a b c d e f g h i k l m

quod ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti? Dixitque Adam:

---

h i

.i. de fructu arboris.

a b c d e f g h i k l

Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

---

haec à

b. c *increpando, & ad peccati cognitionem incitando.* — k l *excuſando ſe.*

Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me,

c d e f *.ſ. increpans dæmonem, ſumpta metaphora ab ijs, quæ naturaliter in ſerpente vero animali, quod intrauit, accidunt.* — g h *.i. dæmonem in ſerpente exiſtentem.* — i k l *.ſ. referam in pœnam, vt ſuperbo, quæ tibi contingent, & in pœnam huius facti.* — m n *.i. abominabilis & horribilis, ſicut ſerpens animal.* — o p *.i. præ omnibus.*

& comedi. Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia

a *quæ ſtatum, in quo condita, non amiſerunt, ſicut tu.* — c *.i. feras:* — f *vbi fraudes & doli, ij erũt greſſus tui, & cedent in pœnam tibi.* — h *ſicut & ſerpens animal verum, corporaliter graditur.* — i k l *.i. ſicut ſerpens animal verum, terra materiali veſcitur, ita tu prauis actionibus, & culpis hominum, quæ, vt terra, inutilia ſunt ad cibum creaturæ intellectuali.*

animantia, & beſtias terræ: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes

a b c d *.i. vſque ad diem iudicij, quouſque viues vt ſerpens, ſerpendo & tentando homines.* — e f *.i. ſicut erant inter hominẽ & ſerpentẽ verum animal, ita inter te, ô dæmon, & ipſos ponam.* — f *vt non ſit deinde familiaris acceſſus ad illam, ſicut nunc.* — h *.ſ. dæmonem.* — k *indiuiduum pro ſpecie .i. mulieres.* — m n *.i. dæmones alios, natura & malitia quaſi eiuſdem ſeminis.*

cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum

a b c *.i. filios mulierum.* — d *.i. illa, & maxime Beata Virgo.* — e f g *qui eſt proprius modus occidendi ſerpentem animal verum, ſic principium tuæ ſuggeſtionis reprimente, & Beata Virgo per filium principatum tuum.* — i k l *homines mordendo, & commouendo partem ſenſitiuam, quæ eſt veluti calcaneus, ſed Mariam & Chriſtum inſidiando tantum per externam tentationem.* — l *ſicut ſerpẽs animal verum, cũ non poſſit eleuari, inſidiatur tantũ calcaneo.*

& ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

a *ſibi & filiabus ſequentes pœnas prænuntiat.* — c *quæ .ſ. in pœnam peccati ſibi futura erant.* — d *.ſ. tibi & poſteris tuis.* — e *quæ communes ſunt etiam virginibus.* — f g h *qui erunt cum tædijs; quo fit, vt multiplicatis conceptibus multiplicentur & tædia, & quantum ad hoc eſt pœna peccati.* — h *antea maturitas partus ſine dolore relaxabat viſcera, & ita partus fuiſſet ſine dolore.* — m *tu & filiæ tuæ.*

Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios,

a b c d e *quatenus ex paſſionibus per peccatum manantibus onerosa & grauis apparet. hæc ſubiectio pœna eſt peccati, antea ſuauis fuiſſet, quia prudenter dirigeret, & in muliere non fuiſſent paſſiones impatientiæ.* — g h i *ſecundum directionem non ita prudenter, ſed limites aliquando tranſgredietur debitos ex ſua culpa.* — m *quæ .ſ. in pœnam peccati ſibi futura & poſteris ſuis,* — o *.i. obediſti ſiue annuiſti dictis.*

& ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ vero dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ,

d *.i. fructu arboris.* — l m *.i. punieris in terra ſterilitate.* — o p *.i. propter opus peccati tui.* — q r *antea ſine labore daret fructus ſuis temporibus, modo non ſine labore.*

& comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus

h *antea in cibum produxiſſet aliquibus animantibus.* — l m *.ſ. nunc, tibi .i. vt cedant tibi in laborem & damnum, quod antea non ſic.* — p *antea fructus arboris, nunc communis erit cibus etiam tibi cum beſtijs.*

comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.

a b qui eſt ex labore. c d qui .ſ. eſt laboris indicium. e f ſ. vel colendo agros, vel gubernando, vel quid ſimile labores patiendo. g ſ. poſt mortem. i k per reſolutionem & corruptionem. l m in ſpecie .ſ. quia de terra factus eſt homo. n o ſ. in principio creationis primi hominis.

a b c d e f g h i k l m n o

In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es:

b c à materiali denominat, quia ex puluere. c f g per mortem, quam antea non experiretur, quæ licet naturalis, penſatis principijs ſuæ naturæ, eſt tamen pœna, quia in pœnam remota ſunt prohibentia mortem. o per ironiam vſus eſt Adam hoc nomine, vide in ſcholijs quomodo.

a b c d e f g h i k l m n o

quia puluis es, & in puluerem reuerteris: Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua,

f hac vita mortali, quæ plena eſt anxietatibus.

a b c d e f

eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.

S C H O L I A.

23 *Et cum audiſſet vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo.*] Locutio hæc & deambulatio Dei non ſunt myſtice tantum intelligenda, vel in forma deitatis, ſed ſenſibiliter, ſecundum aliquam ſimilitudinem creatam, in qua apparuit, vel humana viſibili, vel ita, vt viderent quandam mirabilem refulgentiam, vel quid ſimile: & licet ibi non viderent effigiem humanam, audirent tamen vocem inde prorumpentem, & ſtrepitum, quaſi humanæ deambulationis. Porro genitiuum illum, deambulantis, ſunt qui referant ad Adam & Euam, licet ſit in ſingulari; eſt enim quandoque in Hebræorum vſu, actionem aliquam multorum in ſingulari apponere, maxime quando circa illam eximia eſt illorum vnitas: alij illam referunt ad Deum; ſed *Antropopatos*, quale eſt illud Leuit. 26. Ambulabo inter vos, pro aſſidua inter illos præſentia. ſunt & qui ad vocem referant, metaphorice intelligentes, vocem ſonando vagari in paradiſo, qua metaphora vſus eſt Hierem. cap. 46. Vox eius ſicut ſerpens ambulabit. id eſt, euagata circumquaque ſonabit. Cæterum ſuauior eſt ſenſus, quem prædiximus de Deo in ſenſibili ſpecie.

[Margin: ἀντρωποπαθῶς.]

24 *Vocem Domini.*] Quidam illam intelligunt, cum dixit: Adam vbi es? ſed certe ad hanc vocem non abdidit ſe in nemus, ſed magis ante Dei conſpectum venit: vocis igitur nomine, terrificum quendam ſonitum ac fragorem intelligo, quo formidabilem ſe illi aduenientem repræſentauit; ingentes quippe ſonos quandoq. ſcriptura voces appellat, vt vocem cataractarum & tonitrui & tubæ. Pſal. 41. & 76. & in Apocal. ſæpe. Porro Ioſephus, Adamum antea familiariter cum Deo colloqui ſolitum affirmat.

[Margin: Ioſeph. 1. Ant. c. 2.]

25 *Ad auram poſt meridiem.*] Aura, & locum & tempus deſignat; inde enim audita eſt vox, vnde aura fluere ſolet, inter auſtrum ſcilicet & occidentem, & tempus quo ventus ille perflare ſolet, qui hora decima, vt Hebræi affirmant, ibi incipit, & durat etiam poſt tranſactum meridianum calorem; & ita ſubiungitur in textu: poſt meridiem, quo tempore perambulare ſolent principes, ad refrigerium ſpirantis auræ: in Hebræo eſt. *Leruba haiam* Hebræi ad auram diei; Symmachus: per ſpiritum diei; Theodotion melius, vt inquit ſanctus Hieronymus: meridiano calore tranſacto: ſunt & qui dicũt non fuiſſe auram, ſed magis periphraſim eſſe temporis pomeridiani, ſeu veſpertini, quando audita eſt vox: vnde paraphraſis Chaldaica habet: ad quietem diei, quando ſcilicet æſtus incipit quieſcere & aſpirare Zephyrus.

[Margin: לרוחהיום. — Hier. q. Heb. in Gen.]

26 *Abſcondit ſe Adam & vxor eius.*] Licet ſcirent Deum nihil latere, ſed præ verecundia peccati & nuditatis, vt inquit Irenæus, ex quadam animi perturbatione neſcientes quid agerent: vt aduertit Auguſtinus, apparere coram Deo, in illa maieſtatis ſimilitudine, erubeſcebant; & ideo ſe abſcondebant; & hæc inſipientia quædam fuit, ex peccato orta, vt Albinus notauit, quaſi ab eo, qui vbique eſt & quem nihil latet, ſaltem in illa ſimilitudine apparente, abſcondi poſſent.

[Margin: Iren. l. 3. cont. Hæres c. 37. — Auguſt. 11. in Gen. ad lit. c. 33. — Albinus in Gen:]

27 *In medio paradiſi*] Hebraiſmus eſt per Synecdochen, id eſt in ea parte nemoris, quæ denſiſſima eſt propter arbores; in medias ergo arbores, denſaq; paradiſi nemora ſe intulerunt.

28 *Vbi es.*] Talem ſe Deus exterius hominibus præbet, qualis in eorum mentibus figuratur. abſcõdit ſe Adam, quaſi Deum latere poſſet, vbi eſſet, ſic & Deus interrogat: vbi es? ac ſi etiam Adamo non reſpondente neſciret; ſicq; Adamum percontatur, vt ex eius reſponſione, quam nouerat, conuenientius ipſum increpet, & ad peccati cognitionem & pœnitentiam prouocet.

29 *Timui, eo quod nudus eſſem.*] Timor hic erubeſcentia eſt, qua etſi verecunda haberet cooperta, ſub ratione tamen turpis & indecẽtis ſibi viſum eſt, multis alijs corporis partibus detectis, ante venerabilem conſpectum apparere.

30 *Quis*

30 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes*,] id eſt, vnde euenire putas, vt nuditatem, quam antea non verebaris, nunc erubeſcas, eam intuens ſub ratione turpis.

31 *Niſi quod de ligno &c.*] ideſt, contra præceptum iniunctum, ne ſcilicet comederes de ligno boni & mali, comedendo peccaſti, ex quo, deperdito innocentiæ dono, cœperunt in corpore libidinis motus inſurgere, quos antea non eras expertus, ob quos tibi nuditas turpis denuo viſa eſt.

32 *Mulier quam dediſti mihi*.] Ad peccati cumulum non humiliter reſpondet, ſed quaſi in Deum culpam retorquens, qui ſibi illam in ſociam dederat, ſe excuſat. Cæterum id Adamum feciſſe, ne vxorem contriſtaret, quam diligebat, nõ dubium eſt diminuere grauitatem peccati quodammodo; quæcũque enim reddunt obiectum magis conueniens & appetibile, licet augeant voluntarium, diminuunt tamen de ratione liberi & per conſequens grauitatem peccati.

S. Th. 12.

34 *Serpens decepit me, & comedi.*] Etiam ſe excuſat, cum humiliter peccatum confiteri oportuiſſet; verum, licet grauius fuerit peccatũ Æuæ, quam viri, ex hac tamen parte, qua decepta fuit, diminuitur peccati eius grauitas.

S. Thom. 12. S. Tho. 12.

35 *Et ait Dominus ad ſerpentem*.] Moyſes verba Domini, quæ ſequuntur, quaſi ad ſerpentem verũ animal hebeti populo ſcribens, directa deſcribit; quæ, vt litera ſonat, in ipſo vera experiuntur; quorũ quædam, etiam nõ exiſtente peccato, euenissent, vtpote à natura, vt gradi ſuper pectus; ita Thedoretus; & terram comedere; & nõ ſe erigere in altum, vt inſidiari tantum calcaneo poſſet; & poſſe mulierem conterere caput eius; alia vero poſt peccatum, vt quòd maledictus ſit ſerpens, id eſt præ cæteris animantibus horribilis & abominabilis; quod ſint inimicitiæ inter ipſum & mulierem & homines, quia illis eſt infeſtus, & quibus nocere poteſt, & quod de facto calcaneo inſidietur; quæ nõ in pœnam colubri contingũt, qui non deliquerat, ſed in pœnam peccati primorum parentum, quos cum antea lædere non poſſet, illis horribilis non erat, nec calcaneum obſeruaret, nec inimicitiæ cum ipſo forẽt, nec ideo caput eius contererent, quorum calcaneo nõ inſidiaretur; quæ omnia nunc in pœnam hominum cedunt, & ex illorum culpa manarunt. Cæterum, in ſenſu literali, ſumpta metaphora ab ijs, quæ in vero colubro inueniuntur, hæc omnia dicta in dæmonem diriguntur, quaſi dicat Dominus, quia tu dæmon inducendi homines ad peccatum primus auctor extitiſti, in pœnam huius, quæ tibi in ignominiam & damnum cedent, referam; ſimilitudine ſumpta ab ijs, quæ in ſerpente, quo vſus es vt inſtrumento, contingunt. Porro Moſes Bar-chepha, ſecutus mentem Ephræm & aliorũ verba prædicta dicit pertinere ad ſerpentẽ verũ animal, in exaggerationẽ peccati, licet ſerpens non peccauerit; quem ſenſum ſequuntur Didimus Hieronymi præceptor, & Epiphanius & multi alij; ſicut, inquiunt, & terræ etiam maledixit, Deus licet Ephræm & Didimus, quæ iuxta Ioſephum tenent de varia ſerpentis diſpoſitione ante & poſt peccatum, à viris doctis nullo modo probentur. Auguſtinus vero, Beda & Hugo de Sancto Victore ad Diabolum, ſub ſerpentis nomine, verba tantum feciſſe

Thead. q. 34. in Gen.

Moſes lib. de paradiſo.

Epiph. lib. 1. contra har. Aug. 2. de Gen. cont. Manich. c. 17. & 18. & 11. de Gen. ad lit. c. 36. Beda in Gen. Hugo de Sancto Victor. in hac verba.

ſcribunt. Sunt qui contendant, in ſenſu litterali locutum fuiſſe ad ſerpentem verum animal; ſed in ſenſu myſtico, licet præcipuo, ad dæmonem. Ego tamen puto locutum fuiſſe de dæmone in ſenſu literali, metaphora ſumpta ab ijs, quæ in ſerpente vero animali contingunt, ſicut diximus.

36 *Maledictus eris inter omnia animantia terræ*,] id eſt, ſicut naturalis coluber horribilis & abominabilis erit inter beſtias terræ, tibi ò dæmon mala homines imprecabuntur, & abominabilis eris hominibus, præ cunctis beſtijs terræ, quæ ab indita perfectione, in qua condita ſunt, non receſſerunt, ſicut tu, qui per peccatum, collatam dignitatem, & infuſa gratuita dona, & futuram, ſi in bono permaneres, beatitudinem amiſiſti, cui, vt ſuperbo hæc illi vilia referre, grauis pœna eſt.

37 *Super pectus tuum gradieris*.] In Hebræo *Gachon*, quam vocem aliqui ſequẽtes Chaldæum paraphraſtem, vertunt ventrem; Septuaginta addiderunt etiam ventrem; ſed ſanctus Hieronymus, ſicut & Vulgatus, legit: ſuper pectus; ſicut & Leuit. 11. vbi eadem vox apponitur, legimus: quidquid ſuper pectus, &c. In pectore ſiquidem, inquit ſanctus Hieronymus, ſunt fraudes & doli, & ſuper pectus ambulare, moleſtum ei, qui graditur, eſſe videtur. Erit igitur ſenſus, ſicut naturalis coluber ſuper pectus graditur, ita & greſſus tui, ò dæmon, caliditas & verſutiæ, doli erunt & fraudes; & tibi in pœnam cedent: ſiquidem, cum homines lædit, pœna dæmoni acreſcit, & hac de cauſa & moleſtia: ex tua tamen malitia hi erunt greſſus tui, ijs innitendo, quaſi ſuper pectus tuum reptando. נחן

Hier. q. heb. in Gen.

38 *Terram comedes*.] Septuaginta *Gyn*, id eſt terram, Chaldaica puluerem, in Hebræo *Aaphar*, ideſt terram, fauillam vel pulnerem; quæ ſcilicet ad cibum inepta nobilibus animantibus ſunt; ſic & tu ò dæmon prauis actionibus & culpis hominum, ob quæ ipſi terra dicentur; & quæ inepta videntur ad intellectualis animi cibum, ijs veſceris. עפר

39 *Cunctis diebus vitæ tuæ*.] His ſcilicet diebus, quibus vt ſerpens viues, ſerpendo ſcilicet homines, eosq; ad peccandum inducendo vſque ad diẽ Iudicij; nam poſtea iam non amplius tentabit, & ſic deinceps non viuet vt ſerpens.

40 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem*] ſerpentes veros horrẽt homines & mulieres, quia animal noxium, & quos necare poſſunt, viuere nõ permittunt, neque in eodem loco commorari cum ipſis, velut cum inimicis. Erit itaque ſenſus: ſicut inimicitiæ erunt inter iſtum colubrum & homines ac mulieres, ita non erit tibi, ò dæmon, deinceps familiaris acceſſus ad mulierem, nec ad eius filios; ſed te & ſemen tuum, id eſt, alios dæmones eiuſdem naturæ & malitiæ, quaſi eiuſdem ſeminis, & vos, homines ipſos, vt inimicos perſequemini; & illi ſimiliter, vt ſibi infeſtos, vos abominabuntur, & ſpirituale contra vos, vt inimicos, bellum gerent.

41 *Ipſa conteret caput tuum*] Hebraica vox *Hu* ipſum & ipſa ſignificat; vnde Chaldaica tranſlatio habet, ipſum; ſicq; dicendum putarunt Sybilla libro 3. Oraculorum, Irenæus lib. 3. Hieronymus, הוא

Sybilla lib. 3. orac. Iren. li. 3. c. 38. Hier. q. Hebr.

Leo ſerm.2.de nat. Domini. Theoph. li.2. ad Autolicũ. Anaſtaſ. 11. Hexameron.

Leo Papa, Theophilus, Anaſtaſius Synaita; at Vulgatus vertit, ipſa, referens ad ſexum femineum, ſicque legendum eſt: & quomodo interpretandum, vide infra Scholio 43. huius capitis.

42 *Ipſa conteret caput tuum.*] Serpens animal, etſi medius ſcindatur, nec continuo moritur, & nocere adhuc poteſt, vnde conterẽdo eius caput, mortem ei inferre conſueuerunt. Erit igitur ſenſus, quaſi dicat Dominus, ita tibi ò dæmon continget, vt hominum conatus ſit, caput tuum, id eſt, principium ſuggeſtionis reprimere, nec ei conſentire, hoc eſt, per tropum, eius contererc caput; Latine ſiquidem & Græce caput pro exordio, ſiue initio ſæpe ſumitur, vt Plato: caput eruditionis cenſemus rectã educationem; & Terentius: te eſſe huic rei caput: ſic Auguſtinus; & per Synecdochen loquitur Dominus de ſanctis, qui ſunt potior pars ſeminis ſiue filiorũ, qui ab Eua deſcendunt.

Plato. Terent. in Adelph. Aug. in Pſal. 48. & 103.

תשופנו

43 *Et tu inſidiaberis calcaneo eius.*] In Hebræo *Theſuphenu*, id eſt inſidiaberis, neque vnquam ſignificat ſufflabis, vt aliqui putant. Iam, cum eleuari nequeat ſerpens verum animal, calcaneo inſidiatur: licet enim calcaneum cupiditatum Hieroglyphycũ fuerit, vt in Græcorum fabulis de Achille legimus, propterea quod puer ſtygijs aquis eſſet immerſus, nulla in parte vulnerari potuiſſe, præterquam in pedibus, qui merſi non fuerant, vt indicarent eum fortem fuiſſe, niſi affectibus vinceretur proprijs: tamen hoc loco, iuxta Philonem (nec diſcrepat à priori ſenſu) inferiorem ſiue ſenſitiuam partem importat, quæ non ſolum concupiſcibilis, ſed & iraſcibilis ſedes eſt; vt ſit ſenſus: ſic tu ò dæmon non poteris damnum hominibus inferre immediate in ſuperiori partæ animæ, ſed tantum poteſtas tibi dabitur circa partem ſenſitiuam, quæ per tropum calcaneum dicitur, vt illam commouendo & concitando, veluti calcaneo inſidieris: nec tibi quæcumque facere voles contra homines, quæ vtcumque in honorem tuum cederent, permittam, etiam in pœnam huius ſuggeſtionis. Cæterum quoniam de ijs, quæ vſque ad diem iudicij inter dæmones & homines futura erant, loquebatur Dominus in hac dæmonis increpatione, etiam in ſenſu literali intelligi debent hæc verba, ſicut de alijs ſanctis, ita & de Chriſto Domino, vtpote ſemine illo promiſſo, vt Serapion explicat, quod non ex viro, ſed muliere ſemen ſiue filius eſt: ita & Leo Papa; & etiam de Beata Virgine. inter quos & dæmones maiores fuerunt inimicitiæ: quos neque in illo calcaneo, ſcilicet in parte ſenſitiua interiori tentare potuit, quod in alijs ſanctis hominibus ei permiſſum fuit; ſed externa tantum tentatione, quaſi calcaneo inſidiando, non mordendo, neque partem ſenſitiuam internam commouendo, iraſcibilem nec concupiſcibilem. & quia timebat Beatam Virginem eſſe illam, de qua Dominus prædixerat, quod potiori modo caput eius contereret, non intelligens id facturam eſſe per vnigenitum filium ſuum, Chriſto Domino plures externe inſidias paraſſe legimus, quam Beatæ Virgini, illam timens ex Domini verbo, cuius caput per filium ſuum Beata Virgo potiori & efficaciori modo contriuit, delendo quod contra nos erat chyrographum decreti, eiuſque principatum conterendo: quod factum eſt per ſemen illud promiſſum, Chriſtum ſcilicet Ieſum.

Serapion. Leo Papa.

44 *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos*] Ærumnæ omnes ſunt propter peccatum: nullæ enim antea fuiſſent; & iſtæ communes ſunt virginibus; conceptus vero, etſi naturales ſint, & quantum ad prolem, ſint bonum naturæ; cæterum, quia ſecum ferunt tædia & labores, conceptuum multiplicatio pœna peccati deſcribitur, inquantum ſcilicet & dolores & tædia multiplicantur. Quare forſan Hebraica phraſi dictum eſt: ærũnas & conceptus tuos, id eſt, ærumnas cõceptuum: vnde & Septuaginta, vt ſenſum iſtum indicarent, omiſerunt vocem conceptus, & legunt: Multiplicabo triſtitias & gemitum tuum. Porro in Hebræo eſt *Harbah Arbe*, id eſt multiplicans multiplicabo; & ſic habet Chaldaica; frequenter enim in ſacris literis per Epiſtaſim eædem dictiones geminantur, vt amplius loquentis vehementia ſignificetur, vel eorum quæ dicuntur copia, vt Pſ. 93. Expectans expectaui, id eſt valde expectaui. & Actorum 5. præcipiendo præcepimus, id eſt diſtricte præcepimus; ſic hoc loco, id eſt frequenter multiplicabo.

S. Tho. 22. qu. 164. art. 2. in corp.

חרבה
ארבה

45 *In dolore paries filios tuos.*] Et hoc etiam eſt pœna peccati; nam, ſicut Auguſtinus docet, in ſtatu innocentiæ ad pariendum, non doloris gemitus, ſicut nunc, cum ex virili ſemine conceptio eſt, ſed maturitatis impulſus feminea viſcera relaxaret; ac proinde ſine dolore parerent.

Aug. 14. de ciu. Dei. c. 2.

46 *Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui.*] Licet in ſtatu innocentiæ, quantũ ad regimen, ſubiecta fuiſſet mulier viro ſuo, ex peccato tamẽ euenit, vt homo non ita ſuauiter & prudenter hoc regimen exerceat, varijſq; modis mulierem quandoque affligat, propter quæ etiam in ipſa inſurgentibus paſſionibus, laborioſa ei hæc ſubiectio videatur, & quod viro, cum quo hæc ei accidere poſſint, ſubiecta ſit, hæc eſt pœna peccati.

47 *Quia audiſti vocem vxoris tuæ.*] Hebraiſmus eſt frequentiſſimus, audiſti, pro obediſti, vt ſit ſenſus; quia precibus vxoris annuiſti, ex ligno vetito comedens, vocem eius precepto meo præferens.

48 *Maledicta terra.*] Sicut benedicere Dei eſt benefacere, ita & maledicere eſt punire & malum inferre; modo non quaſi terram puniens maledicit, ſed quaſi in ipſa hominem puniens.

48 *In opere tuo.*] Non ruris colendi, vt aduertit Hieronymus; ſicut plerique putant, ſed peccati opere, *por lo que hiſiſte*. vnde in Hebræo habetur, & Aquila non diſcordat: maledicta humus propter te; ſic & Chaldaica, quæ vetuſtiſſima eſt, & Theodotion: maledicta adama in tranſgreſſione tua: ſiquidem ante peccatum dediſſet ſine humano labore fructum temporibus ſuis; poſt peccatum vero nec quem expectare poſſet homo iuxta laborem impenſum, reddit fructum. Porro non inficior, aliquos contendiſſe, ſcribentium incuria *Dalet* in Hebræo, loco *Reſch* poſitum: & ſic legendum *Baabudecha* ſicq; ſermonẽ eſſe, non de opere præterito, ſed futuro, id eſt, colas eam. Præſtat tamen Hieronymi mens, iuxta noſtram emendatam lectionem, immo etiam Aquilæ & Theodotionis & Chaldæi verſiones.

Hier. q. Hebr. in Gen.

ד
ר
בעברך

50 *In labore comedes ex ea*] fructus enim, quos homo de terra colligit, non ſunt abſque labore cultus, vel alicuius ſimilis.

קוץ
קוץ
קוץ
קוץ
דרדר

51 *Spinas & tribulos germinabit tibi.*] In Hebræo *Cos*, id eſt, ſpina, à *Cus*, quod eſt, anguſtijs affici, æſtuare, expergiſci: dicitur ergo *Cos*, quod in æſtate exſiccetur, & pungat, & affligat, & expergefaciat quos pungit. Rabbi Abraham, *Cos*, dicit eſſe ſpinam maiorem, *Dadar* vero, ſpinam minorem, & naſci inter ſegetes; & in Libro Bereſith, Rabba, exponitur cardus: Beatus Hieronymus, ſicut noſter Vulgatus, vertit tribulum, quod quaſi idem eſt. Certe nominum propriorum ſignificatio & eorum notitia perijt apud Iudæos.

Rabanus. Ionas Aurel. l. 1. de cultu imaginum. Alch. in Gen. Aug. 3. ſuper Gen. c. 18.

52 *Spinas & tribulos germinabit*] Vt Rabanus & Ionas Aurelienſis Epiſcopus teſtantur, etiam ſi peccatum non foret, terra ſpinas & tribulos produxiſſet in cibum animalium: etſi Alchuinus non ita cenſeat, per eorum tamen exortum, vt Auguſtinus docet, nullus labor, aut punitio homini in terra operanti eſſet, quod poſtea in peccati pœnam accidit.

53 *Et comedes herbas terræ*] Quæ licet oblatæ eſſent à Deo homini cum lignis & fructibus, hoc tamen intelligendum eſt, vt diximus ſupra, proportionabiliter iuxta cuiuſque naturam, fructus ſcilicet ad hominum cibum, herbæ in beſtiarum paſtum: vnde in textu dicitur: vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, &c. vnde cum de ſolis hominibus ſermonem Dominus fecit ſupra cap. 2. Ex omni ligno, inquit, paradiſi comede, de herbis mentionem non fecit. & in hoc cap. ſupra: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo veſcimur, dixit mulier ſerpenti; at poſt peccatum communis cibus ipſis & beſtijs agri offertur, ſcilicet herbæ.

זעת
יזע
זוע

54 *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.*] In Hebræo *Zebath* incertæ ſignificationis eſt; putant radicem nominis eſſe *Iazah*, quod eſt ſudare, ſi radix ſit, vt quidam volunt, *Zuah*, commotionem importat; cum enim quis laborat, in eo ſpirituum internorum fit magna commotio. Ante peccatum igitur hilariter in exercitium naturalium virium, terram homines coluiſſent; nunc vero in pœnam peccati, magno cum labore, vt pane ſuo veſcantur; nam ſudor non eſt, niſi in labore nimio. experiuntur hoc agricolæ. Panis igitur non eſt ſine humano ſudore; & hoc ſufficit ad veritatem textus: non enim pœnam omnem peccati in omnibus parem eſſe oportet, quæ quandoque non ſolum in pœnam illius peccati, ſed aliorum, interdum vero in meritum cedunt, & vnuſquiſque ſuo modo eas experitur: Agricola deſudat in colendis agris, Rex in regni gubernatione, vt ſic panem ſuum comedat; panis ſiquidem Hebraiſmo, victus hominis intelligitur.

55 *Vultus tui*] In facie ſudor deſcribitur, quæ pars ad ſudandum facilis eſt, ex humiditate cerebri; quia hic eſt in facie ſudor, qui ab alijs cernitur, indicium laboris.

56 *Donec reuertaris*] Si non peccaſſet, numquã talis reſolutio facta eſſet, quia viuum hominem Deus in æternam vitam tranſtuliſſet; interim per comeſtionem ligni vitæ iteratis vicibus vixiſſet, quouſque in cælum fuiſſet tranſlatus.

57 *Quia puluis es*] Id eſt, factus de terra, ſeu puluere; eo locutionis modo, quo res effecta materiali ſolet nomine appellari: ſic Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo Tritemius in ſuo catalogo de Eccleſiaſticis Scriptoribus. *Lanfranch. l. de Euch. Sac.*

58 *Et in puluerem reuerteris.*] Non tantum quod celeriter mors & ſenectus aduenient, quaſi ſine peccato eſſet etiam homo moriturus poſt longam vitam, vt Ioſephus & Auguſtinus Chiſani Epiſcopus putarunt, quod eſt contra Africani Concilij decreta, & Auguſtinum, qui oppoſitum aſſerit, tamquam de fide Catholica. *Ioſeph. 1. antiq. Iud. Auguſt. Chiſ. Cõc. Afr. c. 76 Aug. 13. de ci. Dei, c. 15.*

59 *Et in puluerem reuerteris*] Etſi homini hoc naturale ſit, eius naturæ principijs penſatis, in ſtatu innocentiæ ea Deus homini remedia contulit, quibus mortem non videret; his tamen per peccatum ablatis, per mortem in puluerem eſt reducendus. Mors igitur, quæ naturalis homini foret, ſi in puris naturalibus conſtitutus fuiſſet, pœna eſt ei poſt peccatum, remouente Deo in pœnam, id, quod mortem prohibebat, ſicut electo in Regem, ſi ob crimina regno priuetur, pœna eſt ei, Regem non eſſe; quod ante electionem pœna non erat.

60 *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Heua.*] Corrupte à nobis Heuæ nomen profertur, ſicut & pleraque alia nomina Hebraica; In Hebræo eſt *Chaua*, a *Chaia*, quod eſt, eſſe, & viuere, quia mater omnium viuentium: quo nomine viſus eſt Adam ironice vti, per antiphraſim etiam loquens, rem ſecus intelligendo, quam ſonat; ſicut cum nigrum album dicimus; ſiquidem Eua initium fuit peccati, cuius demeritis ipſa & Adam, & poſteri infecti illo, immortali vita priuari merebantur, & in præſenti ſeculo vita peritura, & tot ærumnis obnoxia viuunt, vt potius mors dicenda foret.

חוה
חיה

61 *Eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.*] Hæc verba non fuerunt Adæ, ſed Moyſis, rationem etymologiæ nominis Euæ aſſignantis, quare ſatis probabile puto, citra ironiam ſic dictam, quod mater omnium viuentium rationis participum, ſit: hoc enim prædictis verbis viſus eſt inſinuare Moyſes: non tamen priorem expoſitionem excludo; potuit enim Adamus vtrumque inſinuare voluiſſe, & omnium viuentium matrem eſſe, ſed viuentium tali vita, quæ potius mors dici deberet ob peccatum, cuius initium Eua fuit reſpectu Adæ. Porro, eſſet, id eſt, futura eſſet. Iam Heua, cum, h, ſerpentem ſignificare affirmant Clemens Alexandrinus, Epiphanius, & Gregorius Giraldus, quam nos dicimus, *Vinora*, eo quod fœmina ſit, quæ viuam rem edat & pariat eiuſdem ſpeciei; Mas ſiquidem nihil à ſe viuum tribuit, ſed ſemen tantum; de quo Ariſtoteles mire philoſophatur. *Clem. in Protreptico. Epiph. l. 3. contra har. Giral. Synt. 8. Ariſt. l. 1. de hiſt. anim. c. 6 & l. 3. c. 1. & c. 5. c. 34. & l. 4. de part. c. 1.*

i k m n
ex animalibus mortuis, in ſignum mortalitatis. *in honeſtatem, & quia in aeris intemperiem relegandi.*
a b c d e f g h i k l m n o
Fecitque quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: &
ait:

b c d e f g h — *ironice, ſed potius ex compaſſione, quam inſultando.*
f g — *pluralitas perſonarum innuitur.*
k l m n — *ſed aliter, quam putabant.*
o p — *Apoſiopeſis eſt, & ſubintelligitur, prouideamus in poſterum; & cum angelis loquitur.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne

i — *.i. arboris fructu.*

a b c d e f g h i k l m n o p
forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in

a — *.i. per longum tempus*
c — *.i. relegauit.*

a b c d e f g h i k l m
æternum. Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram,

a — *per ſynecdochen, id eſt, de eius portione.*
e — *miniſterio ſcilicet angelorum*
m — *verum angelum in forma viſibili aſſumpta.*

a b c d e f g h i k l m n
de qua ſumptus eſt. Eiecitq. Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin, &

a b — *.i. lucidum, ad modum vibrati fulguris.*
d — *.i. qui facile verti poſſit, & cum acie ex vtraque parte.*

a b c d e f g h i
flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

S C H O L I A.

62 *Tunicas pelliceas.*] Quod non tantum myſtice intelligi debet, vt quidam ex Origeniſtis ante mille & ducentos annos putarunt, quaſi Deus, inquiunt, lanius, aut coriarius fuerit, quos viſus eſt ſequi Theodoretus Syri Epiſcopus: neque intelligas eſſe corpora naturalia, quibus poſt peccatum Deus illos veſtierit, quod Origenem ſenſiſſe ſuper Geneſim referunt Methodius & Epiphanius, forſan ex deprauato codice ab illius æmulis, vel à ſupradictis Origeniſtis: nam & ipſe Origenes aperte de animalium pellibus dicit fuiſſe tunicas, in ſignum mortalitatis. neque opus eſt dicere fuiſſe ex corticibus arborum, quas pelles eſſe dicendas affirmant Theodoretus Heracleæ, & Gennadius Conſtãtinopolitanus Epiſcopi, & Bar-cepha laudat Gregorium Nazianzenum, ſic ſentientem lib. de paradiſo; quorum alterum, quod ſcilicet Origeni tribuunt, fabuloſum; alterum vero ſuperfluum iudicauit Theodoretus Syri Epiſcopus; quod tamen poſtea viſus eſt amplecti, niſi forſan referendo dicat, vel inconſiderate ab aliquo illic ſit additum. Neque rurſus oportet nouas pellium, vel animalium creationes inducere, ſicut facit Procopius Gazeus, quæ miniſterio angelorũ ex animalibus mortuis (quæ non tantum bina in principio in qualibet ſpecie condidit) quis dubitat hæc fieri potuiſſe? & facta fuiſſe credo cum Athanaſio & Ephræm & Iunilio, ſicut & multa alia feciſſe legimus, vt hoſtium debellationes, & mortes illatas, & ædificiorum erectiones, & his ſimilia. Quare dicere non oportet cum Gregorio Nazianzeno & Naclanto, modum ſe induendi tradidiſſe tantum, & non tunicas conſtructas tribuiſſe illis.

Theod. in fine qu. 59. in Gē.
Method. in Agraphente.
Epiph. in l. Anchor.
Orig. ho. 6. in Leui.
Theod. q. 39. in Gen.
Procop. in Gē.
Athan. orat. de cruce.
Ephr. in Gen.
Iun. in Gen.
Greg. Nazia.
Nacl. l. de operibus ſex dierum.

63 *Tunicas pelliceas*] Quibus antea non indigebant, cum neque nuditatem vererentur, neque ab externis lædi poſſent, ſic diſponente Dei prouidentia, vt nihil tale ex improuiſo eis occurreret, & cum adeſſet, ipſi vitare poterant: ex quo potius non mortales & non paſſibiles, quam immortales & impaſſibiles tunc dixerim; ſed poſt peccatum, & inſurgentibus inhoneſtis motibus, & ab externis cum lædi poſſent, & in aeris intemperiem relegandi, vt pius & miſericors pater & peccatum redarguit (vt S. Iacobus frater Domini, & primus Hieroſolymæ Epiſcopus in diuina Miſſa, quæ ſic inſcribitur, appoſuit) & neceſſaria prouidit, vt ſcirent etiam, quid poſtea facturi eſſent; ſicut pater, & filium, qui deliquit, corripit & punit, & vitæ neceſſaria ſubminiſtrat.

S. Tho. 2. 2. qu. 164.

64 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.*] *Ironicos*. hæc dixiſſe affirmant Chryſoſtomus, Auguſtinus, Theodoretus Syri Epiſcopus, & Anaſtaſius; ſed magis compaſſionis, quam inſultantis animo dicta, idem Auguſtinus teſtatur, vt nos, propter quos hæc ſcripta ſunt, deterreret; ſiquidem non quod fieri ſperabat, conſecutus eſt, ſed eorum, quæ gratuito acceperat potiora amiſit. Porro Septuaginta & Hebraica concordant cum Vulgato; at tranſlatio Chaldaica habet: Ecce Adam vnicus in ſæculo, ex ſe ſciens bonum & malum; ſed certe

εἰρωνικῶς.
Chryſ. ho. 15. & 31. in Mat.
Aug. contra aduerſ. legis & proph.
Theod. q. 40. in Gen.
Anaſt. q. 92. in ſcrip.
Aug. 11. in Ge. ad l. c. 39.

hæc à verbis Vulgati non diſcrepant.

Greg. epiſt. ad S. Laroiũ Mitelen. Epiſc. S. Maxen. l. 2. dial. c. 22. Alb. in Gen.

65 *Quaſi vnus ex nobis*] Non honoris gratia, vt quidam non congrue putant, ſed vt perſonarum pluralitatem innueret, in plurali loquens Deus cum angelis inducitur, ſicut Patres docuerunt, Gregorius Nyſſenus frater B. Baſilij, & B. Maxentius ſeruus Dei, ſic dictus, & Albinus Bedæ diſcipulus.

66 *Nunc ergo ne forte*]. Apoſiopeſis eſt, ſubintelligitur, prouideamus in poſterum; & eſt frequens loquendi modus apud Hebræos, & familiaris hominibus iratis, non exprimendo ſcilicet, ſed reticendo aliqua; quæ ſubintelligi debent; ſicut Lucæ 19. Cum Chriſtus ſuper Hieruſalem lachrymas mittens, de illa, quæ futura erant, loquitur. Sunt autem verba hæc præſentis textus Domini Dei ad angelos, quorum miniſterio & Adæ eiectio, & paradiſi cuſtodia exequenda erant.

67 *Et viuat in æternum*] Poſt peccatum, ſi iteratis vicibus, cum indigeret, de ligno vitæ ederet, quantum eſt ex parte caloris natiui, viueret quidem in poſterum, niſi ab externis læderetur, vel ex nimietate cibi, aut potus, vel alicuius ſimilis; quod cum moraliter loquendo in tam longo tempore fieri vix queat, ideo hoc, æternum, merito interpretantur, etiam Hebraicæ vocis vi penſata, pro longo tempore. nam in Hebræo eſt *Leolam*; at iuxta S. Hieronymum in primum cap. ad Galatas, *Olam*, quando cum *Vau* ſcribitur, æternitatem ſignificat; quando vero ſine *Vau*, longum tempus, licet finitum & limitatum. Cæterum, licet hac longa vita priuari, vt ſic, ſit pœna peccati, tamen quatenus aliquibus, vel ob laborum immenſitatem, vel ad bonum animæ diutius viuere non expediret, huic pœnæ maximam Dei miſericordiam miſceri Patres affirmant.

לעלם
עלם
ו
ו

S. Tho. 22. q. 164. a. 1. ad 5

68 *Eiecitq. Adam*] Miniſterio quidem angelorum credi poteſt directum in aliquam orbis commodam regionem, extra paradiſum ſitam.

69 *Cherubin*]. Per Cherubin non intelligas potentem quamdam, & terribilem viſionem, velut ſpectra quædam terrendi cauſa conficta, & ad modicum tempus, dum ſcilicet Adam viueret, appoſita; vt Epiphanius voluit, quaſi Cherubin in Scriptura, non veros angelos, ſed tantum omne quod poteſtate præditum eſt, ſignificet; vt Theodoretus Heracleæ Epiſcopus ſenſit, & poſt illum Theodoretus Syri Epiſcopus, quos ſecuti ſunt Procopius Gazeus, & noſtris temporibus Iacobus Chius Græcus contra Dionyſium, docentem, Cherub eſſe ſecundum angelorum ordinem poſt Seraphin; quem ſecuti ſunt Chryſoſtomus, & Athanaſius in ſermone ſuper illud: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & certum eſſe conſtat ex Concilio Nyſſeno ſecundo, act. 4. quare Theodoretus doctior ſe factus, alibi Cherubin inter veros angelos Catholice connumerat. Quod vero etiam in hoc loco verus angelus intelligi debeat, Patrum eſt ſententia, non ſolum Ambroſij, & Auguſtini, Eucherij, Ruperti, & aliorum Latinorum, ſed & inter Græcos Chryſoſtomi, & Gennadij; quem angelum, ſecundum aliquam viſibilem ſimilitudinem, illi loco in cuſtodiam ligni vitæ præeſſe exiſtimo. Porro, Cherubin, maſculini generis eſſe & numeri pluralis, cuius ſingulare eſt Cherub, annotauit Hieronymus, cui conſonat Symmachus in ſua verſione.

Epiph. in l. anchor. Theod. Epiſc. Theod. q. 40. in Gen. Procop. in hũc locum. Iacob. Chius hæret. in quodam ſer. S. Dion. 7. de Eccl. hier. Chriſo. ſer. de incomprehenſibili Dei nat. & in Liturgia Athanaſ. Theod. l. diui. decret. c. 7. Amb. in Gen. Auguſt. 11. de Gen. c. 40. Eucher. l. 1. in Gen. Ruper. l. 3. in Gen. Chriſ. in Gen. Gennad. in hunc locum. Hier. epiſt. ad Damaſ. Pap.

70 *Et flammeum gladium*] *Labat* verbum, inflammare, ſeu vrere ſignificat, vt Pſalm. 104. Et miniſtros tuos ignem, *Lobet*, id eſt vrentem, ſeu inflammantem: vnde *Labat*, id eſt, acies gladij quandoque dicitur, quod luceat quaſi flamma, & Targum; hic vertit: Et aciem gladij; verſatilem vero dicit, quod facile verti poſſet, & in vtraque eius parte acies conſpiceretur. Sic Septuaginta, & Auen ezra, &, vt exiſtimo, ad modum vibrati fulguris apparebat; quamuis & locus ille paradiſi ex ſitu ipſo ſatis ſit inacceſſibilis, propter æſtus vehementiam, quæ, quoniam ex circulari orbis motu, ab angelo moti, fit, hoc viri grauiſſimi intelligi voluerunt per Cherub, & flammeum gladium; vt Tertullianus; & videre eſt in S. Thoma. Cæterum, quoniam poſt peccatum, quaſi denuo hoc factum deſcribitur, priorem puto probabiliorem eſſe ſententiam, & litteræ genuinam interpretationem; ſimiles ſiquidem angelorum apparitiones cum flammeis gladijs, id eſt lucidis, ac rutilantibus, ſæpe in Scripturis legimus, vt Ioſue 5. & 2. Reg. 24. quæ enim Ambroſius, & Rupertus de purgatorio interpretantur, ad myſticum pertinent ſenſum.

להט
להט
להט

Auen. Ezra.

Tert. in Apologetico. S. Tho. 22. q. 165. a. vlt. Amb. in Pſal. 118. Rup. in Gen. c. 32. & 33.



CAPVT

CAPVT QVARTVM.

c f k l
ſ. per carnalem copulam. *i. extra paradiſum.* *prima vice.* *i. poſſeſſio:*
a b c d e f g h i k l m n
Adam vero cognouit vxorem ſuam Euam: quæ concepit, & peperit Caim, dicens: Poſſedi

a b c l
ſ. & virum, & Caim *i. à Deo.* *i. luctus & vanitas:*
a b c d e f g h i k l m n
hominem per Deum. Rurſumq. peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium,

g h i l m
i. poſt aliquod longum tempus, ſiue poſt lapſum temporis. *edoctus à patre diuinitus inſtructe.*
a b c d e f g h i k l m n o p
& Caim Agricola. Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Caim de fructibus terræ

a b c d g l m
ſuper altare aliquod, ad hoc ex patris admonitione, & exemplo conſtructo. *etiam à patre edoctus.* *i. de primogenitis tulit pingues.*
a b c d e f g h i k l m n
munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum:

a b h i p q
i. quia. *i. placuit* *immittendo cælitus ignem comburentem ſacrificium.* *ignem cælitus non mittendo, nec comburendo.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
& reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Caim vero, & ad munera illius

b e f h i l
i. non placuit ſibi in illis. *ſ. propter quod.* *ſ. in fratrem.* *ſignum mœroris, & triſtitia.* *voce ſ. ſibili.*
a b c d e f g h i k l m n
non reſpexit: Iratuſq; eſt Caim vehementer, & concidit vultus eius. Dixitq. Dominus ad

c g h o
ſ. in fratrem ex inuidia. *quaſi pudore ſuffuſus.* *præmium.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? nonne ſi bene egeris accipies: ſin autem

d e f g l m o p q
i. continuo notum erit, & punieris. *i. nam.* *i. ſenſitiui. paſſiones, quod concupieris.* *reſiſtendo eis, vinces* *ſ. & vt dominus tuarum actionum operaberis.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
male, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

SCHOLIA.

1 ADAM *vero cognouit vxorem ſuam.*] Cum poſt Heuæ formationem ex coſta Adæ, breui tempore ex paradiſo, propter peccatum, quod cito commiſerant, eiecti fuerint primi illi parentes (vt Hieronymus & Auguſtinus putant) non ibi Adam vxorem ſuam cognouit, vt Iudæi volunt, ſed extra paradiſum; præceptum ſiquidem, quod acceperant de multiplicatione in generali, affirmatiuum eſt; quod, ſicut alia affirmatiua, intelligi debet ſecundum determinationem debiti temporis, & aliarum circumſtantiarum, quam à Deo in paradiſo expectabant.

Hier. q. Hebr. in Gen. Aug. 9. in Gē. ad lit. c. 4.

2 *Cognouit vxorem ſuam.*] Hebraiſmus eſt, per quem concubitus ſignificatur; forſan, quod hoc modo maxime agnoſcatur femina à viro, vt ſic, id eſt,

ideſt, quod ſit fœmina.

3 *Et peperit Cain*] Cain poſſeſſionem, & emptionem ſignificat, quia emptores poſſident, quæ emunt. Pſalm. 139. Quoniam tu *Canitha*, id eſt, poſſediſti renes meos. Porro, Cain fuiſſe eorum priorem filium, ſiue primogenitum, contra aliquos defendit Auguſtinus.

קנית

Aug. 15. de ciu. Dei, c. 15.

4 *Poſſedi hominem per Deum*] Cauſam impoſitionis huius nominis, Cain, exponit; tum quia, reſpectu Adæ, eſt perfecta poſſeſſio viri ab vxore, in filiorum generatione, & reſpectu Cain, quia tunc filiorum multitudo erat magna poſſeſſio, &, iuxta nominis impoſitionem, fuit in euentu poſtmodum parentum poſſeſſio, ipſe Cain filios generans, qui permanſerunt: ſic intelligendi ſunt Hieronymus, & Auguſtinus, qui ex vi etiam Hebraicæ vocis, ſic interpretati ſunt. Porro, per Deum, ideſt, à Deo, ſiue Dei munere & dono; vnde in editione Syriaca, quæ ſub nomine Onchelos & Ionathæ circumfertur, legitur: à Deo. quomodo intelligunt illud Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt: id eſt, ab ipſo, & ad Coloſ. 1. Omnia per ipſum creata ſunt. id eſt, ab ipſo.

Hier. q. hebr. Aug. 15. de ciu. Dei, c. 15.

5 *Fratrem eius Abel*] Hoc nomen cum, a, luctum importat, cum, ii, vero, vanitatem, vt Eccleſiaſtes primo, Habelis nomine vanitatem ſignificat, cum dicitur: vanitas vanitatis; & vtriuſque ſignificationis veritas poſtea euenit, quia & in iuuentute à fratre occiſus, & vanus, quoad mundum, ſine filiorum generatione obijt, ſicut expoſuit Ioſephus; cauſam vero, quæ parentes impulerit ad huius nominis impoſitionem, textus non appoſuit.

Ioſ. lib. 1. ant.

6 *Factum eſt autem poſt multos dies.*] Poſt multos dies, ideſt, poſt lapſum temporis; dies enim pro tempore quandoque ponitur.

7 *Vt offerret Cain de fructibus munera*] A patre, quod à Deo acceperant, edocti, colere Deum cœperunt, offerendo munera & ſacrificia ſuper aliquod altare ad hoc conſtitutum, ignem ſupponendo, ad illius combuſtionem, vt Euſebius teſtatur; ſed Cain, vtpote agricola, de fructibus arborum obtulit, at de corroſis & peioribus, vel abſque delectu, vt quidam teſtantur, quod animi irreligioſitatem, vel prauitatem, vel ſaltem negligentiam innuere videtur.

Euſeb. in hiſt. Eccleſ.

8 *De primogenitis gregis, & de adipibus eorum.*] Id eſt, ex primogenitis elegit pingues.

9 *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.*] Quia non ex ſe, ſed ex offerentis animo externa munera tunc Deo tantum placebant, vel diſplicebant. ideo primo reſpexit ad Abel, cuius animus, quia placuit, & munera accepta habuit; quod per reſpicere, vel non reſpicere ſignificatur. Reſpicere igitur hoc loco placere importat, vnde Chaldaica paraphraſis legit: Fuit complacentia apud Deum erga Abel. Porro munera in Hebræo *Minhatho*, omne ſacrificij genus importat, à verbo *Naha*, quod eſt, offerre.

מנחתו
נחה

10 *Ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.*] Chromatius Epiſcopus Romanus vir doctiſſimus (de quo & B. Hieronymus, & in additione ſecunda ad Tritemium) inſinuare videtur, iram, quam Cain aduerſus fratrem conceperat, quia eius viderat accepta ſacrificia cauſam extitiſſe, quare eius munera non fuiſſent accepta, quia fraternitatis, inquit, iura non ſeruans aduerſus fratrem iram animo retinebat; vnde, per anticipationem, Cain oblatio refertur in textu, quod etiam innuere viſus eſt Odo Cameracenſis Epiſcopus, vetuſtate, & religione venerabilis: Cain, inquit, recte obtulit, ſed non recte diuiſit, quia emendari non ſtuduit; vnde ad eius munera non reſpexit Dominus. Cæterum textus aperte indicat, penes munerum electionem, & illius cauſam, diſparitatem fuiſſe.

Chrom. tract. de beatitud.

Hier. in catal.

Odo in can. Miſſæ.

11 *Iratus eſt Cain vehementer*] Subintelligendum eſt, propter quod ſcilicet, deſpectum ſe videns à Deo, & minorem fratrem ſibi præpoſitum, pudore ſuffuſus eſt, & iratus eſt Cain; vnde autem id perceperit, ex igne cælitus immiſſo comburente Abelis ſacrificium, & non Cain oblationem, vt Hieronymus affirmat: & Theodotionis verſionem in hoc approbat, quæ habet: & inflammauit Deus ſuper Abel, non quod iuxta litteram vertendum ſit, inflammauit, cum potius intueri & reſpicere ſignificet, ſed quod ſententiæ & verborum ſenſum aperuerit; ſimile ſiquidem diuinæ acceptationis ſignum legimus Leuit. 9. Iud. 6. & 13. 2. Reg. 18. & 2. Paral. Porro quod ſubditur: & concidit vultus eius, indicium deſcribitur triſtitiæ & mœroris.

Hier. q. Hebr. in Gen.
Cyril. in Gen.

12 *Dixitq. Dominus ad eum*] Voce ſenſibili intellige; & ſecundum ſimilitudinem creatam apparuiſſe crediderim; nam multa, quæ ſequuntur, id nos affirmare cogunt.

13 *Quare iratus es*] Benigna Dei admonitione ad pœnitentiam aduertitur, qui magis lætari de fratris bono debuerat; quaſi dicat, quod à me contemnaris, fratri tuo non imputes, nec mihi; tu es in cauſa, qui tui iuris es, & tuarum actionum dominus.

14 *Nonne ſi bene egeris.*] Septuaginta legunt: nonne ſi bene obtuleris, recte autem non diſtribueris, peccaſti, quieſce, ad te conuerſio eius; & antiquorum Patrum inter Græcos aliqui ſic legunt, & ſic interpretantur; ſed certe verba illa non ſunt in textu Hebraico, vt Hieronymus teſtatur, & ſatis obſcurant litteræ ſenſum, quod & aliqui, ex ignorantia ſermonis Hebraici illos deceptos ſic tranſtuliſſe dicunt.

Hier. in q. Hebr.

15 *Nonne ſi bene egeris recipies*] In communi loquitur, ſiue in oblatione, ſiue etiam circa fratrem; quodcumque igitur opus, ſi bene feceris, acceptum erit in præmium, & mercedem recipies; ſi autem male, ideſt, ſi obtuleris, vel contra fratrem te male habueris, vel aliud quoduis malum perpetraueris; alij ad oblationem referunt, alij ad fratrem Abel; ego tamen ſicut in textu, in communi & generaliter dictum puto. Porro quod vox Hebræa *Secth*, & condonare & remittere, & attollere, & leuare, & recipere ſignificet, varie locum iſtum quidam interpretantur; quidam dicunt, quare triſtis incedis? nonne ſi bene egeris, condonabit tibi Dominus peccatum, & veniam conſequeris? alij, quare ſummiſſo capite incedis? nonne ſi bene egeris, at-

שאת

tol lere, & leuare poteris caput; ſed nobis, ex ijs tribus, prior expoſitio magis arridet.

16 *Statim in foribus peccatum tuum aderit.*] Peccatum hic pro culpa ſumitur, cōnotans tamen pœnam; de vtroque igitur eſt ſermo, & eſt prouerbium & idiotiſmus ſermonis Hebraici, id eſt, ſciam continuo & oſtendam tibi, mihi diſplicere, & pœnam incurres; ſiquidem quæ in foribus ſunt, & omnibus peruia, & continuo adſunt: & Ariſt. 2. Meth. de primis principijs omnibus notis agens, ait, in foribus quis delinquet?

17 *Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*] Secundum, ſcilicet, tu dominaberis, eſt explicatio primi, ſcilicet ſubter te erit. & forſan, dominaberis, in futuro poſitum eſt, pro imperatiuo. Porro vocem Hebraicam hic appoſitam, amorem, cultum, & obſeruantiam importare, quam ſcilicet vnus alteri exhibere ſolet, quidam teſtantur, vt Philaſtrius refert; & ita contendunt, verba hæc intelligi debere; vt ſit ſenſus: Abel te obſeruat, & ad te conuerſio eius, vt Septuaginta vertunt, id eſt, te diligit; iuxta illud Cant. 12. Dilectus meus mihi, & ad me conuerſio eius, ſicut & ego illi; & vt frater maior natu, tu dominaberis illius: ita etiam Chryſoſtomus: Cæterum Hieronymus, & fere omnes alij ad libertatem arbitrij referunt, liberi arbitrij es, & quod volueris, cum Dei gratia præſtare poteris, quaſi dicat: *Mas tu bien podras vencer el peccado.* quod deſcribitur per hoc, quod eſt, rationem, cui appetitus ſenſitiuus ſubiectus eſt, reſiſtendo eius paſſionibus, eum vincere, & illi dominari. Iam cum prædictæ ſententiæ fere omnes ſint phraſes Hebraicæ locutionis, ſenſus illarum erit: ſiue in bono, ſiue in malo quod egeris, & tibi contigerit, alteri non indigneris, ſed tibi ſoli culpam imputa, qui dominus es tuarum actionum, & liber.

Phil. l. de hæreſib.

Chryſ. ho. 7. in epiſt. ad Roma.

---

a g h
doloſe. *verba ſunt addita, ſed commode à Vulgate.*
a b c d e f g h i k l m n
Dixitq. Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit

---

g x
lapide aut ligno *voce ſenſibili.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt

---

a b c f g h i x l m
non quaſi ignorans interrogat, ſed vt ex eius reſponſione rationabilius illum conuincat. *mendacium fratricidio addidit.* *inepta excuſatio, quaſi ex lege naturæ ad id non teneretur.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitq. ad eum:

---

a c d e o a
Emphaſim habet tantum facinus. *.ſ. per proſopopeiam Hebraico idiotiſmo, iuſta vindictæ ratio deſcribitur.* *.i. tanquam maledictum, & execrabilem horrebunt te cuncti.*
a b c d e f g h i k l m n o
Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus

---

f g i l m n o p
per metaphoram, os, quia abſumit, & abſcondit, ſicut os hominis, id, quod comedit. *per proſopopeiam de terra loquitur.* *.ſ. Abel, quia illum occidiſti.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum

---

d e f g i k l
pauciores, quam ante, dabit, & non iuxta laborem, nec virtutem terra. *.ſ. etiam cum tremore capitis & corporis.*
a b c d e f g h i k l m n o
operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus, & profugus eris ſuper terram.

---

a b c d
per deſperationem de diuina miſericordia diffidens.
a b c d e f g h i k l m n o
Dixitq. Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. Ecce eijcis

---

d e g h i
.i. exul à patria regione. *.i. à præſentia ſimilitudinis, in qua Deus apparebat.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra:

---

id eſt,

a b c d e f g l m n
quaſi mortem optans, per deſperationem dictum: mateme el que me topare. *.ſ. vt vis, ſed vita comite mulctaberis.*
a b c d e f g h i x l m n o p q
Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Dixitq. ei Dominus: Nequaquam id fiet, ſed omnis qui

c h
.i. perfecte. *.ſ. viſibile.*
a b c d e f g h i k l m n o
occiderit Cain ſeptuplum punietur. Poſuitq. Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui

e f g k l
.i. à praeſentia ſimilitudinis, ſecundum quam apparebat. *.i. verſus, ſed longe multo à paradiſo.*
a b c d e f g h i k l m n
inueniſſet eum. Egreſſusq. Cain à facie Domini, habitauit profugus ad Orientalem plagam Eden.

18 *Dixitq. Cain ad fratrem ſuum, egrediamur in agrum.*] In Hebræo, vt annotauit S. Hier. ſubticetur quid dixerit, an verba iniurioſa, vt Iudęi volunt, vel quid aliud; in translatione vero Chaldaica (nõ in illa, quæ in Complutenſi Bibliorum editione circumfertur, ſed in illa, quæ eſt Ionathæ, quæ apud Iudæos maximæ eſt auctoritatis) viri fide digni referunt, ſic legi: Dixit Cain ad fratrem ſuum, non eſt iuſtitia, neque iudex, neque ſęculũ aliud, nec remunератio iuſtis, neque punitio impijs: & ita dicunt Iudæorum aliqui, quod cum hæc omnia audire renuiſſet Abel, occaſionem deinde exſpectauit Cain, vt illum ſolum in agro reperiret, vt occideret, ſicut cogitauerat; quod Hieron. non diſplicet. Forſan in agro dixit verba prędicta, vt occaſionem inueniret, & ita audire renuente omnia illa Abel, ipſum interfecit: ſic Hieroſolymitana paraphraſis. Cæterum cũ licitum ſit interpretibus, quãdo in Scriptura verba reticẽtur, ea ſubintelligere, & exprimere quæ magis accommoda videntur, ideo Vulgatus, interpretẽ in hoc agens, adiunxit hæc: egrediamur in agrum, ſic habent Septuaginta, & Paraphraſtes Chaldæus Hieroſolymitanus; quæ verba etiam Origenes affirmat in arcanis Hebræorum Scripturis reperiri, & Hieronymus in Pentateucho Samaritanorum (litteris alijs ab his, quibus Iudæi nunc vtuntur) conſcripta ita eſſe refert, ex quo in noſtram vulgatam, ſicut & pleraque alia irrepſiſſe credit. Ad dictum igitur fratris, egreſſus eſt Abel cum ipſo in agrum, nihil doli cogitans.

Hier. q. hebr. in Gen. *Ibidem.* *Ibidem.*

19 *Et interfecit eum*] Crediderim doloſe, & cum nondum ferrea bellica inſtrumenta forent, furorẽ illi, ligni aut lapidis arma ſubminiſtrauiſſe: etenim Didimus Alexandrinus (præceptor Sancti Hieronymi, de quo & ipſe in ſuo catalogo) refert, in libro, qui appellatur Lepro geneſis, ſcriptum eſſe, lapide, aut ligno illum percuſſiſſe.

Didim. in ca. 3. i. Ioan.

20 *Vbi eſt Abel frater tuus*] Non ex ignorantia interrogat; ſed, vt ex illius reſponſione, rationabilius ipſum conuincat.

21 *Neſcio, numquid cuſtos fratris mei ſum ego?*] Quaſi dicat: num aſſeruandum eum mihi commiſiſti? neſcio, inquit: mendacium fratricidio addidit, & excuſationem ineptam, quaſi ex naturæ lege, ad id non teneretur.

22 *Quid feciſti.*] Hæc, ſicut & præcedentia Domini verba, emphaſim habent, quaſi dicat, vt quid facinus tantum perpetraſti? putas me latere, & crediderim mortuum occultaſſe, ne fieret palam eius facinus.

23 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.*] Per proſopopeiam Hebraico idiotiſmo deſcribitur iuſta ratio vindictæ, quam, vt Auguſtinus docuit; ſanguis Abel inique fuſus, non voce, ſed ratione à Deo poſtulat. Porro in Hebræo eſt, vox ſanguinum; mos enim Hebraici idiomatis eſt, ſanguines in plurali nominare, nec eſt appoſitum ob plura vulnera, vt aliqui contendunt; verum eſt tamen Chaldaicam paraphraſim inſinuare ſanguinem poſteritatis Abel, qui in ipſo perierat, ſubintelligi.

Aug. qu. vet. teſt. q. 45.

24 *Nunc ergo maledictus eris ſuper terram*] Prædicit Dominus, quæ puniendo, pro delicto admiſſo, mala inferret ei ſuper terram; inter quæ vnum eſt, quod tamquam rem maledictam, & improbam, & execrabilẽ ex tanto maleficio, horrerent eum cuncti; quaſi dicat: *yo te condeno à que andes maldito ſobre la tierra, que la enſangrentaſte con la ſangre de tu hermano.* Porro in Hebræo eſt *Min Haadama*, ideſt, e terra, non ſolum ab omnibus, qui ſuper terram ſunt, maledicendus, ſed etiam in his, quæ è terra ſunt, maledictus; in quibus vere ſubditur: non dabit fructus, quod ſcilicet fruſtrandus eſſet; & laboribus ſuis, & terræ vi, ob eius ſterilitatem.

מן הארמה

25 *Quæ aperuit os ſuum*] Per metaphoram dictum, ſicut ore deglutimus & occultamus, quod comedimus; ita quatenus aquam, vel ſanguinem, vel quid aliud terra abſumit & occultat, os metaphorice dicitur habere.

26 *Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos.*] Licet iam propter Adæ peccatum, terra in ſterilitate maledicta fuerit, tamẽ propter peccatum Cain, in ipſa deterius ſibi continget, vt etiam cum magno labore, pauciores reddat fructus. Porro dictio *Coab*, virtutem, ſeu vim ſignificat. Pſalm. 22. Aruit tanquam teſta *Cohi*, id eſt, virtus mea; & Septuaginta, vim, vertunt. Hinc & fructus etiam ſignificat, quod ex vi & fortitudine terræ producantur. vt ſit ſenſus: nõ iuxta laborẽ tuum; nec terræ vim; ſicut expectabis, fructus terra tibi dabit.

כחה
כחי

27 *Vagus & profugus eris ſuper terram*] Septuaginta: gemens & tremens. ex quo apud Græcos expoſitores opinio orta eſt, poſt interfectum Abel, perpetuo ipſum Cain capitis ac corporis tremore fuiſſe excruciatum, non ſine gemitibus; quod licet parum conſone poſitum à Septuaginta quibuſdam videatur, cum tamen apud omnes Patres, tam Græcos, quam Latinos; quos hactenus viderim, conſtet Cain tremulum poſt peccatum fuiſſe, crediderimq. Septuaginta, occaſione etiam vocum Hebraicarum, in ſua paraphraſtica verſione id inſinuaſſe:

נע נוּ נד לנוד etenim *Nah* motionem corporis ad modum ebrij etiam ſignificat, vt Pſalm. 107. *Ianbu*, ideſt, moti ſunt, ſicut ebrius, & *Nad*, altera dictio motionem capitis etiam importat, vt Pſalm. 59. *Lanud*, ideſt, qui conſolaretur me, quod intelligitur mouendo caput, ſicut conſueuerunt Hebræi facere. Vtrumque igitur Spiritus ſanctus in his verbis intelligi voluit; & quod Vulgatus expreſſit, & quod etiam non ita aperte inſinuauit, ſicut Septuaginta.

28 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*] Chryſoſtomus affirmatiue dictum interpretatur, veramq. confeſsionem, *que no lo merecia*, ſed intēpeſtiuam, & feram, qualis erit malorum, Sap. 5. Quidam iniquitatem, pro iniquitatis pœna intelligunt, quaſi Cain de grauitate pœnæ illatæ conqueratur, & dicat: Maior eſt pœna, quam infert mihi Deus, quam portare poſsim viuus: & colligunt ex eo, quod ex Hebræo transferunt; magna eſt iniquitas mea, à portare: ſiue à leuare: ſed certe ipſis doctior in Hebraica lingua, vertit: maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear, ideſt, impetrare poſsim: à quibus verbis diſſonus eſt ſenſus prædictus. Quare Auguſtinus, Hieronymus, Idiota ſeruus Dei ſic dictus, Albinus, & reliqui Patres, per deſperationem dictum interpretantur, quo maius delictum omni venia, quam à Deo exſpectare poterat, falſo indicauit. vnde Septuag. Maius eſt delictum meum, quam vt remittatur mihi. & Chaldaica translatio; Magna eſt iniquitas mea, vt dimittatur; etſi Iudæi interrogatiue etiam intelligunt, quaſi dicat: numquid peccatum adeo graue eſt, vt non merear veniam? indicare volens, Deum vltra condignum ipſum punire: ſed Patrum expoſitio præſtat.

Chryſoſt. — *Aug. in Gen. Hier. in epiſt. ad Damaſ. Albin. in Gen. Idiota l. 3. de contemplatione conflictus carnis & animæ.*

29 *Et ecce eijcis me à facie terræ*] Illius intellige, quam parentes inhabitabant, & ſuæ natiuitatis, & cuius Deus ſpecialem curam gerere videbatur, ſæpe illis apparens & loquens: quaſi dicat: relegas me in exilium à patria habitatione.

30 *Et à facie tua abſcondar*] Ideſt, à præſentia tua, ab illa, inquam, qua frequenter per ſimilitudinem creatam apparens, ſingularem eorum curam & familiarem amicitiam viſus eſt indicare; & quaſi per deſperationem hoc etiam dixiſſe, aſſerit Didimus Alexandrinus, iam quaſi à diuina prouidentia nihil expectans.

Didim. in epiſt. Iudę Ap.

31 *Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.*] Non quaſi à morte cuſtodiri ſe poſtulans, id dixit, vt dictio ſequens, ſcilicet, nequaquam, ſatis indicat; ſed quaſi per deſperationem optans, veluti ærumnis ſuccumbens. Sic Hieronymus & Albinus intelligunt; *yo me voy, como mandais, y mateme qualquier, que me topare, pues parto de vueſtra preſencia tan deſfauorecido*: & non mireris ſic loqui, quaſi iam multi terram incolerent: nam non multo pluribus ſecundum proportionem annis à natiuitate Cain, vſque ad mortem Abel, quibus in Aegypto filij Iacob fuerunt, eorum numerus multiplicatus eſt, vſque ad ſexaginta millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis; quamuis Ioſephus ad feras referat, non ad homines verba prædicta, ſed minus apte certe.

Hier. ad Dam. Albin. in Gen. — *Ioſeph. 1. ant. c. 1.*

32 *Nequaquam fiet*] Ideſt, non fiet, vt tu optas, ſed potius vita comite mulctaberis: ſic intelligit Hieronymus. *Hier. ad Dam.*

33 *Sed omnis, qui occiderit Cain ſeptuplum punietur.*] Septuaginta vertunt, ſeptem vindictas exſoluet: vnde aliqui ſic intelligunt, quod qui Cain occideret, à ſeptem vindictis, ſeu pœnis, id eſt, à multis ærumnis eum liberaret, quas viuens patiebatur: Aquila legit: ſeptempliciter vlciſcetur. hinc alij dicunt, ſermonem eſſe de pœna temporali, quæ cum e diametro, prauitati culpæ in ſe non reſpondeat, ex alijs augeri poteſt, ſicut ex peculiari prohibitione, vel ad terrorem. quare etſi mors Abel grauius peccatum in ſe fuiſſet, quam mors Cain; acrius temporaliter puniri potuit: ſicq. Lamech cum ſeptem generationibus filiorum in diluuio ſubmerſus eſt. Præterea Theodotion per hebdomadem vertit, quaſi ſeptimus vlciſcetur: vnde Hebræi dicunt ſic legendum; ſed qui occiderit Cain, & ibi ſiſtendum; nec exprimit, quid proinde futurum; & quod ſequitur: ſeptuplum punietur, ſiue ſeptimus vlciſcetur, referatur ad Cain, qui in ſeptima generatione occiſus eſt à Lamech, quando ſcilicet iam ſeptē generationes, vt in ſequentibus videbimus, ab ipſo Cain proceſſerant. Cæterum Vulgatus vertit, vt & Symmachus: ſeptuplū punietur, vt nō ſit ſermo comparatiuus, ſed cōmuni apud Hebræos loquendi modo, iuxta Hieron. vt ſit ſenſus, ipſe etiam, qui te occidet, perfecte punietur, *y ſera bien caſtigado*: ſolet enim Scriptura in numeris, ab vno vſque ad quinque, paucitatem deſignare; vt 3. Reg. 17. Vidua Sarepta: en, ait, colligo duo ligna; duo pro paucis & exiguis ſumitur: at in numeris procurrentibus à quinque vſque ad decem, multitudinem & abundantiam innuit, maxime in ſeptenario: vt Prou. 24. Septies in die cadit iuſtus, ideſt, frequenter; quod autem Lamech occiderit Cain, vt fabuloſum Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus Syri Epiſcopus, & alij viri grauiſſimi reijciunt.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. veter. teſt. q. 6. Theod. q. 44. in Gen.

35 *Poſuitq. Dominus in Cain ſignum*] viſibile quidem, ſed quod illud fuerit ignoramus. Suidas, Ambroſius, Chryſoſtomus, Athanaſius, cenſent fuiſſe totius corporis tremorem, & concuſſionem.

Suidas verbo Cain. Amb. de Cain c. 10. Chryſ. ho. 15. & 20. in Gen. Ath. l. q. q. 96.

35 *Egreſſusq. eſt Cain à facie Domini*] Ideſt, à præſentia illius ſimilitudinis, ſecundum quam Deus illi apparebat, & loquebatur.

36 *Profugus in terra*] Septuaginta habent, habitabit in terra *Naid*, in Hebræo habetur *Nad*, id eſt, inſtabilis & fluctuantis, & incertæ ſedis, etenim *Naid* non eſt talis peculiaris regio, ſicut vulgus noſtrum putat (& Ioſephus profugum cum vxore Naidam ædificaſſe ſcribit) vt teſtatur S. Hieronymus; ſed expletur ſententia Domini, dum huc atque illuc vagus atque profugus aberrat, quod dictio illa *Nod* importat, & Vulgatus optime vertit, profugus, quamuis & Rabi Salomoh terram, Nod, eam eſſe dicat, ad quam profugi demigrabant, ad quam & Adam à paradiſo expulſum abijſſe ferunt; quin & Moyſes vrbes refugij pro homicidis Orientem verſus ſitas eſſe decreuit; Hieronymi mens arridet, vnde & Chaldaica translatio habet, habitauit in terra vagus.

נידִ נד — *Ioſeph. l. 1. antiq. c. 4. Hier. q. hebr. in Gen.* — נוד — *Ibidem.*

37 Ad

Hier. qu. hebr. in Gen.

37 *Ad Orientalem plagam Edem.*] Si Edem eſſet, vt inquit Hieronymus, de quo Eze. 27. quadrat ciuitas, quæ poſtmodum ædificata dicitur; ſi vero de paradiſo, quod probabilius eſt, longe ab ipſo multo putandum eſt, quaſi tantum verſus Orientem horti delitiarum migrauerit.

---

a d e m n
.ſ. carnali copula. *quæ erat eius ſoror.* *non ſtatim poſt natiuitatem Henoch, ſed poſt centena annorum, & numeroſam filiorum multitudinem.*
a b c d e f g h i k l m n
Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem,

---

b c
.ſ. Henochiam, ſiue Chanochiam.
a b c d e f g h i k l m n o p
vocauitq. nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porro Henoch genuit Irad, & Irad genuit

---

a m n o
ſiue Machaiael. *& ideo primus bigamus.*
a b c d e f g k l m n o
Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſalem, & Mathuſalem genuit Lamech. Qui accepit duas

---

k n p
ſiue Silla. *Septuaginta, Iabal.* *.i. inuentor, & princeps.*
a b e f g h i k l m n o p q r
vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq. Ada Iabel, qui fuit pater habitantium

---

m n o p q
.i. primus inuentor, & magiſter. *.ſ. cum melo.* *per quæ inſtrumenta omnia, quæ chordis, & quæ flatu tunc pulſabantur, comprehendit.*
a b c d e f g h i k l m n o p
in tentorijs, atque paſtorum. Et nomen fratris eius Iubal: ipſe fuit pater canentium cithara, &

---

b f g
qui & Silla. *primus inuentor, vel excelluit in hoc.*
a b c d e f g h i k l m n o p
organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, &

---

e k l m
quam ferunt laniſicium inueniſſe. *.ſ. quæ timebant vltionem Lamech, propter mortes viri, & adoleſcentis, quos occiderat.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ferri. Soror vero Tubalcain, Noema. Dixitq. Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam

---

c d e k l
.ſ. vt timorem veſtrum excutiam. *.i. per vulnus à me inflictum.*
a b c d e f g h i k l m n
vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcen-

---

b c d g h i k m n
.i. per percuſſionem, cauſantem liuorem in carne, ſiue ex inuidia. *.i. perfecte.* *.i. propter mortem Cain.* *.ſ. propter eius mortem, ſi quis illam ei inferret.* *.i. atrocior, & cumulatior à filijs meis, qui ſuperſtites fuerint, confido.*
a b c d e f g h i k l m n
tulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties.

---

a b c e f n
non poſt tot Cain generationes dictas, ſed per recapitulationem ſtatim poſt mortem Abel. *.ſ. Heuam.* *.i. poſſeſſio.*
a b c d e f g h i k l m n o
Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filium, vocauitq. nomen eius Seth, dicens:

a d
i. ſuppoſuit, & dedit. i. filium:
a b c d e f g h i k l m n o p q r
poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus eſt filius, quem

e f g
i. cultum externum Dei renouare, vel per oratio-
nes vocales implorare auxilium & gratiam Dei;
a b c d e f g
vocauit Enos; iſte cœpit inuocare nomen Domini.

S C H O L I A.

38 *Cognouitq. Cain vxorem ſuam*] Habuit Adam aliam prolem, quæ in Scriptura non eſt expreſſa; & Hebræi affirmant, Heuam quolibet partu geminos edere, maſculũ ſcilicet & feminam. Itaque vxorem accepit ſororem ſuam, quod pro illo tempore non ſolum licitum fuit, ſed & fieri oportuit, ita Hieronymus aduerſus Heluidium.

Hier. contra Heluidium.

חנוך

39 *Quæ concepit & peperit Henoch*] Qui in Hebræo *Chanoch*, & eſt alius ab eo, de quo ſequenti capite de filijs Seth.

Aug. 15. de ci. Dei c. 8.

40 *Et ædificauit ciuitatem*] Non ſtatim poſt natum Henoch intelligas, ſed poſt aliqua annorum centena, vt Auguſtinus aduertit; vixit ſiquidem filius pluſquam ſeptingentis annis, quo annorum ſpatio creſcere potuit generatio Cain in tanta multitudine, vt ciuitates multas replere potuerint: relicta igitur agricultura, ob Dei maledictionem, reipublicæ politiæ, & alijs ad hoc pertinentibus, cum filijs ſtuduit, & etiam præ timore, quo ſemper incedebat, ciuitatem cum filijs ſuis extruxit, quam nomine primogeniti ſui appellauit; ſed & ſex alias condidiſſe, auctor eſt Philo lib. antiquitatum Hebraicarum.

Philo l. Antiq. hebr.

Plato in Tim.

Plin. lib. 7. c. 56.

ἀκρόπολις

41 *Vocauitq. nomen eius ex nomine filij ſui Henoch*] Poetarum error fuit, in aureo ſæculo, in quo Saturnus regnauit, nullas fuiſſe vrbes, ſed poſtea regnante Ioue, ædificari cœptas; quem tamen conſtat poſt Nocticum diluuium fuiſſe: & Plato Ægyptium ſacerdotem Soloni dixiſſe refert, Athenas nouem annorum millibus ante Solonis ætatem conſtructam; cum tamen ab orbis exordio vſque ad Solonem, vix tria millia & quingenta præceſſerint. Inter profanos Scriptores etiam Plinius primam orbis ciuitatem dicit fuiſſe Cecropem, à Cecrope, qui illam extruxit, quæ poſtea *Acropolis* dicta eſt, ideſt, arx: Athenienſibus prius erat Cecropia: Strabo, Argos prius à Phoronæo dicit cõditos, quos Homerus Pelaſgum vocat. Ægyptij omnium antiquitatum gloriam, ementitis annalibus, ad ſe trahunt, & Dioſpolim, quæ ſunt Thebæ, quæ Iouis ciuitas, Hepatompylos etiam dicta, tempore omnes antecedere aſſeuerant. Verum Aenochia hæc, vt Ioſephus notat, Hebræi Chanochiam, omnium vetuſtiſſima eſt, quam Cain condidit, muriſq. cinxit, & terminos agro poſuit: de qua Hieronymus ad Marcellam, & Beroſus Babylonicus monti Libani proximam refert, ex Chaldæorum relatu: eſt & alia de tribu Iuda, nomine Haccain.

Ioſeph. 1. ant. c. 1.
Hier. ad Marcellam.
Beroſus.

מחויאל

42 *Et Mauiael*] Qui in Hebræo *Machuiael*.

43 *Genuit Lamech*] Alius eſt à patre Noe, qui de filijs Seth, de quo ſequenti capite.

44 *Qui accepit duas vxores*] Primus bigamus, vt inquit Hieronymus, nam antea vna erant vxore contenti, ſecundum naturæ primam inſtitutionem, vt vna vni ſociaretur; ſed, vt Auguſtinus dicit, quando mos fuit, peccatum non fuit duas habere vxores.

Hier. ad Saluinam, & contra Iouinian.

45 *Et alteri Sella*] Quæ in Hebræo *Sylla*. צלה

46 *Genuitq. Ada Iabel*] Qui in Hebræo *Iabal*. יבל

47 *Qui fuit pater habitantium in tentorijs atque paſtorum*] Ideſt, primus, qui tentoria inuenit, in quæ ſe paſtores reciperent, & his vſus eſt, vt princeps paſtorum. hæc villatica pactio dicta eſt, & mire à Græcis, & Latinis laudata; de quo Xenophon, Columella, Plinius, Strabo, Iuſtinus. Et aliqui dicunt hunc primum vſum fuiſſe iumentis, ad ferenda tentoria, & illis incedendum, quod ex Hebræo deducere conantur.

Xenophon œcon.
Columel. li. 9. agric.
Plin. l. 18.
Strabo l. 11. Geog.
Iuſtin. l. 11. hiſtoriæ.

48 *Pater canentium cythara & organo*] Ideſt, primus inuentor horum inſtrumentorum, & muſices: Solet enim Scriptura, Hebræorum more, primum alicuius inuentorem & magiſtrum patrem vocare: vnde Salomon Hiram patrem vocat: qualia vero hæc inſtrumenta fuerint illis temporibus, ignoramus; ſed tantum ſcimus fuiſſe muſica inſtrumenta: etenim, *Chinor*, quandoque cytharam ſignificat, vt Pſ. 150. Laudate eum in cythara: quandoq. organum, vt Pſ. 137. Suſpẽdimus *Chinorothenu*, ideſt, organa noſtra: & ita videtur commune nomen inſtrumenti muſici, & ſequens vox *Vgab*, incertæ eſt ſignificationis; nam & ſuſpirare etiam ſignificat: ex quo puto, tibiam importare, inſtrumentum ſcilicet, quod per flatum pulſatur, & hoc vocat organum communi voce, quia quod apud nos ita vocatur, ex tibijs conſtat; nec aptum eſt ſuſpendi in ſalicibus, vt dicitur Pſalm. 137. & ita credo, per hæc nomina importari inſtrumenta, & quæ chordis & quæ flatu pulſantur. Hebræi legunt: in melo, & cythara; quia, quod nos legimus, canentium, intelligendum eſt, cum melo, ſuaui ſcilicet cantu.

כנור
כנרותינו
עגב

49 *Tubalcain*] Qui à Septuaginta Tobel vocatur, Tubalcain vero compoſitione duorum nominum dicitur, ſicut apud Chaldæos, Nabuchodonoſor, Nabuch & Hazar, & apud Arabes Auicena, Auen & Sena, ſic etiam à Tubal & Cain, Tubalcain.

חרש חרש חרשתם למש בלטש

50 *Qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.*] Ideſt, inuentor artis fabrilis. Porro *Charas* verbum, à quo *Chores*, fabricare ſignificat, & arare, vt Iud. 14. Niſi *Charaſlem*, ideſt, araſſetis in vitula mea; & nos Hiſpani, arandi voce, pro eo, quod eſt fabricare, vtimur. *Eſta bien labrada la fuente de plata.* Iam verbum *Latas*, non ſolum malleationem importat, ſed etiam acuere, & limare. Pſalm. 52. Sicut nouacula *Meluttas*, ideſt, acuta feciſti dolum; vtroque enim opera æris & ferri fabricantur, primo malleatione, ſecundo limantur, & acuuntur ad decorem. Vulgatus noſter tantum expreſsit primum, & ſecundum ſubintellexit. Hunc etiam Tubalcain ferunt Hebræi inueniſſe arma inuaſiua ferri; & Philo: Thobel, ait, oſtendit hominibus artes in plumbo, ſtanno, & ferro, & æramento, & argento, & auro, & tunc, vt ille ait; cœperunt homines ſculptilia facere, & adorare; quare, ſi alij ærariæ artis inuentores à profanis Scriptoribus commemorantur, vt videre eſt apud Plinium, & Strabonem, quod in diluuio cuncta fere hæc perierint, quaſi primi iudicati ſunt. vnde his, quæ ſacer textus ſcribit, non aduerſantur.

Philo. lib. antiq. Bib.

Plin. l. 7. Strabo l. 14.

נעמה

51 Noema] In Hebræo *Naama*, hanc ferunt Lanificium inueniſſe, ad faciendas veſtes, cum primum homines animalium pellibus tegerentur; & Noe vxorem fuiſſe refert Ioſephus: at Beroſus, Tyrteam vocat Noe vxorem & Veſtam: vtrumque incertum eſt.

52 *Audite vocem meam vxores Lamech*] Hebræi de hac, & ſequenti ſententia varia loquuntur. Rabbi Moyſes Gerundēſis dicit, vxores iſtas timere valde, ne mala multa ex armorum inuentione contingerent, quæ ipſi patri Lamech imputarentur, & ipſum ſe excuſare; quia, ſi Cain fratricida iam in ſeptima eſt generatione punitus, ipſe, propter tam remotam cauſam malorum, quando puniendus veniret, hoc eſſet in remotiſsimis generationibus; & hoc eſt ſeptuagies ſepties dabitur vltio de Lamech. Alij dicunt, quod cum Lamech iam cæcutiens ad venandum, ductore filio ſuo Tubalcain, in agrum exiſſet, & Tubal à longe vidiſſet inter arbuſta, Cain, putans eſſe feram, vt in eum dirigeret ſagittam, patrem docuit; cumq. Lamech vidiſſet Cain occiſum, timens pœnam à Deo pollicitam, ex ira percuſsit filium, ex cuius ictibus liuida facta eſt filij caro, & mortuus eſt: vnde vxores, vel propter horrorem tanti facinoris, vel timentes vindictam in poſteris, ei coniungi renuebant. quod Hieronymus à maioribus traditum ſcribit, & Ioſephum quidam citant: ſed non eſt apud ipſum. Alij ex eo, quod futurum diluuium audierant, propter nimiam hominum libidinem, quam in ipſo erant expertæ, abſtinuiſſe dicunt, & ideo illum vxoribus dixiſſe, ne timerent eius mortem, quia, ſi Cain fratricidium in ſeptima generatione punitum eſt, etiam ipſius delictum ex ignorantia, in morte Cain, ex ſubita ira in morte filij, ex fragilitate, quantum ad libidinem, in vlterioribus generationibus puniretur. Alij, quod cum male audiret Lamech, quia duxerat vxores duas, & illæ timerēt, ne eam ob cauſam ei malum aliquod accideret, dixit: Numquid hominem aliquem occidi, vt vitæ meæ timere debeatis? Si Caini occiſor grauiter puniendus, quanto magis qui me occiderit? Porro alij, quod cum ab vxoribus male tractaretur, vtpote punitus in his, in quibus exceſſerat per libidinem, timebat, ne ei etiam mortem inferrent; & ideo illis dixiſſe, ſuam necem amplius vindicandam, quam mortem Cain; quaſi dicat: num ego, ſicut Cain, occidi virum & iuuenem ex inuidia, vt non amplius vindicet Deus mortem meam? Cæterum, licet ſacer textus cauſam non exprimat, ſatis ex ſequentibus inferri poteſt, eo ſcilicet, quod vxores timerent vindictam eorum, quos ſe occidiſſe fatetur Lamech, virum ſcilicet in vulnus, id eſt, per vulnus à me inflictum; & adoleſcentulum in liuorem meum, id eſt, per liuorem, ſiue per liuorem intelligas iram, ſiue effectum nimiæ percuſsionis ſine ſanguinis effuſionē. Qui autem fuerint hi duo, quos Lamech fatetur ſe occidiſſe, tacet littera, & nos ignoramus. Suidas verbo, Lamech, duos fratres Henoch, eius, qui in paradiſum tranſlatus eſt, dicit fuiſſe: quos vt inſignes & laude dignos, alterum in virili, alterum in iuuenili ætate, proinde Lamech maxime doluit: ſed hæc incerta ſunt. Theodoretus, & Athanaſius vnum dicunt tantum occidiſſe, ſed quia confeſſus pœnituit, veniam accepit: quod autem ſeptuagies ſepties dicit mortem ſuam vlciſcendam, ideſt, multo amplius, quam mortem Cain, numero certo pro incerto appoſito) idq. dixit, vt ab vxoribus timorem excuteret; nec curandum eſt de veritate & iuſtitia huius vltionis, quia nec Deus hoc dixit, nec ipſe ex verbo Domini, vt Propheta, ſed tantum forſan confiſus de filijs, de quibus tot encomia ſacer textus recenſuit, vt merito, ob paternum amorem, à tantis filijs, ſecundum hoc ſæculum, exſpectare poſſet vindictam grauiſſimam, & atrocem; quaſi dicat, verum eſt me occidiſſe duos viros, ſiue vnum, (quod probabilius eſt, & ſit eiuſdem repetitio conſueta apud Hebræos,) virum, ſcilicet iuuenē, non ſenem; ſed ne timeatis vindictam, *que nadie ſe atreuera à ello. por que ſaben que tengo hijos, que la vengaran cumplidiſſimamente, como nadie ſe le atreue à Cain, con hauer muerto à ſu hermano, por lo que Dios le offrecio, que le vengaria muy bien.* Porro, in prædictorum verborum explicationem, duos libros Originem conſumpſiſſe, teſtis eſt Hieronymus Epiſt. 125. ob rei difficultatem, quam, vt quidam effugiant, præteritum pro futuro interpretantur, cum paraphraſi Chaldaica, in qua nullum occidiſſe ſcribitur; vt ſit ſenſus: ſi ab aliquo etiam viro fortiſſimo, vel ab adoleſcente, qui viribus valet, vulnus acciperem, illum vtique interficerem; valeo ſiquidem viribus: non igitur eſt, vt quid mihi, aut filijs veſtris timeatis, ò vxores meæ, quas triſtes & meticuloſas intueor, quia ſi Cain mortem puniturum Deus promiſit, amplius certe meam vindicaret, qui neminem occidi. Sed certe, cum aperte ſe hominem occidiſſe ſacer textus ex Lamech verbo referat, præſtat cum Ephræm, & Chryſoſtomo & Auguſtino, & Theodoreto ita interpretari, vt eas conſoletur in timore, quem ex patrata nece virorum, ſiue viri, eius vxores conceperant.

R. Moyſes.

Hier. epi. 125 ad Damaſ.

Suidas.

Theod. q. 44. in Gen. Athan. q. 97.

Hier. ept. 125 ad Damaſ.

Ephr. in Gen. Chryſ. in Gen. Aug. in Gen. Theod. qu. in Gen.

53 *Vxores Lamech*] Ideſt, vxores meæ: ſolent enim Hebræi de ſe quandoq. loqui in tertia perſona.

54 *Cognouitq. adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium*] Per recapitulationem hoc dictum intelligo, non poſt tot natos filios ex Cain, vt Iudæi fingunt, quod ſcilicet, quamuis Adam vouerit poſt mortē Abel, nō amplius accedere ad vxorē ſuam, & ita cuſtodierit, vt magiſter hiſtoriarū ex Strabone

refert; Cæterum, in iudicem vocatus, ex quo vxores Lamech congreſſum renuebant, vt eas à propoſito auocaret, ad orbis propagationem, ex diuino conſenſu, acceſſit & ipſe ad vxorem ſuam. Ego tamen non ſic credo, ſed quod paulo poſt mortem Abel, fuerit hic Adæ acceſſus ad mulierem, de quo hic Scriptura loquitur, vt ex principio ſequentis capitis aperte deprehenditur.

Seth] Id eſt, proceſſio: vnde ſequitur: poſuit mihi, id eſt, conceſsit filium alium loco Abelis.

Rauclin. de verbo mirifico. 58 *Iſte cœpit inuocare*] Rauclinus de verbo mirifico, hoc potius patri, ſcilicet Seth, tribuendum eſſe iudicat, ſed littera expreſſe de filio ſuo Enos loquitur, ſed quia vox Hebræa *Chalal*, incertæ ſignificationis eſt, & incipere & prophanare ſignificat, Iudæi, vt teſtis eſt Hieronymus, legunt ſicut *Hier. q. Hebr. in Gen.* ſicut & Aquila: tunc cœpit inuocari nomen Domini, & interpretantur de idololatria, quod ſcilicet non ab Enos ſeruo Dei, ſed à filijs Cain, ſoli, lunæ, & idolis Dei nomen tribui, & quod Iabel inuenit tentoria, vt ibi idola reponeret, & Iubal muſicis inſtrumentis in illorum honorem perſonaret. Sed Gregorius Nazianzenus in oratione ad eos, qui *Greg. Nazian.* morbo ſacro eſſent impliciti, inquit: de ſpe Enos, qui primus ſperauit, inuocare nomen Dei; & Hie- *Hier. q. Hebr.* ronymus idem inſinuat; quibus conſonant ſacer textus, etiam iuxta Septuaginta interpretes, & Targum: quare præſtat cum ſanctis Patribus Enos tribuere, etiam à patre Seth edocto, vt ipſe inuenerit per quaſdam vocales orationes, Dei auxilium & *Euſeb. l. 11. de præ. Euang.* gratiam implorare, vt Euſebius refert, vel quod poſt tantum tempus à ſacrificijs Abel, extinctum cultum externum Dei (quod Hebræa phraſi inuocare nomen Dei dicitur) in filijs Cain, ipſe Enos filius Seth filij Adam, cœperit renouare, quod ſatis eſt, vt incepiſſe dicatur, maxime quod Deum palam coleret, & excellentius, quam vulgus ſoleret.

CAPVT QVINTVM.

c .i. enarratio, ſiue enumeratio.
d .i. ſobolis, per quam ſcilicet Chriſtus Dominus deſcendit.
f g .i. à tempore.
i .i. condidit, ſeu efformauit.
l .i. homines Adam .ſ. & Heuam.
m n .ſ. ſecundum intellectũ, & voluntatem

a b c d e f g h i k l m n
Hic eſt liber generationis Adam. In die, qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem

a pro, ſuam.
d e f per recapitulationem refertur, non quod ſimul, ſed prius maſculum, & ex eius coſta feminam.
g .i. efformauit.
k quantum ad propagationem. q. d. fœcundos reddidit.

a b c d e f g h i k l m n o
Dei fecit illum. Maſculum, & feminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen

b i. homo, ita Hieron. q. Hebr.
k hic iam pro particulari homine ſumitur, ſ. qui primo conditus eſt.

a b c d e f g h i k l m n o p
eorum Adam, in die quo creati ſunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit

a b c d e .i. ſibi perſimilem facit.

a b c d e f g h i k l m n o p
filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vocauitq. nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam,

g Horum non fit mentio, quia non ab eis Chriſtus.

a b c d e f g h i k l m n o
poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitq. filios, & filias. Et factum eſt omne tempus

quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitq. Seth, poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitq. filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt. Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitq. filios, & filias.

& filias. Et facti ſunt omnes dies Cainam, nongenti decem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel, octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt. Vixitq; Iared centum ſexaginta duobus

---

d
in heb. Chanoch.
a b c d e f g h i k l m n o
annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.

---

i k l m a b
in heb: Methuſala, alij Mathuſalem. .i. ſancte & religioſe vixit.
a b c d e f g h i k l m
Porro Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis, & genuit filios & filias.

---

m n
.i. iuſte ac ſancte ad Dei voluntatem vixit.
a b c d e f g h i k l m n o
Et facti ſunt omnes dies Henoch, trecenti ſexaginta quinque anni. Ambulauitq; cum Deo, &

---

d
.i. tranſtulit viuum in paradiſum terreſtrem.
a b c d e f g h i k l m n
non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala, nongenti ſexaginta

---

d e
.ſ. anno, quo cœpit diluuium.
a b c d e f g h i k l m n o
nouem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit

---

g h
.ſ. iuuando nos, vt filius in labore terra.
a b c d e f g h i k l m n o
filium: vocauitq; nomen eius Noe, dicens: iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum

---

d e
& ideo magno labore reddit fructum.
a b c d e g h i k l m
noſtrarum in terra cui maledixit Dominus. Vixitq; Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti

---

x l m
.i. poſt annos quingentos ætatis ſuæ, cœpit ſequentes filios generare.
a b c d e f g h i x l m
ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noe vero cum quingentorum eſſet annorum,

---

a b c d e
ſub diuerſis temporibus; non enim ſimul geniti ſunt.
a b c d e
genuit Sem, Cam, & Iapheth.

SCHO-

S C H O L I A.

1 HIC eſt liber generationis Adam] Anacephaleoſis eſt, ideſt recapitulatio eorum, quæ à principio dicta ſunt. Porro *Saphar*, à quo *Sepher*, ideſt, liber, proprie numerare ſignificat. 2. Reg. 24. Poſtquam *Saphar*, id eſt, numeratus eſt populus; & inde importat narrare, quod qui geſtum narrat, vnum poſt aliud quaſi enumerat, Iud. 7. *Meſapher*, id eſt, narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo, & noſtro idiomate, vtimur enumerandi verbo, pro narrare, vt; narrabat mihi euentū, *contauame lo que hauia acaecido*. Rurſum, quia in libris & literis narrantur facta, & eorum narratio diutius permanet, etiam ſignificat librum & literas. vt 4. Reg. 5. Detulit *Haſepher*, ideſt, literas ad Regem Iſrael: & Pſ. 69. deleantur *Miſepher*, ideſt, de libro viuentium. Iam hoc loco omnes vertunt: hic eſt liber. Solus Rabbi Dauid dicit: hæc eſt narratio generationum; & certe hoc loco, liber, ſicut & alibi, frequenter pro narratione ſeu enumeratione ſumitur, ac ſi dicas, hæc eſt enumeratio filiorum Adam, & illos tantum recenſet, per quos deſcendit Noe; in quo Adæ ſoboles poſt diluuium permanſit, vt Auguſtinus aduertit. Iam Auguſtinus contra Fauſtum, dicit Manichæos effinxiſſe librum de Genealogia, vel filijs & filiabus Adæ, quem Gelaſius. diſt. 15. vna cum alio libro, qui Adæ pœnitentia dicitur, inter damnatas ſcripturas annumerat.

ספר כפר ספר מספר הספר מספר

Aug. 15. de ciu. Dei, c. 6.

2 *Generationis Adam*] *Toldoth* apud Hebræos, & generationes & euentus ſignificat; vnde Hebræorum Rabbini, vbicumque in ſcriptura fuerit, locum illum docent de natiuitatibus & euentibus & actionibus, cuius illic fit mentio, intelligendum eſſe.

תלדות

3 *In die*.] Ex hoc loco putant Iudæi, ſtatim in paradiſo Adam cognouiſſe Heuam; ſed, vt vidimus, hoc non eſt de mente ſanctorum Patrum: ſumitur igitur hic, dies, ſicut & alibi ſæpe, pro tempore, id eſt à tempore, quo creauit Deus hominem.

4 *Creauit Deus hominem*,] id eſt, condidit, ſeu efformauit: nam neque vox Hebræa *Bara*, vt ſupra vidimus, neque res productæ cogunt nos intelligere de vera creatione, quæ eſt ex nihilo. Porro hominis nomen ſumitur hic, vt commune eſt ad marem & feminam, id eſt homines, Adam ſcilicet & Heuam, Hebræorum more; quo ſæpe ſingulare pro plurali ponitur.

ברא

5 *Ad ſimilitudinem Dei fecit illum*.] Hic ſimilitudo ſumitur communi voce, vt etiam imaginem comprehendit; & eſt ſermo de illa naturali, quæ ſecundum intellectum & voluntatem attenditur, vt ſupra diximus.

6 *Maſculum & feminam creauit eos*.] Per anacephaleoſim hæc dicuntur, non quod ſimul vnum hominem maſculum & feminam fecerit, ſicut Iudæi fingunt, ſed quod in illo creationis tempore, Adam condiderit, & ex eius coſta Heuam formauerit.

7 *Et benedixit illis*.] Intellige, ſicut in primo capite explicauimus.

8 *Et vocauit nomen eorum Adam*.] Hic, Adam, non vt nomen proprium primi hominis, ſed vt nomen commune omnium hominum ſumitur, iuxta illud Pſ. 8. Quid eſt homo, quod memor es eius? Pro homine, in Hebræo eſt, Adam.

9 *Vixitq; Adam centum triginta annis*.] Hic, Adam iam ſumitur, vt nomen proprium primi hominis. Porro varietas computationis temporum, quæ eſt inter Septuaginta interpretes, & noſtrum Vulgatum (qui cum Hebræis concordat) vt ſuſpicor cum Auguſtino, non ex Septuaginta interpretū deceptione, ſed magis ex incuria ſcribentium & librariorum euenit, & cauſa extitit, vt varie antiqui Patres ſupputauerint: vnde multi, inter quos Seuerus Sulpitius Bituricenſis Archiepiſcopus, & Methodius, dicunt, prætermitti hic centum annos, quibus Adam luxit Abel; ſed hoc dixerunt, quia in ſuis codicibus legebant conſequenter: & facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, ſeptingenti anni; vbi nos legimus octingenti anni: vera igitur annorum ſupputatio eſt, vt Hieronymus affirmat, quæ iuxta Hebræos nunc eſt in Vulgato textu.

Aug. 15. de ciuit. Dei. c. 13.

Seuer. li. 1. ſac. hiſtoria. Methodius.

10 *Et genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*.] Quod neque de Cain, neque de Abel, aut de alio Adæ filio dictum eſt. quamobrem quidam interpretantur, quod ex ſolo ſemine Seth, ſeruanda erat eius ſimilitudo & imago tempore diluuij, per quod delendæ erant reliquæ generationes. quod Moyſes conſiderans, in ſolo Seth eius imaginē depinxit, acute ſatis. Cæterum ego credo, Seth ſimiliorem fuiſſe Adæ in facie, quam reliqui eius filij, & ideo ad illius ſimilitudinem ac imaginem extitiſſe, ipſum præ cæteris dici. De quo Seth multa in eius laudem reperies apud Suidam & Ioſephum. Scio R. Moyſen Ægyptium ſcribere, Adam & alios, ſed nequiſſimos filios genuiſſe, qui proinde *Rucoth*, id eſt, dæmones dicti ſunt; Seth vero, quod iuſtus eſſet, ad eius imaginem conditum affirmat.

Suidas verbo Seth. Ioſeph. 1. ant. c. 2. R. Moyſ. 1. directoris dubitan. cap. 6.

רוחת

11 *Vixitq; Cain ſeptuaginta annis*.] Septuaginta interpretes legunt: centum ſeptuaginta; ſimiliter de reliqua vita Adæ, vbi nos legimus: vixit Adam, poſtquam genuit Seth, octingentis annis, ipſi legūt Septingentis. Rurſum legunt: vixit Malaleel centum ſexaginta quinque annis, & genuit Iared; nos vero legimus tantum, ſexaginta quinque annis, & cum Lamech genuit Noe, ipſi habent fuiſſe centum octoginta octo annorum; nos vero, fuiſſe centum octoginta duorum annorum. Item Seth poſt genitum Enos, vixit, inquiunt, 707. annis; nos vero 807.

Enos, ante genitum Cainam, vixit, inquiunt, 190. nos vero. 90.

Enos poſt genitum Cainam 715. nos vero 815.

Cainam ante genitum Malaleel, inquiunt. 170. nos vero 70.

Cainam poſt genitum Malaleel, iuxta Septuaginta 740. nos vero 840.

Malaleel poſt genitum Iared 730. nos vero 830.

Iared ante genitum Henoch 162. nos vero 62.

Henoch ante genitum Mathuſalem 165. nos vero 65.

Henoch poſt genitum Mathuſalem 200. nos vero 300.

Mathu-

Mathuſalem ante genitum Lamech 167. nos vero 187.

Lamech poſt genitum Noe 565. nos vero 570.

Omnis vita Lamech 753. nos vero 777.

In omnibus prædictis, diſcordant Septuaginta interpretes à noſtro Vulgato & ab Hebræis; ſed iuxta S. Hieronymum & veritatem Vulgati computatio, quæ & ſecundum Hebræos eſt, vt verior, eſt ſequenda.

Hier. q. Hebr. in Gen.

מהללאל

12 *Et genuit Malaleel.*] In Hebræo *Mahalelel*.

חנוך

13 *Et genuit Henoch*] In Hebræo *Chanoch*, ſicut & vnus ex filijs Cain, de quo, capite præcedenti.

14 *Et ambulauit Henoch cum Deo*,] ſecundum Hebræam phraſim, id eſt conformiter ad Dei voluntatem ſanctè vixit; & quamuis aliqui dicant, hoc tantum fuiſſe, poſtquam genuit Mathuſalem; ego tamen puto & ab ineunte ætate & per totam vitam intelligendum fore, cum bis id referat ſacer textus, ſic, vt primum reſpiciat anteriorem vitam, vſque ad generationem Mathuſalem incluſiue; ſecundum vero, reliquum vitæ tempus, quo apud nos fuit.

Aben. Ezra. R. Scelomoh. in Gen. Procop. in Ge. Maxentius in reſponſione cōtra Neſtorianos. Iunilius: Philo de vita ſapientis. Chryſ. ho. 21. in Gen. & ho. 22. in Epiſt. ad heb. Theod. q. 45. in Gen. Iren. li. 5. contra hæreſ. Valentini. Hier. contra Iouinianum. & epiſt. 61. ad Pammachiū. Aug. 9. in Gen. c. 6. & lib. de peccatorū meritis & re. c. 2. & 3. & li. 2. de p. orig. c. 22. Ruper. l. 3. in Gen. c. 33. & li. de paradiſo diſput. 3. S. Th. in Epiſt. ad Hebr. 11. Clem. Papa li. 5. Conſt. Apoſtolicarum c. 8 Iuſtinus q. 85. Cypr. li. de mōtibus Sina & Sion. Athan. in Ep. de decretis Cōcilij Nycæni. Baſil. ho. 11. in Hex. Ephræm Syrus in commentarijs Hex.

15 *Et non apparuit, quia tulit eum Dominus*] Hebræi, inter quos Aben Ezra, & R. Scelomoh putant hoc eſſe per mortem; nam licet iuſtus eſſet, prauas tamen habebat pronitates; & ideo tulit eum Dominus, ne malitia mutaret intellectum; quod de viro iuſto. Sap. 4. dicitur, Deum aliquando facere: & Procopius Sophiſta tranſlationem hanc immutationem fuiſſe dicit, ex mortali ad immortale corpus: Patrum tamen communis conſenſus eſt, illum viuum in paradiſum terreſtrem, à Deo tranſlatum, qui nihil terrenum ſapuit, vt ait Maxentius, & tempore Antichriſti venturum ad prædicandum: per euntis, inquit Iunilius, vitæ renouator effectus, & tunc moriturum; quod ſatis aperte dicitur Eccleſiaſt. 44. & ad Heb. 11. Niſi parum conſonas alias adhibueris prædictis locis interpretationes, & paraph. Onkelos, quia non mori fecit eum Dominus. idem in Targo Hieroſolymitano, & Philo Iudæus libro de vita Sapientis; ad locum incognitum dicit tranſlatum; prædicta Patrum ſententia eſt Chryſoſtomi & Theodoreti, licet non dicant, quo ſit tranſlatus: eandē tenuerūt Irenæus, qui ſcribit ex traditione presbyterorum, qui Apoſtolos audierant Henoch & Eliam translatos fuiſſe in paradiſum in quo fuit Adam, Clemens Papa idem tenet apud Iuſtinum martyrem. Cyprianus, Athanaſius, Baſilius, Ephræm Syrus, Ambroſius lib. 4. de fide c. 1. & lib. 2. in Lucam: Epiphanius Hæreſi 64. Gregor. Nazianz. lib. 2. de Theologia, Proſper Aquitanicus li. de prouidentia Dei cap. 6. & in dimidio temporis. cap. 13. 15. & 16. Gregor. Papa lib. 9. in Iob cap. 4. & li. 21. c. 36. & hom. 12. in Ezech. S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. de ortu & interitu ſanctorum cap. 3. Procopius Gazeus in 4. cap. Gen. Theophilactus, & Oecumenius in cap. 11. Epiſt. ad Hebr. S. Eucherius Lugdun. lib. 1. in Gen. c. 18. Rabanus in Opuſc. de Antichriſto, Hieronymus (qui ex defectu ſcribentis, aduertit aliquando Henos pro Henoch poſitum) Auguſt. Rupertus & S. Thomas; quamuis, quantum ad hoc, quod translatus fuerit in eundem paradiſum, à quo Adam proiectus eſt, non omnes præcitati Patres conueniant.

מתושלח

16 *Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis.*] Alij Mathuſalem, in Hebræo *Mathuſala*. Porro apud Septuaginta tantum ſunt centum ſexaginta ſeptem anni, vt diximus; quod famoſæ quæſtionis cauſa extitit, vt Hieronymus, & Auguſtinus referunt, vt inde inferrent, Mathuſalem quatuordecim annis poſt diluuium vixiſſe; cum tamen Auguſtinus, tribus Græcis codicibus, vno Latino, & altero Syro collatis, ſex annis ante diluuium mortuum fuiſſe dicat; & Hieronymus eodem anno, quo diluuium fuit; quod veriſſimum eſt, & facta annorum computatione, iuxta Vulgatum, & Hebræos aperte conſtat; nam 187. Mathuſalem, & 182. Lamech, & 600. Noe vſque ad diluuium efficiunt 969. qui ſunt vſque ad diluuium pariter & vitæ Mathuſalem.

Hier. q. Hebr. in Gen. Aug. 15. de ci. Dei c. 13. Aug. vbi ſup. Hier. q. hebr. in Gen.

17 *Facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta nouem anni.*] Quidam mirantur tam diuturnam horum hominum vitam; vnde Plinius & alij profani ſcriptores confingunt annos illius temporis ita breues, vt iuxta illorum mentem, Enos genuerit filium, cum adhuc eſſet annorum vndecim, iuxta durationem anni, quæ nunc eſt in vſu; & Cainam genuerit Malaleel adhuc puer ſeptem annorum: quo argumento Auguſtinus illos redarguit, qui infra capite vndecimo, dicuntur octingentis & ſeptingentis annis vixiſſe, pueri trium vel quatuor annorum generaſſent, cum trigeſimo anno ibi genuiſſe filios dicatur. Adde quod infra cap. 8. dicitur, menſe decimo, & poſt, vſque ad principium ſequentis anni, ſexaginta dies dicantur tranſiſſe, & in menſe dicitur vigeſima ſeptima menſis. non ergo, vt aperte ex dictis conſtat, neque menſes, neque anni breuiores tunc, quam modo fuerunt, ſed erant & computabātur, ſicut nunc. Hinc alij tribuunt huius longænæ vitæ cauſam climati & conſtellationi illius regionis & bonitati ciborum; ſed hæc licet iuuent ad longiorem vitam, non tamen in tanta temporis differentia. alij dicunt, iam naturæ vires & ciborum vim extenuari in tam diſtantibus generationibus ab Adā, qui naturam in ſuæ integritatis robore obtinuit: quod non eſt rationabiliter dictum, quia ſic à tempore Dauid, vſque ad noſtra tempora, maximum foret diſcrimen circa vitæ durationem, ſicut fuit à principio orbis, vſque ad Dauid, ſi proportionabiliter ſucceſſione temporum ciborum vis & corporū vires extenuarentur; & tamen ipſe ait: dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & modo ita ſimiliter dici poteſt, vt experimur. vixerunt itaque homines ante diluuium longiorem vitam, Deo ſic diſponente, ſicut ad orbis propagationem expediebat; ſimiliter & ſtatim poſt diluuium, licet non regulariter adeo diuturna vita, ſicut antea. Hanc Patres rationem reddunt vitæ tam diuturnæ.

Auguſt. 15. de ciu. Dei c. 12. S. Tho. d. 32. q. 2. ar. 4. & de malo q. 4. ar. 8 ad 11.

נחם הנחם נח נח

18 *Vocauitq; nomen eius Noe, dicens iſte conſolabitur nos ab operibus?*] In Hebræo *Noach*, à verbo *Naham*, quod eſt conſolari. Pſal. 76. Renuit *Hinnachem*, id eſt, conſolari anima mea; vel à verbo *Nah*, id eſt, quieſcere. Septuaginta ſecuti hoc ethymon, legunt: requieſcere faciet; & Philo: hic, inquit, requiē dabit nobis & terræ, ab ijs, quæ ſunt in ea, in quibus viſitabitur propter iniquitatem operum malorum: ſicque cum Septuaginta legunt multi ex Græcis, inter quos Chryſoſtomus; nec Hieronymus hanc lectionem horret. Cæterum Vulgatus, hoc loco à verbo *Naham* optime tranſtulit, conſolabitur,

Philo 1. antiq. Chryſ. Hier. q. hebr.

נחם

quod &

נח Diod. Tarſen. Epiſc.

quod & Hieronymo in verſionibus placuit; non enim hoc loco eſt à radice *Noha*, id eſt, quieſcere. Hunc Noe ferunt Hebræi, & Diodorus Tarſenſis Epiſcopus inueniſſe artem arandi in iumentis, quo laborem hominũ maxima ex parte leuauit, qui antea labore manuum, aliquibus inſtrumentis terram colebant. vnde & cap. 9. infra vir agricola dictus eſt, & cum hoc præſcirent patres eius, vel diuinitus vel ex aſtrorum obſeruatione, vt quidam putarunt, prædictum nomen ei impoſuerunt, quaſi dicat *el nos aliuiara el trabajo de nueſtras manos, paſſando la maior parte del, alos iumentos, ingeniando el labrar con beſtias.* Sed ego exiſtimo, hoc dictum eſſe tantum, quia nato filio, haberent ſocium in labore ſeniores & infirmiores parentes, quaſi dicat, iam naſcitur vir, qui nos conſoletur, vt filius, adiuuando nos in labore terræ maledictæ.

18 *Cum quingentorum eſſet annorum,*] Hebræi dicunt tanto tempore abſtinuiſſe, quia cum ſaluandus eſſet cum prole, nulla eos arca capere potuiſſet. ſed melius cum Auguſtino tam de Noe, quam de alijs, quos poſt multos annos generaſſe legimus; id factum eſt, vel quia pubertas tardior, ſicut & multa annoſitas, vel quia ſcriptura eos tantum commemorat filios, per quos ordo generationis vſque ad Noe texeretur, non quod alios filios non genuerint; quod veroſimilius puto. Aug. 15. de ci. Dei c. 15.

20 *Sem, Cham, & Iapheth.*] Non intelligas vno concubitu, ſed quod illos, natus iam quingentos annos genuerit.

CAPVT SEXTVM.

b *poſt maledictionem Cain.* c *ſ. qui ex Cain.* k l m *ſ. qui ex Seth, quòd Dei cultores, ſic dicti.*

Cumque coepiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent. Videntes filij Dei

a b *ſ. quæ ex Cain, filiæ vtique impiorum hominum.* f *.i. duxerunt.* i k *.i. omnes, quas volebant, non contenti vna vxore.*

filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.

a *in Hebræo iedua .i. ſons effendi non naturaliter, ſed libere dans, & auferens, vt hic.* c d e f g h i *.i. non perſiſtet generatio iſta peſſima coram me in æternum.* e f *.i. vita ſeu anima quam ei dedi.* l m n *.i. omnino ſecundum carnem viuit.* o *.i. tempus.*

Dixitq; Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntq; dies

a *vſque quo deleam per diluuium illos, & in tempus, quo poſſint reſipiſcere.* c d *ſed quia nullum apparuit pœnitentiæ veſtigium, abbreuiauit hos viginti annos. vel certe præpoſtere narrat hæc Moyſes, vt ſæpe ſolet.* e *.i. homines vltra ſolitum, & mole, & viribus reliquis impares.*

illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis; Poſtquam

b *.i. carnaliter commiſti.* d e *.i. qui ex Seth.* g h *quæ ex Cain.* l m *ſ. filij, qui ſunt.* n *ſ. viribus ad prædationes & ſimilia ſcelera perpetranda.* p *quam antea fuerint.*

enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo

b *ſ. in malis.* c *non quod antea neſcierit, ſed quia videre dicitur, cum punit, & quando diſſimulat, ſe habere ad modum non videntis.* g *& grauitate, & extenſione.* h *quia ex certa malitia iam peccabant.* l m *ſ. habitantium.* o *quia non alijs intẽdebant.* p *ſtudium peccandi innuitur.*

viri famoſi. Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio

a *.i. intellectus.* f g *quaſi dicat numquam à malo ceſſabant.* h *per metaphoram ſ. admodum pœnitentis deſtruere ſtatuens, quæ fecerat.*

cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pænituit eum quod hominem feciſſet in terra.

Et Ia-

b c d e f f h i k m n

per metaphoram ad modum eius, qui dolet factū, deſtruit quod fecerat. .i. intima cordis penetrante. nullum .ſ. relinquens veſtigium. per diluuium. .i. homines. .i. quos .i. condidi. ſ. quod nō viuāt amplius i terra.

a b c d e f g h i k l m n o p

Et tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine

c e i k o

quia ad vſum hominis ſunt, in eius execrationem, & hac delebo. .ſ. quę non habent pedes, aut ita breues, vt non poſſint ſupra ipſos eleuari aut conſiſtere. .i. aeris: per metaphoram ad modum pœnitentis deſtruā, quæ feci. .i. homines, & quæ ad illius vſum, vt ſic.

a b c d e f g h i k l m n o p q

vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli. Pænitet enim me feciſſe eos. Noe vero

a b e f g l

.i. gratus Deo fuit ſiue meruit fauorē. per anacephaleoſim. .i. filij ſeu proles, & hæc ſunt, quæ Noe temporibus acciderunt. .i. fidelis.

a b c d e f g h i k l m n

inuenit gratiam coram Domino. Hæ ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atque per

c d e f g h

.i. ſua ætate & ſæculo. .i. iuſte, & ſancte vixit.

a b c d e f g h i k l m n o p q

fectus fuit in generationibus ſuis. cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cam, & Iapheth.

a d e f h i k m

quia peccatum eſt quaſi corruptio naturæ rationalis. .i. homines eā inhabitantes. .i. Deo uidente, uel ſecundum Dei iudicium, licet non ſecundum æſtimationem hominum. .i. uenit ad menſuram uindictæ iniquitatis. non quod antea ignoraret, ſed quia iam corruptam uidit, & admodum uidentis ultus eſt.

a b c d e f g h i k l m n o p

Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe

d f g n

.i. homo. .i. legem naturalem & conſuetudinem, quæ ſecundum legem. .i. interitus, ſeu conſummatio.

a b c d e f g h i k l m n

corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.) Dixit ad Noe: finis

a b c d e f h i k l p

.i. hominis & quæ in uſum eius, quæ ſupra. .ſ. uideo ex iuſtitia debitam, & quaſi iam fuiſſet. quia iam uenit ad menſuram uindictæ. .i. homines eā inhabitantes. .i. ipſis ſcientibus & operantibus eam. per diluuium.

a b c d e f g h i k l m n o p

vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam

b c

quia ex aquis ſalſis etiam amplius ſterilis & deterior reddita fuit.

a b c

eos cum terra.

S C H O L I A.

1 CVM *cœpiſſent homines multiplicari.*] Aliqui hoc referunt ad tempus ante mortem Abel, qui cum occiſus fuit, iam erat centum annorum, & Cain centum & quindecim, vt refert magiſter hiſtoriarum ex Methodio martyre; & iam multiplicati & diſperſi erāt homines: vnde Cain ſtatim poſt fratrem occiſum, dixit: omnis, qui inueniet me, interficiet me: ſed ego credo loqui de multiplicatione filiorum Cain, poſt mortem Abel, & maledictionem Cain, cum iā alij idololatræ eſſe cœperint; hos enim hic vocat homines, de quorum filiabus poſtea dicit: cum vidiſſent filias hominum, ad differentiam filiorum Seth, quos filios Dei, vt ſtatim videbimus, nominabant.

2 *Videntes filij Dei*] Chaldæus: filij magnatum. Symmachus: filij potentum. Vulgatus: filij Dei, & emendatius, iuxta Cyrillum in Hebræo *Bene oeloim*, id eſt, filij Dei: at quam Philo Iudæus, & Euſebius Cæſarienſis ſequuntur, editio vetuſtior Septuaginta habet *i aggeli tu teu*, id eſt, angeli Dei, quam tranſlationē imitatus Aquila, teſte Hieronymo, vertit, filij Deorum, per Deos Angelos intelligens, & illam, vt Procopius refert, plerique Græcorum, & Latinorum multi (inter quos Ambroſius, & Auguſtinus) receperunt & expoſuerunt. Hinc aliqui hos Dei filios dixerunt fuiſſe Angelos, inter quos Philo, Iuſtinus martyr, Clemens Alexandrinus, Tertullianus Afer, Seuerus Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus, Methodius Olympi Epiſcopus, Euſebius, Ambroſius, & Chryſoſtomus; licet Ambroſius, alibi oppoſitum ſentiat.

Cyrill. lib. 9. cont. Iulianū
בני אלהים
οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ
Hier. q. hebr. in Gen
Philo lib. de Gigantibus.
Iuſtin. in apologia ad ſenatum Romanū & in apol. ad Antonin. Piū
Clem. 3. & 4. vol. ſtromatū
Tertull. li. de habitu mulie.
Seuer. li. 1. ſuæ hiſtoria.
Method. ſer. de reſurrectione.
Euſebius 5. de prep. Euāgel.
Amb. li. 1. de Noe & in Pſ. 118. & epi. 8. ad Demetr.
Chryſ. ho. in decol. Io. Bap.
Amb. l. de Noe

ſentiat. quod vero ex prædictis aliqui id bonis angelis tribuunt, & hoc dicunt illorum fuiſſe peccatũ, ſcilicet libidinis, nullo modo tenendum eſt: & quãuis etiam de malis angelis, vt impoſſibile, id videantur aliqui impugnare, vt Cyrillus, & Philaſtrius, quibus videtur fauere quod ex Ancyrano Concilio. 26.q.5. refertur, intelligendi ſunt, non quaſi angeli ex ſe habeant vim generatiuam, vel quod in veros homines conuertantur, vel alijs modis impoſſibilibus, de quo Auguſtinus, & S. Tho. Cæterum id fieri potuiſſe, Auguſtini, & Innocentij Octaui in quadam decretali, immo & totius Eccleſiæ Catholicæ indubitata determinatio eſt. per Syluanos & Faunos, quos vulgus, vt inquit Auguſtinus, incubos, & ſuccubos appellat, efformatis corporibus, non humanis, ſed ad eorum ſimilitudinem, accipiendo ſcilicet ſemen ab homine, cui in ſimilitudinem mulieris ſe ſubiecerunt, & illud feminæ poſtea infundendo, cui in ſimilitudinem viri, coniunguntur; quamuis qui naſcuntur, non filij dæmonis; ſed eius hominis ſunt, à quo verum ſemen deciſum eſt. Poſſunt rurſus in his ſpectare aſtrorum motus & aſpectus, & viri & feminæ diſpoſitiones, & applicare aliqua nobis ignota, quibus ſemen prolificum robuſtiorem viribus, & mole maiorem faciat prolem.

Cyrill. li. ad Sergoriaũ in pẽtateuc. ſer. 1. Philaſt. in Catalogo hæreſ.

Aug. 7. de Trinit. c. 8. & 9. S. Tho. p. p. q. 51 ar. 3. & de poten. q. 6. ar. 8. ad 7. Aug. 15. de ci. Dei c. 16. 23. & 25.

3 *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ*] Chryſoſtomus, nuſquam in ſcriptura, angelos Dei filios dictos, contendit, quod iuxta Septuaginta tranſlationem dixiſſe credendus eſt, qui ſemper vertunt, angelos Dei, vel, angelos meos, vbi Vulgatus. Iob 1. & 38. filios Dei vocat angelos, de quibus in prædictis locis eſt ſermo. Cæterum non ſolum angeli, ſed & filij Iudicum, & magnatum dicti ſunt in Scriptura, filij Dei. Exo. 22. & *Eloim*, quo nomine Scriptura vtitur, iudicem proprie ſignificat. Rurſum, viri ſtatura proceri, filij Dei dicuntur, ſicut montes Dei, montes altiſſimi. Ex his aliqui per filios Dei hic angelos intelligunt, vt Iuſtinus cum ſupra recenſitis, & R. Salomoh; alij ipſos Gigantes. Sed certe ego exiſtimo non intelligi angelos, in quibus vtpote non eſt libido, vt earum pulchritudine allici poſſint, quam, vt cauſam, Scriptura affirmat; ſed magis malitia & inuidia moti ſimilia quandoque perpetrant, vt Anaſtaſius aduertit; nec filios iudicum aut magnatũ intelligo, vt Chryſoſtomus, Damaſcenus, Epiphanius cenſent, quibus & Chaldaica tranſlatio arridet, qui vi capiebant & opprimebant plebeias virgines, vt dicunt aliqui; cum eas in vxores ducere dicat literæ textus; nec tantum Gigantes, quin ex his ortos eſſe Gigantes Scriptura commemorat: ſed filios Seth, vt Theodoretus Syri Epiſcopus, Cyrillus, Suidas, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Caſſianus, Rupertus, & plerique alij ex Patribus & ſanctus Thomas cenſent; qui, vt Iſraelitæ, dicti ſunt Dei populus, ex cultu vnius Dei & peculiari Dei fauore & familiaritate, vt nos à Chriſto Chriſtiani: ita, quia ex auita ſanctitate vigebat in illis cultus vnius Dei, ſicut filij nuptiarum, id eſt nuptijs dicati, ita & filij Dei, qui ex Seth, quia Dei cultum, præ cæteris gentibus, habebant; filij vero Cain poſt paternam maledictionem, in vitia prorumpentes, & ſolum humana curantes, quorum filiæ lubricæ & curioſæ, & hominibus tantum placere ſtudentes, filiæ hominum merito dictæ ſunt. ita Cyrillus, Beda, & Anaſtaſius, & cum illis, filijs Seth interdictum erat conubium; veluti cum profanis & idololatris, vt refert Ioſephus; ſed poſtea allecti earum nimia pulchritudine, permiſti ſunt illis, ſicut poſtmodum filij Iſrael Madianitis, & ſimiliter facti ſunt impietatis earum participes, iuxta illud Pſ. 105. Permiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus. Porro de Seth, & quomodo dictus ſit Deus, eiusq; poſteri filij Dei, videndus eſt Suidas verbo, Seth.

Chryſ. ho. 22. in Gen.

אלהים

Iuſtin. vbi ſupra.

Anaſt. q. in ſcript. Chryſ. in cap. 10. Gen. Damaſc. Epiph. lib. de hæreſibus. Theod. q. 47. in Gen. Cyrill. li. 9. cõtra Iulianũ. Suidas verbo Seth. Chryſ. ho. 22. in Gen. Aug. 15. de ci. Dei c. 23. Caſſian. coll. 8. c. 21. Rupert. in Gen. c. 12. S. Tho. p. p. q. 51. ar. vlt. Cyrill. lib. 9. cõtra Iulian. Beda in. 5. c. Gen. Anaſt. q. 98. in ſcrip.

Ioſeph. 1. ant. c. 2.

Suidas verbo Seth.

4 *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum*] *Iadon* ſi deriuetur à *Nedem* quod eſt vagina, ſignificat vaginare: vnde & Aramæi humanum corpus animæ vaginam vocant, iuxta illud Danielis 7. Ego Daniel in medio *Nidneh*, ideſt, vaginæ, quaſi dicat, ita arctus eſt ſpiritus meus in corpore, ſicut in vagina gladius. Alij putant radicem eſſe *Dun*, quod eſt iudicare, litigare, Gen. 11. Gentem, cui ſeruient *Dan*, ideſt, iudicabo ego; & Ieremiæ 22. *Dan*, ideſt, iudicabit cauſam pauperis. Item oriri poteſt à *Nadah*, quod eſt elongare. Rurſum poteſt eſſe ſermo vel de ſpiritu, qui eſt ipſe Deus, vel de anima hominis, quæ à Deo ſpiratur. hinc orti ſunt varij ſenſus huius loci: quidam, vt teſtatur Hieronymus, non permanebit, id eſt, non iudicabit eos ſpiritus meus in æternũ, ſicut angelos, ſeruãdo eos æternis cruciatibus, quia caro eſt, ideſt fragilis naturæ ſunt, ſed hic puniam, vt ſit vox miſerẽtis Dei: ſic Albinus Bedæ diſcipulus. Alij, vt R. Salomoh, non permanebit ſpiritus, ideſt ſententia, quaſi dicat, hucuſque tenui ſententiam, quaſi in ſuſpenſo, per modum cuiuſdam diſceptationis; ſed iam, quia caro eſt, id eſt totus carnalibus intendens, feram ſententiam, vt ſpatio centum viginti annorũ pereant. Alij, non permanebit, ideſt, non arguet eos amplius ſpiritus meus, ſiue non arguam eos amplius, vt reſipiſcant, quia caro ſunt, ideſt ſecundum carnem viuunt, & peruerſi ſunt. Alij, non permanebit ſpiritus meus, ideſt iuſtitia, ſicut in vagina enſis, ſed iam gladium euaginabo vindictæ contra illos. Alij, non vaginabit ſpiritus, viuificando corpus amplius, ſed morte illorum delicta vlciſcar. Cæterum, licet non contemnendæ, immo & appoſitæ ſint, pleræque ex prædictis interpretationibus, & forſan iuxta fœcunditatem Hebraicæ linguæ, à Deo intentæ, & hoc loco ſubintelligendæ, etſi Vulgatus illas non exprimat; quam tamen in verbis ſuis exprimit, cum dicit, non permanebit, cui conſentit Chaldaica interpretatio, non perſiſtet, exiſtimo legitimam eſſe, vt ſit ſenſus: non perſiſtet generatio iſta peſſima coram me in æternum, quia tantum carnalibus intendunt, ſed delebo eos, & eorum generationem ſiue poſteritatem poſt centum & viginti annos, quod ſpatium pœnitentiæ Noe notum fecit, vt, ſicut poſtea Ionas Niniuitis prædicabat, adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur, ita & hanc Dei ſententiam, Noe illius ætatis hominibus notam faceret.

ידון

נדן

נדנה

R. Iſaah, & R. Salomo.

דון

דן

דן

נדה

Hier. q. Hebr. in Gen.

Albi in Gen.

5 *Eruntq; dies illius centum viginti annorum.*] Ioſephus, Lactantius, Diodorus Tarſenſis, Theodoretus, & Rupertus dicunt prædictis verbis terminum vitæ in poſterum hominibus præſcribi; ita, vt deinceps non ſit illorum vita ita diuturna; ſicut antea, ſed iuxta tranſlationem Chaldaicam, Beroſus, Philo, Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, Beda, Albinus, & multi alij id negant; cum Abraham vixerit centum ſeptuaginta, & multi alij, Scriptura teſte, prædictam metam exceſſerint, vt videre eſt infra

Ioſeph. lib. 1. antiq. Lactant. li. 2. diu. inſt. c. 14. & l. 3. de orig. erroris c. 14. Diodorus. Theod. qu. in Gen. Rupert. in Gẽ. Beroſus. Philo de. ant. Chryſ. ho. 20. in Gen. & 22. Hier. q. Hebr. in Gen. Auguſt. 15. de ciu. Dei c. 14. Beda in Gen. Alb. q. in Gẽ

eſt infra

eſt infra capite 11. in quo poſt diluuium recenſentur plurimi, qui ſexcentis & quingentis annis vixerunt; ſed eſt præſcriptus terminus futuræ vltionis, vnde vel viginti annis, vt Hebræi putant, & ſatis veriſimiliter, antequā notum faceret Noe, præſcripſit Deus hoc temporis ſpatium, cum quingenteſimo anno vitæ Noe dictum ipſi referat ſacer textus,& ſexcenteſimo fuerit diluuium; ſicque vſa fuiſſet Scriptura tropo, qui Græce *Hiſteron proteron* dicitur; vel id Deum dixiſſe ipſi Noe,annis centum viginti ante diluuium, etſi Scriptura more ſuo poſtea narret,non tam ſeruato ordine rei geſtæ, quam facti veritate; vel, vt Hieronymus voluit,Chaldaicæ tranſlationi alludens, quod, cum homines in deteriora indies laberentur, nec vlla eſſet ſpes penitentiæ aut veſtigium, vltionis tempus præſcriptum, Dominus ſpatio viginti annorum abbreuiauerit.

Hier. q. hebr. in Gen.

6 *Gigantes autem erant ſuper terram.*] Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, refert Origenem in tomis ſuper Geneſim,exiſtimaſſe hos Gigantes non fuiſſe homines, qui inuſitata corporis mole alios excederent, ſed quoſdam homines improbos & impios; ſicq. viſi ſunt intelligere Philo, & Ioſephus,quod Theodoretus Syri Epiſcopus,ſuppreſſo Origenis nomine refellit, ex hoc, quod de ſimilibus Gigantibus legimus. Numeri 21. & 1. Reg.17. quod & Auguſtinus eleganter proſequitur, & certiſſimum eſt ex Beroſo, Ambroſio, Damaſceno, Theodoreto & Caſſiano: vnde Chaldaica fortes vocat, Symmachus robuſtos,Auen Ezra vaſtos corpore. Porro in Hebræo dicuntur *Niphilim*, id eſt, cadentes;ex quo angelos aliqui putauerunt: ſed certum eſt, vt diximus, homines eſſe; nec cadentes appellari, vt R. Abraham putat, quod cæteri ex illorum timore caderent, ſed quod vel cæteris deteriores, vt Beroſus ſcribit, vel, quod veroſimilius eſt, quia vulgus, vt è cælo lapſos & cadentes putabat, vt de eis loquebatur: vnde Virgilius.

Iam noua progenies cælo demittitur alto, &c.

Gennad. in catena Græca octoteuchi. Philo de Gigantibus. Ioſeph. 1. ant. Theod. q. 48. in Gen. Aug. 15. de ci. Dei c. 23. Beroſus. Amb. l. de Noe & arca c. 4. Damaſc. de fide orth. Theod. q. 48. in Gen. Caſſian. coll. 8. c. 21.

נִיפלים

7 *Potentes à ſæculo viri famoſi.*] Potentes ob prælia, ſubhaſtationes, violentias, & id genus, de quibus lege Beroſum Chaldæum,ac proinde famoſi in malo.

8 *Videns autem Deus.*] Cum alijs locis vſus ſit Moyſes frequenter nomine, *Eloim*, in hoc capite, vbi de extinctione multorum per diluuium agitur, vtitur nomine *Iehoua*, quod fontem eſſendi importat, vt ſciamus, non eſſe Deum cauſam,quæ naturaliter operetur,ſed libere, & cum placuerit, tollat ipſum eſſe, quod dat. Porro Chaldaica tranſlatio habet, & palam fuit coram Deo; eſt enim hic videre omnia nuda, & aperta eſſe oculis eius.

הלהים

יהוה

9 *Multa malitia hominum eſſet in terra.*] Quia iam non ſolum ex paſſione, ſed ex certa malitia cōtendebant homines peccare, & non ſolum multa grauitate, ſed etiam extenſione, ob varia peccata non parcentes ſexui, nec ætati, & promiſcue filiabus & matribus abuſi ſunt, de quo videndus eſt Beroſus Chaldæus: & ſtatim ſubiungit: & cuncta hominis cogitatio intenta erat ad malum omni tempore, ecce multam malitiam etiam extenſione. Porro cum dicitur:& multa malitia hominum eſſet in terra, ideſt inhabitantium in terra.

Beroſus.

10 *Et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum.*] Quaſi dicat, non alijs ſtudebant, niſi malis: *eſſos eran ſus cuydados y ordinarios penſamientos.* Nec deprauata eſt Hebraica lectio, vt quidam ex hæreticis noſtri temporis contendunt, nec proinde cum alijs hęreticis ſequitur omnia opera hominum eſſe mala: nam hæc eſt hyperbole Scripturæ, qua ſæpe vtitur ad rem extollendam: ſicut cum in hoc eodem capite dicitur: omnis caro corruperat viā ſuam; & tamen ibidem dicitur: Noe vir iuſtus atque perfectus in generationibus ſuis. Porro aliqui iuxta Hebræum vertunt: omne figmentum, alij: omnis imaginatio, & iuxta Græcum: vnuſquiſque cogitat in corde ſuo: ſed omnium vnus eſt ſenſus; nam figmenti nomine homo intelligitur.

11 *Pænituit eum quod hominem feciſſet in terra.*] Moyſes rudi populo ſcribens, tamquam de humano Rege loquitur; ideo illi indignationem, furorem, miſerationem, ſententiæ mutationem, recordationem, pænitudinem, dolorem & id genus multa tribuit Deo, quæ ſecundum ueritatem procul ſunt ab eo, & per metaphoram illa intelligere oportet, & ſecundum effectus ſimilitudinem, qui ex prædictis oriri ſolent: pænitere igitur dicitur, vt Theodoretus aduertit, inquantum, ſecundum æternum, & immutabilem diuinæ prouidentiæ ordinem, deſtruere intendit & deſtruit, quæ prius fecerat; ſicut Reges,cum eos facti pænitet, deſtruunt quæ fecerunt; ita Auguſtinus, Iuſtinus martyr & Rupertus.

Theod. q. 47. in Gen. S. Tho. 1. contra Gentes c. 91. Aug. 15. de ci. Dei c. 25. Iuſtin. ad 36. q. orthodoxorū Ruper. in Gen. lib. 4. c. 14.

13 *Et tactus dolore cordis intrinſecus.*] Ex Hebræo eſt contriſtatus eſt in corde ſuo; quos enim pænitet eius, quod fecerunt, dolore afficiuntur, quod fecerint, & quaſi dolore intima cordis penetrante; *con eſtranyo deſpecho* delent illa: ſic deſcribitur Deus, non quod dolor in Deo aut pænitudo ſint; ſed quia effectus ſubſecutus fuit,ad modum pænitentis & dolentis, maxime, quòd id fecerit; vnde & animalia delet: *todo lo hecho a perder, y Dio con todo altraſte.*

14 *Delebo,inquit,hominem, quem creaui, à facie terræ*] *Machah* proprie eradere & abſtergere importat; ita, vt nihil veſtigij remaneat in re abterſa: idiotiſmo Hebræo; quaſi dicat, omnino tollam eos, ne ſuper terram viuant, nec vltra appareant.

מחה

15 *Ab homine vſque ad animantia.*] Non in pęnam animantium: ſed hominum, & tamquam aliquid hominis, vtpote in vſum hominum, vt eorum memoriam omnino viſus ſit delere; quaſi dicat, quidquid in illius gratiam condidi.

16 *Pænitet enim me feciſſe hominem,*] ideſt, ad modum pænitentis deſtruam.

17 *Noe vero inuenit gratiam coram Deo*] Hebraiſmus eſt, ideſt, gratus Deo fuit.

18 *Hæ ſunt generationes Noe.*] Per recapitulationem ſiue Anacephalæoſin, refert generationem Noe, ideſt, ſobolem ſeu filios, quos habebat:& hæc ſunt, quæ temporibus Noe acciderunt; vtrumque enim generationis nomen, iuxta Hebræum, importat.

19 *Corrupta eſt autem terra coram me,*] ideſt, flagitioſe viuebant, cum contemptu ipſius Dei,hoc eſt,Deo vidente: Hebraiſmus eſt,ideſt,homines terram inhabitantes, vel iis implicati corrupti ſunt, licet non in oculis ſuis, ſed bene apud Deum, apud quem hæc eſt praua corruptio, & adhuc corã Deo, ideſt, Deo inſpiciente; hæc enim duo in Hebraiſmo importantur. Rurſum,coram me, ideſt, vere. Hebraiſmo coram Deo, ideſt vere, quæ enim coram Deo ſunt, vere ſic ſunt.

20 *Et repleta iniquitate,*] ideſt, homines terram inhabitantes, non ſolum vnum peccatum, ſed tot & tam varia, & grauia peccata commiſerunt, vt menſuram vindictæ impleuerint; hoc eſt eſſe repletam terram iniquitate.

21 *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam.*] Humano more loquitur, non quaſi Deus antea neſciret, ſed quam primum facta ſunt hæc mala, vidit Deus iam facta eſſe, quod ab æterno, tamquam ſi facta eſſent, cognouerat; nunc autem & pœnam inferendo. Adde quod,quando punit,dicitur videre; quando enim peccata non punit, habet ſe ad modum non ſcientis, nec videntis.

22 *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam*] via legem, & quæ ex lege conſuetudo eſt, importat: vnde in Pſ. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, & ingreſſus eſt,dicitur, viam vniuerſæ carnis,id eſt mortuus eſt,vt & cæteri homines conſueuerunt: eſt ergo ſenſus:omnes homines, & contra legẽ agebant,& conſuetudines contra legem ſibi inditam ſequebantur: *todos ſeguian ſus deſuios*: quod magis apparet in peccatis contra naturam,ſunt enim non ſolum rationalis naturæ, vt ſic, ſicut alia peccata; ſed etiam quaſi animalis naturæ corruptio.

23 *Finis vniuerſæ carnis venit coram me*] idiotiſmus eſt, quaſi dicat, *ya veo que han de acabar con la muerte*: vel,ſcienter decreui eos delere,ob eorum peccata, coram me, iuſtitia ſic exigente.

24 *Repleta eſt terra iniquitate à facie eorum.*] Etiam eſt Hebraiſmus, & terra, ideſt, homines,per methonymiam, illam inhabitantes, quaſi dicat: ob multa peccata, quæ ſcienter habitantes illam perpetrant, ideſt, ipſi repleuerunt omni iniquitate terram.

25 *Et ego diſperdam eos de terra,*] ideſt,puniam diſſipando illos, & terram: nam & poſt diluuium ex aquis ſalſis ſterilior & deterior facta eſt terra; reſpectu culturæ & fructuum. Porro cum dictio, *Eth* non ſolum, cum, &, de, importet, ſed &, à, vt hoc loco, ita, vt idem ſit, de, &, a, ſenſus forſan germinus eſt, delebo de terra, vel à terra, iuxta illud, delebo hominem, quem creaui à facie terræ.

---

a b d e f g m
Hebraiſmus .i. facies. vel tibi .i. in commodum tuæ familiæ. — *.ſ. aptis & fortibus.* — *.i. dolatis & complanatis.* — *.i. breuiſſimas habitationes, ad commorandum potius, quam ad diſcurrendum.* — *quod eſt gluten feruentiſſimum.*
a b c d e f g h i k l m
Fac tibi arcam de lignis læuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine

---

a b c d k m n
vt .ſ. nec vermibus exedi, nec aqua per iuncturas intrare, nec fluctibus, aut ſolis ardore diſſolui poſſint. — *vſualium, à cubito vſque ad manus ſummitatem.* — *in parte externa in longum.*
a b c d e f g h i k l m n
linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ

---

b c f i
.ſ. vſualium. — *.i. ſpatium in latitudine.* — *.ſ. vſualium.* — *.i. feneſtras.*
a b c d e f g h i k l
quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca

---

d f g
.ſ. vſuali. — *.i. arca, licet longitudo fuerit, ſicut arca, & inde incipiebant declinare tabulæ. vt imbrium minas diffunderent.*
a b c d e f g h i k l m n
facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere:

---

a b d h i l m
quod ſcilicet magis ad inferiorem arcæ partem pertineat, quam ad ſuperiorem. — *idem, quod manſiunculas dixerat.* — *i. infimam, mediam, & ſupremam habitationes cum tribus tectis.* — *pro, ego vero.* — *pro, aquarum diluuium.*
a b c d e f g h i k l m n o
deorſum, coenacula, & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram,

---

d l
non piſces. — *.i. aerem.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter coelum: Vniuerſa quæ in terra ſunt,

---

c i k l m
ad calumnias hominum, & ad pericula fluctuum, & rupium liberationem. — *Noe, Sem, Cam, & Iaphet.*
a b c d e f g h i k l m
conſumentur. Ponamq; foedus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filij tui,

---

a b c d e f
Titea. — *.ſ. Pandora, Noela, & Noegla.*
a b c d e f g
vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.

Et ex

h i
ſ. & rapiens, cum ad te venerint nutu meo, vel etiam angelorum miniſterio.
a b c d e f g h i x l m n o
Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini

a b c d g h n o
ad propagationem futuram. .ſ. ex qualibet ſpecie bina maſculini, & feminini. ſ. ſexus, bina ſ. cuiuslibet ſpeciei maſculini, & femini ſexus.
a b c d e f g h i x l m n o
ſexus & feminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo,

d g h m
.i. quod, vel pedes non habet, vel ita breues, vt ſupra illos eleuari, aut conſiſtere non poſſit. bina ſ. maſculini & femini ſexus cuiuslibet ſpeciei. ſ. miniſterio angelorum ad te adducta.
a b c d e f g h i x l m n o p
& ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint

b g n o
in magna quantitate, quia per annum ibi manſura. proportionabiliter. .i. in domum tuam, & deinde inſeras in arcam.
a b c d e f g h i k l m n o
viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te:

l g
proportionabiliter.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& erunt tam tibi, quàm illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

S C H O L I A.

גפר *Albin. in Gen.*

26 *Fac tibi arcam de lignis leuigatis,*] *Gopher*, iuxta Rabinos nomen proprium eſt ligni; quod tamen illud ſit, ignoramus: vnam ex quatuor ſpeciebus abietis eſſe affirmant Rabini, quam cedrum eſſe putant, lignum ſcilicet leue, & ad fluitandum ſuper aquas aptiſſimum. Iſidorus dicit eſſe imputribile: Albinus fortiſſimum: crediderim, ſi ita eſt, eſſe ex magis aptis ad hoc opus, & quod non facile corrumpatur, & bitumen, quo linita erat arca, ad id maxime conducebat. Iam leuigata vocat, dolata & complanata: *accepillados y aliſados*: Ex his facere arcam iuſſit Dominus Noe ſibi, ideſt, in propriæ familiæ commodum; quamuis vere etiam ſit loquendi modus, ſeu idiotiſmus linguæ, ſume tibi, ideſt, accipe ſiue ſume. Refertq; Nicephorus, Conſtantinum Magnum Dolabram Noe, quo ipſe arcam conſtruxerat, in Conſtantinopoli Vrbe, ſub columna, ſuis manibus in memoriam repoſuiſſe. Porro in Hebræo *Aron* arcam ſignificat *Teba* autem dictio, quæ hic poſita eſt, vas ad nauigandum proprie importat, quod, cum in inferiori parte ſtrictum non eſſet, nauis dici non potuit: vertit autem Vulgatus, arcam, quod ex forma & vſu potius, arca videretur, vt aduertunt Chryſoſtomus, & Auguſtinus; quin & Lucianus, nauigium, quo Deucalion diluuium euaſit, arculam vocauit. Præterea Chaldæus paraphraſtes legit; de lignis cedri; alij de lignis abietis; quod autem ſanctus Hieronymus legit: de lignis bitumatis, vitio ſcriptorum legit forſan *Copher*, ideſt, bitumen pro *Gopher*, & cum ad compoſitionem arcæ varia deberent eſſe ligni genera, aliud ad tabulas, aliud ad alia, ſi certam ligni ſpeciem *Gopher* ſignificat, dicendum erit, ligni nomen à præſtantiori ſpecie eſſe, ſin minus, omnia, quæ apta erant comprehendere. Cæterum *Gopher*, peritiſſimi viri, ex vi nominis, interpretandum cenſent, ſicut legit Vulgatus, leuigatis. & cum incertæ ſit ſignificationis, libet hanc ſignificationem apponere, nec alias reſpuere. גפר

Niceph. lib. 7. hiſt. Eccleſ. c. 49.

ארון
תבה

Chryſ. ho. 2. in Gen. Aug. 15. de ci. Dei c. 27. Lucian. in miſanth. Hier. q. hebr. in Gen.

כפר
גפר

27 *Fac tibi arcam.*] Hanc Beroſus ſeptuaginta & octo annis conſtruxiſſe ait; ſed peruetuſta eſt Patrum ſententia, qui centum annis illam perfeciſſe dicant: ſic Origenes, Auguſtinus, Gregorius, Rupertus: quamuis enim hoc loco dicatur: ingrêdieris in arcam tu & filij tui, &c. qui poſtea nati & vxores duxerunt, multa præpoſtero ordine narrantur in ſcriptura; & geſtorum & dictorum veritas eſt, quæ maxime in ſcripturis attenditur.

Aug. 15. de ci. Dei c. vlt. & 12. cont. Fauſtum c. 18. & lib. q. in Gen. Greg. hom. 15. in Ezech. Ruper. in Gen. c. 20.

28 *Manſiunculas in ea facies.*] In Hebræo habetur *Nidos*; quia ita paruæ, vt potius nidi ad manendum, quam manſiones ad diſcurrendum eſſent; vnde manſiunculas dixit.

29 *Et bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.*] Bitumen, inquiunt Alchuinus, & Rabanus cum Plinio, feruentiſſimum gluten eſt, cuius virtus eſt, vt ligna eo oblita nec vermibus exedi, nec ſolis ardore, nec ventorum fluctibus, nec aquarum poſſint inundatione diſſolui. Porro intrinſecus & extrinſecus liniri iuſſit, propter violentum & rapidum aquarum impetum, tanto tempore, & ob iuncturas tabularum.

Alchu. in Gē. Rabanus. Plin. l. 35. c. 15

30 *Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ.*] Dictio *Ammah* proprie ſignificat illud, vnde alia oriuntur, aut quod continet in ſe multa: vnde *Em* ſignificat matrẽ, quod ex ea multitudo filiorũ oriatur, vt ſupra cap. tertio, quod ipſa ſit *Em*, ideſt, mater omnium viuentium. Hinc & viam etiam ſignificat, à qua multæ ſemitæ oriuntur, vt biuium aut triuiũ, Ezechielis 21. Rex Iſrael ſtetit *Embaderech*, ideſt in biuio, ad matrem ſcilicet viarum, vnde oriuntur viæ. Ex his puto, cubitum, quem & Hebræi vlnam vocant, eiuſdem prorſus menſuræ, maiorem eſſe inter illas, quibus ligna metiebantur, & continentem alias minores, quæ etiam erant in vſu, ad metienda ligna, vt dimidium cubiti, vel vlnæ, aut palmus, & id genus alia. Porro cubitum non intelligas mathematicum, vt Origenes, & Auguſtinus aduertunt, quod ſcilicet continet nouem vſuales; nam tantæ magnitudinis arcam vnam fuiſſe non videtur veroſimile, neque menſuram à cubito vſque ad principium manus, ſed vſque ad digitorum ſummitatem; hi enim erant cubiti vſuales, & vlnæ duorum ſcilicet pedum, & tanto maioris longitudinis, quanto communiter homines & mole maiores, quã nunc, erant, & eorum cubiti. Hanc autem trecentorum cubitorum menſuram, an ſit quantum ad partem internam, aut quantum ad exteriorem, non docet ſcriptura: crediderim quantum ad externam: ſic enim metiri ſolent. Iam Auguſtinus acute aduertit, talem fuiſſe in arca dimenſionum proportionem, qualem in humano corpore docti experiuntur, ſexcuplam ſcilicet longitudinis ad latitudinem, decuplam vero ad altitudinem: humani ſiquidem corporis longitudo eſt à vertice vſque ad plantas pedum, latitudo à dextro latere, per medium pectus, ad latus ſiniſtrum: altitudo vero penes rectam lineam, metientem pectoris profunditatem in homine, qui ſupinus iaceret; ſic & arcæ longitudo fuit ſexcupla ad latitudinem, long. 300. lat. 50. decupla vero ad altitudinem long. 300. alt. 30.

אמה *אם* *אם* *אם הדרך*

Origen. contra Celſum. Aug. 15. de ciu. Dei, c. 27

Auguſt. 15. de ciu. Dei c. 26.

31 *Feneſtram in arca facies*] more Hebræorum feneſtram, ideſt feneſtras, in plurali, propter lucem ad tot manſiones illuminandas; & credo fuiſſe cryſtalli, ſic vero compactas, vt lux intrare poſſet, non vero aquæ. Porro feneſtram, in Hebræo eſt *Sohar*, quæ vox lucem proprie meridianam ſignificat. Hinc Hieronymus dicit vertendum: meridianum facies arcæ; & manifeſtius Symmachus: dilnculum facies arcæ, ideſt feneſtram, per quam lux ingrediatur. Septuaginta omiſerunt quod ad feneſtram pertinet, hanc cubitalem quidam dicunt; ſed melius, cubitum, ad ſupremum arcæ referendum iudico.

צהר *Hier. q. Hebr. in Gen.*

32 *Et in cubito conſummabis ſummitatem eius.*] Modus loquendi inſinuat hoc intelligendum eſſe de ſummitate arcæ, quæ quamuis eſſet eiuſdem fere longitudinis, ſicut arca, latitudo tamen eius erat vnius cubiti, & inde iam incipiebant declinare tabulæ, vt imbrium minas diffunderet; & in parte inferiori erat plana, ne impetu fluctuum, & animalium inquietudine, quæ erant intra (vt Albinus aduertit) inclinari aut mergi poſſet: cæterum quod hoc interpoſitum fuerit inter feneſtram, & oſtium, videtur ad feneſtræ quantitatem determinandam fuiſſe appoſitum, vt ſcilicet eſſet vnius cubiti.

Albin. in Gen.

33 *Oſtium autem pones ex latere arcæ deorſum.*] Ita ſcilicet, vt ſupra aquas eſſet; duodecim enim cubitis ſub aquis arca mergebatur, vnde oſtium magis ad inferiorem, quam ad ſuperiorem arcæ partem pertinebat. ſunt qui vocem, deorſum, cum ſequentibus coniungant; Chaldaica enim paraphraſis, et Septuaginta, et aliqui iuxta Hebræum vertunt, inferiora, quaſi dicat, inferius tabulatum facies cœnacula, etc. vel deorſum, ideſt, infra oſtium, de quo antea, facies cœnacula, ſed iuxta Vulgatum commodius ad oſtium refertur.

34 *Cœnacula & triſtega facies in ea.*] Repetitio eſt eius, quod dixerat, manſiunculas facies; Hebræi vertunt infima, ſecunda & tertia facies arcam; triſtega ſiquidem dicuntur, quæ tria tecta habent & tres manſiones, infimam ſcilicet, mediam & ſupremam; & quamuis communiter ſic deſcribant, vt infima fuerit ſtercoraria, media apotheca pro cibis, & hæc in duas partes diuiſa, in quarum altera erant fructus, in altera herbæ, ſuperior vero habebat tres diuiſiones in longum, in quarum altera erant animantia mitia, in altera ſilueſtria, & aues in ſuperiori parte, in media vero homines: vnde Strabo: bicamerata & tricamerata, inquit, facies. Ego tamen, ſaluo meliori iudicio, vltimam non ſtercorariam, quia hæc facile poſſent per aliqua loca, à ſummo vſque deorſum, in mare mitti; immo oportuit, propter vrinam & aquam, ſicut eſt in nauibus: quare inferiorem puto fuiſſe apothecam, & in duas partes diuiſam, reliquas vero duas pro animantibus & hominibus. Porro Philo quatuor contignationes (quas ita vocat) conſtituit, quem ſequitur Ioſephus, Origenes quinque; tria tamen tantum fuiſſe, ſic diſtributa, vt diximus, Chaldæus paraphraſtes, & Septuaginta, & noſter Vulgatus, & Auguſtinus inſinuare videntur. Iam cœnacula ſignificant loca ampla, longa & lata in ædibus, ſic dicta, quod in illis cœnare conſueuerint: inde omnia loca, quæ ampla ſunt in ædibus, cœnacula dicta ſunt; triſtega vero declaratio eſt prioris dictionis, ſcilicet, cœnacula; ſic enim Scriptura ſæpe conſueuit poſteriori voce priorem amplius explicare, triſtega, ideſt, tria tecta, indicans, cœnacula tria, & tribus tectis diſtincta fuiſſe.

Strabo.

Philo de vita Moyſi lib. 2. Ioſeph. 1. ant. Orig. in 6. cap. Gen. Aug. q. 6. in Gen.

35 *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram.*] Nomen *Mabbul*, ideſt, diluuium, à *Nabal*, quod eſt cadere. Iſaias 40. Exſiccatum eſt fœnum, & *Nabal*, ideſt, cecidit flos; magna ſiquidem pars diluuij fuit ex aquis pluuialibus: vel à radice *Balah*, aut *Balal*, quod eſt miſceri & confundere: vnde diluuium dicitur *Mabbul*, quod omnia confunderet, & præſertim ſuperiores aquas, & dulces cum inferioribus, & ſalſis. Porro quod Beroſus ſcribit, Noe ex aſtrologiæ regulis diluuium obſeruaſſe, quem Henricus Mechlinienſis, Alberti Magni diſcipulus, cum alijs viſus eſt ſequi, per cataractas ſigna quædam cæli intelligentes, merito illos irridet Auguſtinus, cum iuxta naturæ ordinem, non fuerit diluuium illud; quod vero Auguſtinus, nullum profanorum Scriptorum huius diluuij meminiſſe aſſerit, hoc ſub Noetici diluuij inſcriptione intelligi poteſt, non vero ſub nomine Ogygis, quo nomine ipſum Noe vocabant: etenim Cyrillus duos profanos ſcriptores recenſet, qui de illo ſcripſerunt, Polyhiſt. & Abidenum, adde Archilocum, Xenophontem, Solinum, Macrobium

מבול *נבל* *נבל* *בלה* *בלל* *מבול*

Henricus Mechlinienſis.

Aug. 15. de ci. Dei c. 24. Aug. 15. de ci. Dei c. 8. Cyrill. li. 1. cõtra Iulianũ. Archilocus li. de temporib. Xenophon. in æquiuocis. Solin. cap. 17.

Macrob. lib. 1 Satur. c. 7. Diodor. c. 11. Piſtor de aureo ſaeculo. Manethon in ſupplemẽtū ad Beroſum. Ioſeph. 1. anti.

bium, Diodorum, Piſtorem, Manethonem Aegyptium, Methaſtenem Perſam, Porcium Catonem apud Titum Liuium, Lucianum, Hieronymum Aegyptium, & Nicolaum Damaſcenum teſte Ioſepho, & Beroſum, hos omnes & alios Noetici diluuij mẽtionem feciſſe; vel ſolum loquitur de Græcis, & Romanis ſcriptoribus, non de barbaris, vt eius verba inſinuare videntur.

ברית ברות

36 *Ponamq; fœdus meum tecum*] *Berith*, ideſt, fœdus à firmitate nomen ſortitur, vnde *Beroth* nomen eſt arboris firmæ & fortis, tale eſſe debet fœdus initum, & quæ fœdere iunguntur fortiora ſunt ſimul ſeipſis diſiunctis; hoc tamen fœdus non ſolum fuit, vt eum à calumnijs hominum liberaret, cum incipiebat pluere, ſed magis, ne arca tot ventis & vndis periclitaretur, & maxime in rupium concuſſionibus, in quibus inexperti nautæ grauiora pericula experiuntur. Porro ſunt qui iuxta Hebræum interpretentur, ponamq; fœdus, ideſt ratum faciam fœdus iam initum, vt ſit fœderis confirmatio & firmitas.

37 *Vxor tua & vxores filiorum tuorum*] Beroſus vxorem Noe Titeam magnam vocat, tres alias filiorum vxores, Pandoram, Noelam, & Noeglam: at Epiphanius vxorem Noe, Barthenam nominat.

Epiph. har 9 26.

38 *Bina de omnibus ingredientur tecum.*] Hoc eſt interpretatio eius, quod dixerat, bina induces in arcam; veniſſe enim illa ad Noe, angelorum miniſterio factum eſt, ex quo & illorum pacem in arca, & alia his ſimilia, peculiari Dei prouidentia diſponente, facta intellige: reponere vero animalia ſuis locis in arca, hoc fuit munus Noe, & inducere in arcam; vnde in Hebræo eſt *Iabo Elecha*, ideſt, venient, vel intrabunt ad te: diuino igitur nutu, vel etiam angelorum miniſterio ad Noe venerunt.

יבאו אליך

39 *Tolles igitur ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſint,*] vt proportionabiliter cibum haberent, iuxta naturam cuiuſque, quos in magna quantitate reponi oportuit, cum vno integro anno intra arcam fuerint.

CAPVT SEPTIMVM.

e h i K p r ſ
.i. præparate ad ingreſſum. .i. vxor, filij, & vxores filiorum tuorum: .i. approbaui vel deprehendi. .i. in æſtimatione mea.
a b c d e f g h i x l m n o p q r ſ
Dixitq; Dominus ad eum: ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me

a b c g i k l
.i. inter homines huius ſæculi: .i. ad ſacrificia aptis. .i. ſeptem vniuſcuiuſque ſpeciei.
a b c d e f g h i x l m n
in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum &

f g h i
.i. non aptis ad ſacrificia. .i. duo ex qualibet ſpecie.
a b c d e f g h i x l m n o
feminam: de animantibus vero immundis duo & duo, maſculum & feminam. Sed & de

a b c d e f g h l
.ſ. mundis. .i. aeris. .i. ſeptem vniuſcuiuſque ſpeciei. ſub. de immundis duo, .ſ. maſculum & feminam vniuſcuiuſque ſpeciei. .i. quo poſſit fieri eorum propagatio.
a b c d e f g h i k l m
volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: vt ſaluetur ſemen ſuper

h i
.ſ. in quibus luctus Mathuſalem, & à præcepto de ingrediendo.
a b c d e f g h i k l m n
faciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram

g i
.i. penitus deſtruam. .ſ. animalium perfectorum, ſiue omnia animalia perfecta.
a b c d e f g h i k
quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam, quam

c d
non vero quæ in aquis viuunt.
a b c d e f g h i k l m
feci, de ſuperficie terræ. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus.

b c
inchoatorum ſic, vt haberet quingentos nonaginta nouem, & aliquot menſes amplius.
a b c d e f g h i
Eratq; ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram.

d h l m n

a ſcriptoribus profanis Ogygis, vel Ianus nominatus. *ſ. Titan magna.* *ſ. Pandora, Noela, & Noegla.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ

Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter

f h

i. ad ſacrificia aptis. *i. non ad ſacrificia aptis.*

a b c d e f g h i k l m n o

aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni,

c e f g h i l m

i. infra regionem aeris, non tamen de his, quæ in aquis. *i. duo cuiuſlibet ſpeciei, de dos in dos:* *i. venerunt.* *quaſi ſub illius cura.* *ſ. vt introduceret illa.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

quod mouetur ſuper terram, duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & femina

g h i k

i. Iuſtus Mathuſalem. *ſ. ſuperne. & inferne.*

a b c d e f g h i k

ſicut præceperat Dominus Noe. Cumque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij

a

i. inundare cœperunt.

a b c

inundauerunt ſuper terram.

SCHOLIA.

1 INGREDERE *tu, & omnis domus tua,*] id eſt, ad ingreſſum te præpara; nam poſt ſeptem dies, in articulo ſeptimæ diei, in hoc eodem capite, ingreſſum fuiſſe Noe cum ſuis in arcam refertur.

2 *Te enim vidi iuſtum in generatione hac,*] id eſt, inter homines huius ætatis & ſæculi: vnde in Hebræo non eſt *Tholeda*, ſed *Dor*, quod nationem, gentem & familiam importat, non ipſam gignendi rationem, ſicut *Tholeda*, quæ vox ponitur, vbi dicitur liber generationis Adæ, & liber generationis Ieſu Chriſti, & in conſimilibus locis.

תולדת דור תולדת

3 *Ex omnibus animantibus mundis*] non vocat immunda ex eo, quòd illa poſtmodum lege prohibita ſint, & per prolepſim ſic dicta fuerint, ſed quòd etiam in ſtatu legis naturæ, Deo docente, erat iam animalium diſcretio, mundorum ſcilicet ab immundis, quantum ad ſacrificia: vnde in capite ſequenti, de mundis Noe ſacrificium obtulit; quinimmo multa alia ante legem Moyſi ſeruabantur, quæ poſtea lege ſancita ſunt, vt videre eſt infra capite nono, de prohibitione eſus ſanguinis, & cap. 17. de circumciſione, & cap. 38. de fratris ſemine ſuſcitando, & Exodi 16. de cuſtodia Sabbathi; non tamen ſic eſt de omnibus alijs, quæ in lege ſunt, vt quidam Rabinorum voluerunt; ſic Euſebius: & patet de Iacob, qui ſorores vxores duxit: & Gen. 9. ſine diſcrimine omnia animalia data ſunt in eſcam, & hæc lege prohibita poſtea ſunt.

Euſeb. l. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 1.

4 *Septena & ſeptena.*] Hinc aliqui, vt Iuſtinus, & Origenes, quatuordecim volunt de mundis animantibus, in qualibet ſpecie reſeruata eſſe, vt ſic bina, & bina ingrederentur; ſed Ioſephi & plurimorum Patrum conſenſus eſt, Ambroſij ſcilicet, Auguſtini, Chryſoſtomi, Theodoreti, & Eucherij, ſeptem tantum fuiſſe cuiuſlibet ſpeciei ex mundis, ſicut cum dicitur de immundis, bina & bina, non quatuor intelligenda ſunt, ſed duo tantum cuiuſlibet ſpeciei, quod & modus loquendi apud nos ſatis inſinuat; dicimus enim *de ſiete en ſiete, y de dos en dos*, quare ſeptenarius numerus refertur ad numerum introducendorum ex mundis; bina autem & bina refertur ad marem & feminam, vt ſit ſenſus, introducenda eſſe ſeptem ex mundis; ſic, vt in qualibet ſpecie ſit combinatio maris & feminæ proportionabiliter: etenim ſi ſeptem, ſatis eſt, vt ſint tres combinationes maris & feminæ; nam plures in ſeptenario diſtinctæ eſſe non poſſunt: etenim tam Hebræi, quam Græci vtuntur nominibus numeralibus conduplicatis pro indiuiduis nominibus; vt Auguſtinus annotauit. idem igitur eſt apud illos ſeptem & ſeptem. quod apud nos ſeptem; & bina & bina, quod apud nos bina, nullamque coniunctionem mediam apponunt, ſed dicunt *Subgha, Subgha*, id eſt ſeptem, & ſeptem, *Senanim*, *Senanim*, id eſt, duo, duo. Porro ſeptimum maſculini ſexus ad ſacrificia, & cibum Noe & ſuorum, ſtatim poſt diluuium, affirmant eſſe reſeruatum Albinus, & Rabanus; nam & ſolos mares adhuc gentes Idolis ſacrificare conſueuiſſe affirmat Athanaſius.

Iuſtinus ad q. 43. orthodox. Origen. ho. 2. in 6. cap. Gen. Ioſeph. 1. anti.

Amb. de Noe & archa. c. 12. Aug. 15. de ci. Dei c. 27. Chryſ. ho. 24. in Gen. Theod. q. 50. in Gen. Eucher. in Gē.

Aug. lib. de locut. vet. teſt.

שבעה שבעה שנים שנים

Albi. in Gen. Raba. in Gen. Athan. Epiſt. ad monachos ſolitarios.

4 *Septena & ſeptena.*] Erant tempore legis naturæ frequentia ſacrificia, quæ, vt eſſe poſſent, oportuit tot ex mundis reſeruari; nam ſi duo tantum, ſicut ex immundis, introducta eſſent, oportuiſſet multo tempore poſt diluuium, à ſacrificijs ceſſare, & dum in arca fuerunt, vt R. Salamoh affirmat, rationabiliter ſatis, & homines & irrationalia cuncta à congreſſu abſtinuerunt, vtpote tempore tantæ tribulationis, ſicut & Ionæ 3. ſimile deſcribitur.

6 Sed

6 *Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena*] Intelligendum eſt iuxta prædictam diſtinctionem, ſcilicet de mundis volucribus; nam de immundis duo tantum.

7 *Adhuc enim poſt dies ſeptem*] Hos dies ferunt Hebræi diuinitus eſſe conceſſos, vt luctus ſolitus ex morte Mathuſalem celebraretur.

אנכי ממטיר

8 *Ego pluam*]. Inſtans iam diluuium his verbis innuitur, Hebraici ſermonis vi penſata, *Anochi mamtir*, ideſt, ego pluens, imminens enim pluuia hoc loquendi modo per præſens ſignificatur, ſicut cum Lucæ 3. dicitur: Ad radicem ſecuris poſita eſt; quo tropo futurum excidium iam inſtare deſcribitur.

מחה

9 *Et delebo omnem ſubſtantiam*] *Machah*, ideſt, delebo, vt iam dictum eſt, ſic vt nihil veſtigij remaneat, id eſt, omnino delebo, quod factum eſt quadraginta diebus, quibus aquæ aſcenderunt vſque ad quindecim cubitos, ſupra altiſſimos montes, qui ſub cælo ſunt, ideſt, ſub nubiloſa regione. & licet ſecundum aliquos, ſatis probabiliter paradiſus terreſtris, in quo erat Henoch, vtpote ſupra montes, qui nubiloſam regionem excedunt, aquis diluuij non ſit deſtructus, & ſimiliter nec aliqui alij ſitus, ſi forte ſunt, quorum altitudo nubiloſam regionem excedat, non tamen ibi, vt Beroſus tradit, ſaluari potuerunt homines, nec aues, aut iumenta, quia à vehementi imbris, & aquarum è montibus defluentium impetu aſcenſus impediebatur; vnde, quod de Rege Og Iudæi fabulantur, non ita eſt; quinimmo & aues cum tantum præſens periculum vitare cupiant, in receptacula, & ſecreta ſe recipiebant, quæ ad præſens periculum ſufficiebant; at poſtmodum eleuatis aquis, ibidem ſuffocabantur, vel nocte præoccupatæ, vel nubiloſo tempore, præ turbatione rei inſolitæ. Porro vbi dicitur, omnem ſubſtantiam, in Hebræo eſt *Colhaikum*, nomen autem *Ickum*, à verbo *Kum* eſt, quod ſurgere, vel conſurgere ſignificat; ſic nos ſubſtantiam, ideſt, quod ſubſiſtit, & ſic Chaldæus paraphraſtes; at Septuaginta vertunt, omnem reſurrectionem, id eſt, omne, quod ſtat, aut ſurgit; intelligendum tamen eſt de animantibus perfectis.

כלהיקום
יקום
קום

10 *De ſuperficie terræ*] non enim piſces deleuit aquis calidis diluuij, vt Iudæi fingunt; quia non ſuper terram, ſed in aquis degunt.

11 *Eratq. ſexcentorum annorum*, quando diluuij *aquæ inundauerunt*] Ita quod expleuerat quingentos nonaginta nouem, & aliquot menſes, & ita cum inchoaſſet iam vltimum annum, potuit dici ſexcentorum annorum; quod enim aliqui intelligunt, ſatis eſſe, vt habuerit quingentos, & dimidium annum, & ob id iam ſexcenteſimum inchoatum, alienum eſt ab hominum computatione, & ſimiliter quod conſequenter aſſerunt, arcæ fabricam vix per duos menſes duraſſe, non eſt ſecundum Patrum communem conſenſum.

12 *Et ingreſſus eſt Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius.*] Beroſus, & alij profani Scriptores ipſum Noe, ſiue Noah vocant Ogygen, alij Ianum. Idem Beroſus affirmat, vt diximus, vxorem Noe vocari Titeam magnam, & vxores filiorum Pandoram, Noelam, & Noeglam. Epiphanius vocat vxorem Noe Barthenam, alij Phuarpharam, vel Noeman, nec non & Veſtam vocant, ſicut vxorem Iaphet Phliuam, vxorem Sem, Pharphiam; vxorem Cham, Cataphluam.

13 *Et de volucribus.*] Ad eſum volatilium, & terreſtrium, quæ carniuora ſunt, Noe in arca carnes aſſeruaſſe tenet Origenes: at Auguſtinus, quin & Baſilius affirmant, hæc eadem carniuora in neceſſitate & fame, non ſolum carnibus veſci, ſed fructibus & herbis; non enim naturale eſt illis, quaſi propria paſſio, ſed quod conforme ſit naturæ illorum; tempore autem famis & alijs veſcimur, quæ non ſunt adeo conformia.

Orig. ho. 2. in 6. cap. Gen. Aug. l. 1. q. in Gen. & 15. de ciu. Dei. c. vlt. Baſi. hom. 11. in Gen.

iam incepto. — *ſ. illius anni, qui erat ſexcenteſimus vitæ Noe* — *Hyperbolice dicta ſunt, quæ de fontibus & cataractis.*

Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes

i. maris Oceani. — *per metaphoram nubes ipſæ, ſecundum quod ita rapide defluebant.* — *i. aeris.*

abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram, quadraginta

i. iam die claro.

diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius: Vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipſi & omne

i. cuiuſcumque ſpeciei — *ſ. cuiuſcumque ſpeciei.* — *ſ. de perfectis viuentibus.*

animal ſecundum genus ſuum, vniuerſaque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper

i. cuiuſcumque ſpeciei. — *i. etiam ad medicum, vt gallina.* — *cuiuſcumque ſpeciei perfecta.* — *i. quæ multum volant.*

terram in genere ſuo, cunctumq. volatile ſecundum genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſque

volucres

a .i. etiam ſi non ita volent, habent tamen alas, vt gallina. — d e quaſi ſub illius cura. — f g .ſ. ab illo introducenda, & ſuo loco reponenda. — h i k .i. de dos en dos. — r ſ .ſ. animalium perfectorum

volucres ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ.

---

i k .i. cuiuslibet ſpeciei.

Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & femina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus:

---

a b bituminando iuncturas eius in externa ſuperficie. — i non naturaliter, ſed miraculo. — k l .i. quantum ad augmentum continuum aquarum.

& incluſit eum Dominus de foris. Factumq. eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram:

---

f g quamprimum in ea quantitate fuerunt, vt poſſent eam eleuare. — h i k l duodecim tamen cubitis ex parte inferiori aquis ſemper ſubmerſa fuit.

& multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim

---

c .ſ. vacua: — k ſubmerſa tamen duodecim cubitis in parte inferiori.

inundauerunt: & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: Porro arca ferebatur ſuper aquas.

---

b c .i. in ſublime eleuatæ ſunt.

Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertiq. ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo

---

a .i. aere nubiloſo.

cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. Conſumptaq. eſt omnis

---

a per ſynecdochen, i. omne animal. — f quoque modo volantium. — g quæ non volant, & ſunt domeſtica. — h .i. ſilueſtrium. — k .i. quæ non pedes, vel ſi habent, paruos, ſuper quos ſubſiſtere nequeunt.

caro, quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumq. reptilium,

---

e f non ergo Ogyges ſaluatus eſt, vt Iudæi fabulantur. — p non dixit in mari, propter piſces.

quæ reptant ſuper terram: vniuerſi homines, & cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra,

---

c d omnino extinxit. — e f .ſ. animalium perfectiorum. — K non dixit in aquis, propter piſces.

mortua ſunt. Et deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus,

---

e .i. aeris. — g .i. omnino extincta.

tam reptile, quam volucres cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum

---

e .ſ. in ſua fortitudine. — g .ſ. à die quadrageſimo, quo ceſſauit pluuia, vſqueque decreſcere cœperunt.

eo erant in arca. Obtinueruntq. aquæ terram centum quinquaginta diebus.

SCHOLIA.

Anno ſexcenteſimo vitæ Noe.] Deprauati ſunt codices Septuaginta Interpretum, qui dicunt primo & ſexcenteſimo; & ſimiliter cum dicunt infra, viceſimo ſeptimo, vbi nos legimus: decimoſeptimo die menſis; forſan erroris occaſio fuit, quod infra, hoc eodem capite, iam tranſacto anno, dicitur: primo & ſexcēteſimo anno vitæ Noe, defecit aqua, & viceſimaſeptima die, areſacta eſt terra.

15 *Menſe ſecundo.*] Intellige illius anni, qui erat ſexcenteſimus vitæ Noe. hunc menſem putant fuiſſe Aprilem R. Ioſue, & qui illum ſequuntur, tenentes mundum conditum in menſe Martij: qui vero in menſe Septembris (qui Hebraice dicitur Tiſri, & incipit à nouilunio propinquiori æquinoctio autumnali) vt R. Elieſer, & alij, dicunt, hunc ſecundum menſem fuiſſe Octobris, quamuis pro feſtiuitatum computo Exo. 13. Martius conſtitutus ſit primus, ob liberationem Iſrael, ſicut primi Mach. 1. Primus annus Alexandri Magni dicitur primus Regni Græcorum, propter facta egregia Alexandri, cum tamen ipſum multi Græcorum Reges præceſſerint; vnde Exo. 12. dicitur. Iſte erit vobis principium menſium, quod ſcilicet, etſi non eſſet, volo ego, vt deinceps ſit, ob tantum beneficium vobis collatum.

16 *Rupti ſunt omnes fontes, Abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt*] Hyperbolice hæc dicta ſunt, ad inſinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, vt mare ſeſe euacuaſſe, & cælos in aquas reſolui viſum fuerit. Iam copioſam aquam Scriptura abyſſum vocat, immenſamq. vaſtitatem, vt Oceani mare, teſte Hilario, tom. 2. & Baſilius contra Manichæos ait, vaſtiſſima aqua abyſſus dicitur, & quæ tota tranſmitti non poſſit. Porro cum omnes aquæ è mari egrediantur, non ſolum fontes magno impetu eruperunt, ſed & flumina inundauerunt, & mare quodammodo effudit ſe ſuper terram, quod & pluuiales aquæ, quæ in tota latitudine maris deſuper fundebantur, ſufficiebant, vt etiam mare metas ſolitas prætergrederetur. has omnes cauſas diluuij recenſet Philo. Iam cataractæ, Hebraice *Arubboth*, quod tam cataractas, quam feneſtras ſignificat, cataractæ vero nomen à verbo Græco *Catarreo* ortum habet, & aquarum deſcenſum à præcipiti atque eminentiſſimo loco cum magno fragore importat, quo nomine ſacræ literæ ſæpe cuiuſque rei magnam abundantiam deſcribunt, vt 4. Reg. 7. & Pſalm. 41. ſic Rupertus annotauit.

Philo lib. 2. de vita Moyſi.
ארבות

Ruper. l. 4. in Gen. c. 20.

17 *Et cataractæ cæli apertæ ſunt*] Nubes ipſas per cataractas intelligit per metaphoram, quas, cum ſic rapide influerent, cataractas vocat, non quod cælum poroſum ſit, & tunc dilatauerit Deus poros cæli, vt aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, deſcenderent, ſicut aliqui voluerunt; quod non ſatis rationabiliter dictum puto.

18 *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*] Quidam exiſtimarunt cataractas cæli vocari partes illas, quæ ſunt generatiuæ pluuiarum, & inundationum; qualia ſunt ſigna aquatica; vt Cancer, & Piſcis, Pleyades, Hyades, & Orion de ſtellis; & Mars, Venus, & Luna de planetis; & hanc aquarum abundantiam præceſſiſſe coniunctionem Iouis & Saturni in fine Cancri. itaque cauſis naturalibus tribuunt totum iſtum cataclyſmum: ſed certe, etiam iuxta Ariſtotelem, talis inundatio ſupra montes, ex omni parte, præter omnem curſum naturæ eſt: quare miraculo potius tribuenda ſunt hæc, ſicut & multa alia, quæ ibi contigerunt; vt aduentus animalium; pax illorum in arca, & his ſimilia; vt aduertit Albinus. Porro licet in Hebræo non ſit; quadraginta noctibus, merito additum eſt à Vulgato, vt intelligeremus ſermonem eſſe in Hebræo, non de die naturali, ſed artificiali viginti quatuor horarum. Denique ſpatium quadraginta dierum, inquit Chryſoſtomus, peccatoribus conceſſit, vt delictorum ſuorum pœnitentiam agerent.

Ariſt. 2. meth.

Alb. q. in Gl.

Chryſ. ho. 24. in Gen.

19 *In articulo diei*] Ideſt, cum iam dies præceſſiſſet in luce; articulus enim rem diſtinctam importat, quo oſtendit Deus, potuiſſe ipſum Noe defendere ab hominum inſidijs prædictis, quem viderunt in articulo diei cum ſuis arcam ingredi, & nihil ei nocere potuerunt, ſicut cogitauerant. Porro vbi nos legimus, in articulo diei, ſiue hora opportuna, Hieronymus vertit, eadem die. & Septuaginta, in die hac. quod vero de animantibus ſubditur, per anacephaleoſim dictum eſt: prius enim ingreſſa ſunt, quam Noe, & qui de eius familia erant.

Hier. q. Hebr. in Gen.

20 *Et incluſit eum Dominus de foris*] Bituminando ſcillicet externam ſuperficiem oſtij, ne aquæ per iuncturas ingrederentur, quod Noe præſtare non poterat. Targum vertit, & protexit Dominus ſuper eum: Septuaginta, & clauſit Dominus Deus foris eius arcam, aliqui iuxta Hebręum, & clauſit Dominus pro eo. idem ſonant. tantum innuitur, quod cum Noe claudere non poſſet, hoc fecit Dominus.

21 *Factumq. eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram*] Intelligendum eſt quantum ad augmentum; illis enim quadraginta diebus, ſemper aucta eſt aqua ſuper terram, & imbres deſcenderunt.

22 *Et eleuauerunt arcam*] Non poſt quadraginta dies, immo quamprimum in eam altitunem ſuper terram fuerunt, vt poſſent arcam eleuare ſuper terram.

23 *Porro arca ferebatur ſuper aquas.*] Cæterum duodecim cubitis, in parte inferiori, ſubmerſa erat aquis.

24 *Et aquæ præualuerunt*] In Hebræo eſt *Gaberu*, quod antea vertit, inundauerunt, modo præualuerunt, vtrumque etiam factum eſt; nam & multiplicatæ ſunt aquæ nimis, & præualuerunt, rapido quodam impetu omnia proſternentes, & domos, & mœnia, & quæque fortiſſima. Vulgatus expreſſit hoc vltimum, primum ſubintelligendo.

גברו

25 *Opertiq. ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo.*] Cælum vocat eam aeris portionem, quæ nubiloſa eſt; ſiquidem paradiſus terreſtris, in quo iam erat Henoch, immunis fuit ab hac inundatione; quia montes, intra quos ſitus eſt, omnem nubiloſæ regionis altitudinem antecellunt. Scio vero, ſapientes non improbabiliter & terreſtrem para-

diſum putaſſe aquis diluuij deſtructum; quod autem Solinus Olympum, Athon, & Athlantem montes, ex multorum ſententia, tenet non fuiſſe aquis coopertos; forſan ex Poetarum figmentis, de illorum altitudine pendet.

Solin. c. 10. 14. & 27.

26 *Et deleuit*] Omnimodam prædictorum extinctionem inſinuat, vt iam ſupra inſinuauimus. Porro mirũ eſt valde, quod Dominus ſæuiret in homines, & cætera animantia ſuper terram; non autem in piſces: forſan quod illa, fœdis ſeſe congreſſibus polluiſſent & cum hominibus, maxime in eius deteſtationem cuncta deleuit, præter piſces.

27 *Obtinueruntq. aquæ terram centum quinquaginta diebus.*] Intelligendum eſt, vt R. Salomoh inſinuat, in ſua fortitudine, & exuberantia, à die ſcilicet, qua quieuit pluuia, quadrageſimo nempe, vſque ad diem, quo cęperunt decreſcere, & minui, vt ſequenti cap. dicitur. ita Ioſephus, & Chryſoſt.

Ioſeph. l. antiq. Chriſ. ho. 25. in Gen.

CAPVT OCTAVVM

a d e h
a per metaphoram dicitur, quando incipit liberare ab anguſtijs. d perfectæ ſpeciei, e & vt diſtinguuntur à iumentis. h i. quæ iuuant hominem in oneribus.
a b c d e f g h i x l
Recordatus autem Noe, cunctorumq. animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum

l a e g h k l
l tanquam ſub illius cura. a i. ventum validiſsimum e & exſiccantem. g ſ. aquis coperiam, ſeu ſuper aquas coperientes ipſam. h i. cœperunt minui ex parte. k ita, vt non rapide erumperent, ſicus antea. l i. maris.
a b c d e f g h i k l m n o p q
eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi,

b c e h i k m p
b per metaphoram nubes nimia reſolutione in aquam. c i. aeris. e per repitionem dicitur. h i. de aere. k ſ. in mare, & in concauitates. p i. fluctuantes & in confuſos alueos intrantes.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& cataractæ cæli: & probibitæ ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæq. ſunt aquæ de terra euntes, &

a i l m
a ad loca ſolita maris, & concauitates. i diminutæ aquæ aliquibus cubitis. l m illius anni. ſ. Tiſri.
a b c d e f g h i k l m
redeuntes: & coeperunt minui poſt centum quinquaginta dies. Requieuitq. arca menſe ſeptimo,

e f g l n
e f i. vnum montium. ſ. in vertice Gordicei montis. g ſ. maioris, ab Araxi fluuio vicino Araxea Hebraice dicta Ararat. l i. fluebant in ſua natiua loca. n etiam per exſiccationem aeris, & terræ imbibitionem.
a b c d e f g h i k l m n o
vigeſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ. At vero aquæ ibant, & decreſcebant vſque

c d k l m
c i. illius anni. d ſ. illius anni. k l m i. diſcooperta aquis, ſic vt videri poſſent pleraque, altiora ſcilicet.
a b c d e f g h i k l m
ad decimum menſem: Decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium.

a b g h l
a b poſt primam diem decimi menſis. g h i. vnam ex feneſtris pro illuminatione arcæ factis. l i. emiſit.
a b c d e f g h i k l
Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit

b c d e f g l
b c i. fugit. d e f & licet circa arcam volitaret, quaſi volens regredi, tamen non eſt amplius ingreſſus. g excluſiue, non quod poſtea ingreſſus ſit. l i. campeſtria.
a b c d e f g h i x l m
coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emiſit

d i l m n
d i. coruum. i i. imminuta. l m n quæ erant ſuper terram habitabilem.
a b c d e f g h i x l m n o p q
quoque columbam poſt eum, vt videret: ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum non

inueniſſet

a b g h

quia neque inſidere cadaueri, vt coruus nouit, neque in terra lutoſa, quæ adhuc in montibus erat ex tanta aquarum detentione, & ad campeſtria volans inuenit aquis cooperta. *.ſ. & videns propinquam arcam reuerſa eſt.*

a c d e f g h i k l m n o p q

inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam : aquæ enim erant ſuper

a b

.ſ. campeſtrem, nam montuoſa ex parte diſcooperta erat.

a b c d e f g h i

vniuerſam terram : extenditq. manum, & apprehenſam intulit in arcam.

S C H O L I A.

1 RECORDATVS *autem Dominus Noe*] Per metaphoram dicitur Dominus recordari ; ſicut enim, cum à periculis nos non liberat, cum poſſit, dicitur obliuiſci, ita cum incipit liberare, recordari dicitur, non quod vere obliuio aut recordatio ſint in Deo. Sic Theodoretus. *Theod. q. 25. in Gen.*

2 *Adduxit ſpiritum ſuper terram.*] Spiritum, ideſt, ventum ſuper terram, aquis ſcilicet coopertam, ſiue ſuper aquas, quæ erant ſuper faciem terræ ; ventum itaque validum, & exſiccantem illas. & licet Ambroſius, & Theodoretus de Spiritu ſancto interpretentur, hoc ad myſticum pertinet ſenſum ; planior tamen expoſitio eſt, non de ſole, vt aliqui volunt, ſed de vento. *Amb. l. de Noe & arca c. 16. Theo. q. in Gen.*

3 *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo*] Hain proprie ſignificat oculum, & ex conſequenti fontem, qui de terra egreditur ad modum oculi, & nos vulgo dicimus, *vn oio de agua* : & quia ab oculo lachrymæ fluunt, ſicut è terra aquæ ſcaturiunt, hos fontes obturauit Dominus, vt non ſcilicet erumperent ita rapide, & abundanter, ſicut antea. Porro ventus etiam diſſipauit nubes, & per conſequens earum cataractæ clauſæ dicuntur, quia non reſoluebantur, ſi quæ eſſent, in pluuiam ; & ita per repetitionem ſubditur, & pluuiæ prohibitæ ſunt, diſſipatis ſcilicet, vel extenuatis nubibus. *עין*

4 *Reuerſæ ſunt aquæ euntes & redeuntes*] Loquitur de aquis, quæ erant ſuper terram, euntes & redeuntes, ideſt, fluctuando & fluendo ad alueos redeundo reuerſæ ſunt in mare, & in ſua loca, ſcilicet concauitates terræ, illæ ſcilicet, quæ non ſunt exſiccatæ ab aere, & imbibitæ terræ, quarum magna portio fuit. *Hier. q. hebr. in Gen.*

5 *Requieuitq. arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ.*] Septimo menſe, ſcilicet illius anni, diminuta eſt aqua aliquibus cubitis, requieuit arca ſuper montes, ideſt, vnum montium Armeniæ. Iam in Hebræo, & in Chaldaica editione eſt, decimo ſeptimo ; ſed nos ſequimur Vulgatum ; illud enim vitio ſcribentium imputari creditur. Porro Hebræus habet, *Ararat*, quæ non eſt regio longinqua ab Armenia, cuius montes vſque ad Armeniam protenduntur, neque Armenia minor, vt aliqui Geographi volunt; Chaldaica editio habet ſuper montes Cardu, quos montes Q. Curtius vocat Carduos, alij Carduenos; ſed, teſte Beroſo Chaldæo, in vertice Gordici montis quieuit arca, qui mons maioris eſt Armeniæ, Caſpijs collibus adiacens, & portio huius Armeniæ Araxi fluuio vicina eſt, quæ Aramæa lingua, Araxia, Hebraice, credo, *Ararat* vocatur. *אררט* *Beroſus.* *אררט*

6 *Decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium*] Intelligendum eſt de prima die menſis decimi illius anni. Porro, cacumina montium apparuiſſe, non dicitur, quaſi Noe, aut alius illa viderit, ſed quia cum diſcooperta eſſent aquis videri potuerint.

7 *Cumq. tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ*] Ideſt vnam feneſtram ex his, quas fecerat ad illuminationem arcæ, forſan illam, quę in altiori parte arcæ erat, tranſacta pluuia. Chryſoſtomus legit, oſtium, vel ianuam, ſimiliter Ambroſius, & Hieronymus; admonet tamen in Hebræo eſſe feneſtram, forſan oſtium feneſtræ cryſtallinæ aperuit, præ horrore autem noluit ipſe intueri, ſed animalia emiſit, inquit Chryſoſtomus. *Chryſ. ho. 27. in Gen. Amb. c. 17. de Noe, & arca. Hier. q. hebr. Chryſ. ho. 26. in Gen.*

8 *Dimiſit coruum*] Hebraice *Horeb*, ab *Harab*, quod eſt, miſcere, vnde *Hereb*, veſpera, quod quaſi miſceantur tenebræ luci, & quia coruus fuſcus eſt, & habet pennas quaſi lucidas, *Horeb*, etiam dicitur : *ערב* *ערב* *ערב* *ערב*

9 *Qui ingrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ.*] Dictio illa, donec, excluſiua tantum eſt, ſicut in aliquibus alijs locis Scripturę, non quod coruus, poſt exſiccationem aquarum, ad arcam fuerit regreſſus. Porro quidquid ſit de textu Hebraico & Chaldaico, qui nunc ſunt, licet Hebraicum comparatione ad Vulgatum, quidam, ſed incongrue, veritatem Hebraicam vocent, & quidquid ſit de codicib' vetuſtis Longobardis Goticis, certe aperte Vulgatus dicit, coruum non fuiſſe ad arcam reuerſum : ſic etiam Septuaginta interpretes, & eſt Patrum ſententia, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, Seueri Sulpitij, Albini, & aliorum multorum, quamuis quod à principio egreſſus circa arcam volitauerit, quaſi volens ingredi, quod forſan inſinuant textus Hebræus, & Chaldaica translatio, cum dicunt, & reuertebatur : Cæterum non eſt ingreſſus, & ita Vulgatus tacens illam volitationem circa arcam, quaſi volentis regredi & ingredi, vltro citroque volitans circa arcam; ſolum expreſſit, non fuiſſe vltra regreſſum, ideſt, ingreſſum, poſtquam ab arca ſemel egreſſus eſt. *Hier. ad Oceanum, & in dialogo cōtra Luciferianos. Aug. in Gen. Iſid. ſuper iſtū locum. Seuer. in ſua hiſt. Alb. q. in Gen.*

10 *Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius.*] Coruus alicui cadaueri ſupernatanti inſidere potuit, vt Auguſtinus, Iſidorus, & Seuerus Sulpi- *Aug. vbi ſupra & q. 13. in Gē. Iſid. vbi ſupra. Seu. in ſua hiſt.*

tius

Chryſ. ho. 26. in Gen.

tius vbi ſupra aduertunt, & Chryſoſtomus, quod columba naturaliter refugit. Rurſum, etſi terra in partibus montium exſiccata eſſet, erat tamen adhuc terra lutoſa, ex tanta aquarum detentione, & columba ſuper lutum pedem figere recuſat, non autem coruus. adde quod ab arca egreſſa, ex naturali more ad campeſtria volauit, quæ cum eſſent adhuc aqua cooperta, videns non longe arcam ad illam reuerſa eſt, & ſic intelligendum eſt, quod ſubditur: & aquæ erant ſuper vniuerſam terram, ſcilicet campeſtrem; nam montium pars diſcooperta erat. ſic Chryſoſtomus, & Auguſtinus, & Ambroſius; quod veroſimilius apparet, quam hoc loco anacephaleoſin conſtituere, vt quidã contendunt.

Ibidem. Aug. q. 14. in Gen. Ambr. ho. 26. in Gen.

h
.i. emiſit.
a b c d e f g h i k l m n o
Exſpectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit

d f
ſ. illius diei. ſiue folium, quod rami nomine innuitur, maxime ex lectione Septuaginta, & Chaldæo paraphraſte.
a b c d e f g h i k l m n o p q
ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo: intellexit ergo Noe quod

a d e l
.i. imminuta, ita vt non operirent ſuperficiem terræ. ſ. campeſtrem. ſ. Noe. ſ. tertia vice.
a b c d e f g h i k l m
ceſſaſſent aquæ ſuper terram. Expectauitq. nihilominus ſeptem alios dies: & emiſit columbam,

i K l m n
ſ. vita Noe. ſ. Nizan, qui reſpondet Martio.
a b c d e f g h i k l m n o p
quæ non eſt reuerſa vltra ad eum. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die

b c d e f
.i. exſiccata, ita ſ. quod communiter non erant aquæ terram coperientes, ſed terra non erat penitus, vt expediebat ad animalium greſſum.
a b c d e f g h i k l m n o
menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noe tectum arcæ, aſpexit, viditq. quod

a b c d e f l m n
non tamen omnino vt expediebat ad hominum habitationem in ea. ſ. Iiar. ſ. eiuſdem anni. ita vt expediebat ad animalium & hominum egreſſum de arca, & inhabitandam terram.
a b c d e f g h i k l m n o
exſiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis areſacta eſt terra.

Locutus eſt autem Deus ad Noe, dicens: Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui, & vxores

g h i K
ſ. in arca. i. ſpecie perfecta animalium.
c b c d e f g h i k l m n o p
filiorum tuorum. Cuncta animantia, quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quam

in beſtijs, & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper

b c d
relaxat, quod in arca prohibitum fuit, ſ. congreſſum.
a b c d e f g h i k l m n o p
terram: creſcite & multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius, vxor illius,

& vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia, quæ reptant ſuper

c d
i. ſpeciem ſuam.
a b c d e f g h i k l m n o
terram ſecundum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. Aedificauit ergo Noe altare Domino: &

c K l m n a
ſ. aliqua ex omni ſpecie, ſed prout diuino inſtinctu placuit ex aliquibus. ſ. in gratiarum actionem. .i. placuit Deo ex deuotione Noe, ſiue tamquam rem ſuauem acceptauit.
a b c d e f g h i k l m n
tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſq. eſt

Dominus

c h l
.i. vt quieſceret à vindicta peccatorum modo ſequenti. *ſicut modo.* *.i. propter hominum peccata.*
a b c d e f g h i k l
Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines:

a e f g h l m
.i. appetitus ſenſitiuus. *.i. ſecundum affectum carnis.* *.i. ſenſibile bonum contra rationem.* *.i. ab ineunte ætate, maximè tamen hoc viget in adoleſcentia.*
a b c d e f g h i k l m n o
ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non

g h i k l
.ſ. generali hominum, & animalium extinctione, propter peccatum. *quamdiu terra erit habitata.*
a b c d e f g h i k l
igitur vltra percutiam omnem animam viuentem, ſicut feci, Cunctis diebus terræ,

d e f g h i k l m n o
quæ omnes differentiæ confuſæ fuerunt toto tempore diluuij, ob imbrium & inundationum immenſitatem, & tempora nubila. *.i. non deſinent eſſe communiter, nec ceſſabunt.*
a b c d e f g h i k l m n o
ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox et dies non requieſcent.

S C H O L I A.

11 *Portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo.*] Chaldæus Paraphraſtes habet: Et ecce folium oliuæ, quod decerpſerat in ore ſuo. Ambroſius legit ramum, ſicut Vulgatus; Auguſtinus ſurculum, iuxta Hebræum; *Haleb* folium ſonat, quod vento facile aſcendat: putant & folium & ramum dici, quod exiguum eſſet; ſed certe folium & ramum, quæ, vt docet Aben Ezra, pro eodem hic ſumitur, vnde & in Hebræo dicit eſſe Taphtologiam, ſicut cum dictum eſt, terra & cinis; & Septuaginta vertunt: & folium oliuæ, & feſtucam in ore eius, qua verſione vſus eſt Chryſoſtomus, etſi eius Latinus interpres vertat, folium oliuæ ſiccum, deceptus quidem ex ambiguitate vocis *Carphos*, quæ & ſiccum & feſtucam ſignificat: vnde & idem Chryſoſtomus ſtatim ſubdit: arbor hæc ſemper virens eſt; quod vero Iudæi dicunt, fuiſſe de monte oliuarum, quem cum monte Sion diluuij aquis non fuiſſe coopertum affirmant, abſque vllo fundamento dicitur.

Amb. l. de arca & Noe, c. 17.

עלה

Aug. lib. 1?. contra Fauſtū cap. 10.

κάρφος

Chryſ. ho. 21. in Gen.

12 *Virentibus folijs*] Virentia habuiſſe folia quidam aſſerunt, quod nata eſſent ſeptem illis diebus, quibus non erant aquis cooperti rami oliuarum. ſic innuit Ambroſius: ſed etiam in aquis virorem conſeruaſſe, ſatis probabile videtur ex his, quæ Plinius & Chryſoſtomus ſcribunt.

Amb. de arca & Noe. c. 19. Plin. l. 16. c. 20. Chriſ. ho. 26. in Gen.

13 *Imminutæ ſunt aquæ ſuper terram.*] Etiam ſuper campeſtria iam non erant aquæ cooperientes vndique ſuperficiem terræ: vnde ſubditur, vidit quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ; non tamen ita, vt congrueret deambulationi hominum, & iumentorum ſuper illam.

14 *Aperiens Noe tectum arcæ.*] Iuxta Hebræum amouit, ſeu abſtulit operimentum arcæ: Chaldæus legit: abſtulit, ſed Vulgatus, magis ad ſententiam, quam ad verba reſpiciens, vertit: aperiens Noe tectum: ſic etiam & Septuaginta: certe ſiue remotio, ſiue apertio tecti, vtrumque apte dici poteſt, & idem important.

15 *Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo die menſis areſacta eſt terra*] Ideſt, iam exſiccata, prout expediebat ad egreſſum hominum, & animalium ab arca, vt illam incolerent.

16 *Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum*] In ingreſſu prius nominabat mares omnes ſeorſum; deinde feminas omnes; modo viros cum vxoribus recenſendo combinat, quo innuitur, quod grauiſſimi ex Patribus affirmant, in arca à congreſſu continuiſſe & homines, & animalia ex diuino mandato; poſt egreſſum vero, vt ad propagationem expediebat, præceptum relaxauit: vnde ſæpe in ſequentibus repetit, Creſcite, & multiplicate.

17 *Egreſſus eſt Noe*] Eodem die (ſi recte computare voles iuxta Vulgatum) anni ſequentis, quo ingreſſus fuerat in arcam, vndecim, ſiue decem dies intercedunt; hi ſunt, quibus annus ſolaris excedit lunarem, licet Xenophon in æquiuocis nouimeſtre putet hoc Ogygis Priſci diluuium fuiſſe.

Xenoph. in æquiuocis.

18 *Aedificauit autem Noe altare Domino*] Licet etiam Abel & poſteri Seth altaria ædificauerint, ad ſacrificia offerenda, cæterum hoc primum expreſſit Scriptura, vt Vualafridus Strabo aduertit, de exordijs & incrementis rerum Eccleſiaſticarum diſſerens.

Vualaf. l. 1. c. 1.

19 *Et tollens de cunctis*] Non quod ex cunctis mundis ſingula obtulerit, ſed ex omnibus tantum mundis tulit, quæ ſibi diuino inſtinctu placuerunt.

20 *Obtulit holocauſta*] Holocauſtum nomen Græcum compoſitum eſt ex *Holon*, ideſt totum, & *Cauma*, ideſt, combuſtio, quod id genus ſacrificij

ὅλον καῦμα

עולת ויעל עלת

totum comburatur, Hebræis eſt *Gholam*, quod aſcenſionem importat,eſtq.hic in Hebræo *Vaiaghal gholoth*,ideſt, fecit aſcendere aſcenſiones, aſcendit ſiquidem fumus ignis,& eius,quod offertur.

ריח נחח

21 *Odoratusq. eſt Dominus odorem ſuauitatis*] Verbum *Reiah*, ſignificat odorari & olfacere. Porro vbi nos habemus, odorem ſuauitatis, in Hebræo eſt *Noach*, ideſt,quietis; & ſuauitatis; ſuaui enim odore ſolet quodammodo hominum ira mitigari,& quieſcere à vindicta; vnde ſiue dicas ſuauitatis,ſiue odoris, idem importat: per analogiam itaque dicitur, Deum odorem quietis odoraſſe, cum quieuit ab ira. Placuit enim Deo deuotio Noe offerentis ſacrificium in gratiarum actionem; & ideò acceptauit eius ſacrificium: hic eſt bonus odor deuotionis apud Deum: vnde & Chaldæus Paraphraſtes: & ſuſcepit Dominus cum beneplacito oblationem eius; corporaliter ſiquidem nihil ita execrabile, & fœtidum, ſicut oſſium, & carnium exuſtorum fœtor; ſed Deus ſpiritus eſt, & iuxta offerentium deuotionem hæc placent.

22 *Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem.*] Ideſt, ita, maledictione ſcilicet generalis diluuij, propter hominem, ideſt, ob hominum peccata: vnde inferius dicit: non vltra percutiam animam viuentem,ſicut feci.

23 *Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt, ab adoleſcentia ſua*] Iuxta Hebræum quidam legunt: figmentum humani cordis malum eſt. alij ex Hebræis, fomitem, vel concupiſcentiam vertunt. Græci vero legunt: quia permanet mens hominis diligenter ſuper mala à iuuentute ſua. omnia in idem redeunt. & certè quamprimum rationis ſenſus plenus viget, experiuntur,& poſt peccatum, & ex peccato, appetitus ſenſitiui pronitatem in bonum ſenſile contra rationis dictamen: & quia hoc eſt ab exordijs primis, dicitur ab adoleſcentia: & forſan dixit: ab adoleſcentia,quia vrgentes tentationes, & peccandi ſtudium in adoleſcentia, vim ſuam maxime obtinent. Adde,hoc loquendi modo originis vitium deſcribi, vt ſit ſenſus: fragilis eſt homo ſuapte natura, & infirmus; quod enim nobis connaturale eſt, dicimur habere ab ipſis incunabilis,& ab adoleſcentia.

24 *Cunctis diebus terræ*] Hebraiſmus eſt, id eſt,quamdiu terra erit. Porro Septuaginta coniungunt verba hæc cum antecedentibus, ſcilicet,non percutiam omnem carnem; ſed Vulgatus optime iuxta Hebræum coniunxit cum ſequentibus, ſcilicet, ſementis & meſſis.

25 *Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis*] Hæ omnes temporum & culturæ differentiæ, toto diluuij tempore, confuſæ fuerunt ob aquarum inundantiam, & imbrium magnitudinem: cæterum in poſterum diſtinctæ erunt,id eſt,non adeo confuſæ prout & vitæ hominum, & animalium, & victui ex terræ fructibus expedit: quod intelligendum eſt de terra, ſecundum iſtum ſtatum, in quo poteſt & eſſe debet principium generationis & corruptionis plantarum,quod non erit poſt iudicium, & ita ceſſabunt motus cæli, & prædictæ differentiæ. S.Th. 4.d.48. q.2.a.2.ad pr.

26 *Nox & dies.*] Septuaginta legunt: ſemen, ac meſſis, frigus & æſtus, æſtas & ver, die & nocte non requieſcent: ſed Vulgatus præſtantius tranſtulit: nox & dies non requieſcent: eſt enim diei & noctis viciſſitudo,ſicut æſtatis,& hyemis, & aliarum prædictarum differentiarum, grata & vtilis.

27 *Non requieſcent*] Subintellige, ſicut tempore diluuij defuerunt, & confuſæ quodammodo fuerunt,vt dictum eſt.

28 *Super altare*] In Hebræo *Mizbeah*, à radice *Iabach*, ideſt,mactare, quod victimæ mactatæ ſuper altare offerebantur. מזבח לבח

CAPVT NONVM.

a h i x l n
.i. benefecit in ſequentibus eis.vel, benedixit dans eis fœcunditatem. *tollens mandatum de continendo, tempore, quo fuerunt in arca.* *ſ.numero.* *.i.conſiſtite in magno numero.*
a b c d e f g h i x l m n
Benedixitque Deus Noe, & filijs eius. Et dixit ad eos: Creſcite & multiplicamini,

b c e f g h i
habitatione veſtra. *omnia enim animalia timent faciem hominis,& à ſe inuentis inſtrumentis cunctis immittit timorem*
a b c d e f g h i x l m
& replete terram. Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia

m b c d e f f
non conceditur idem dominium, quod Adæ in ſtatu innocentiæ,ſed quod inſtrumentis,& ingenijs poſſit ea vincere,& eis dominari. *.i. aeris.*
a b c d e f g h i x l
terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper

b c d e f g h e f g h
.i.facultas libera datur vtendi in cibum & alios vſus,quos capere poteritis. *.i.poteſtati, non quod ad manum ad nutum veniant.*
a b c d e f g h i x l
terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne quod

mouetur

a b c d — e f g — h i x — m n
niſi alias nociuum & horribile ſit, ſicut antea & herbas dederat, quæ .ſ. alias non eſſent nociuæ. — *iam communiter neceſſarium, tum ob paruum herbarum nutrimentum, tum ob debilitatem naturæ.* — *tranſlatiue ſumitur pro communi cibo & edulio. vel ſicut olim olera tradideram.* — *quæ apta fuerint ad cibũ veſtrum.*

a b c d e f g h i k l m n o p
mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quod

a b c — f — g — h i — k l m
.i. carnem adeo cruentam, ſicut feræ ſolent comedere. — *.i. effuſionem ſanguinis ad mortem.* — *.i. veruntamen; ſiue autem.* — *.i. in quo vita veſtra conſeruatur.* — *.i. puniam. Hebraiſmo, quo. requirere de manu pro punire ſumitur.*

a b c d e f g h i x l
carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de

b c — g — K — m n — o
in horrorem homicidij non quod animalia peccent. — *qui priuata auctoritate per ſe, vel per beſtiam occiderit.* — *.i. hominis audacis & fortis.* — *.i. conſanguinei. q.d. etiam ſi frater ſit.* — *.i. puniam.*

a b c d e f g h i k l m n o
manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri, & fratris eius requiram

a — b — o a b — c — g
i. in vita, per mortem. — *.ſ. occiſi à ſupradictis.* — *propter ablationem iniuſtam vitæ hominis* — *.ſ. priuata auctoritate.* — *.i. reus erit, vt à iudice fundatur.*

a b c d e f g h i k
animam hominis. Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad

a b c — i — l — n
quia .ſ. animus ei eſt, cuius eſt imago. — *.ſ. numero.* — *.i. conſiſtite in magno numero.* — *.i. entrad por la tierra adentro: ite ad alias regiones.*

a b c d e f g h i k l m n
imaginem quippe Dei factus eſt homo. Vos autem creſcite, & multiplicamini, & ingredimini

d e — h i K l m n o
.ſ. habitatione veſtra — *tamquam ad præcipuos. & qui cognoſcunt pacta, bruta enim propter homines facta ſunt.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
ſuper terram, & implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: Ecce

b — c — h i — K l — p
.i. ſtatuo, & quantum ex me eſt, ratum habeo, eſt Hebraiſmus. — *.i. progenie veſtra futura.* — *.i. vobis vita functis.* — *.i. animal.*

a b c d e f g h i x l m n o p
ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: & ad omnem animam

b c d — g — k — m
.i. in hoc mundo ſimul vobiſcum. — *qui habent alas quomodocumque.* — *.i. quæ vos iuuant in operibus.* — *.i. armentis.*

a b c d e f g h i x l m n o
viuentem, quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quam in iumentis & pecudibus terræ cunctis,

a b c — h — K — o
cuiuſcumque generis ſint irrationabilia animalia perfecta non ſilueſtria. — *.i. ſilueſtribus animantibus.* — *.i. ſtatuo:* — *.i. vt.*

a b c d e f g h i k l m n o
quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtijs terræ. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequa-

d e — l — n
.i. animal viuum. — *generale, vt fuit.* — *quia etiam terram diſſipauit, & in deterius reddidit, vel eſt repetitio, & intelligit omnes habitantes.*

a b c d e f g h i k l m n
quam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans terram.

d e — g
conſtituebantur enim ſemper quædam ſigna fœderis. — *.i. ſtatuo:*

a b c d e f g h i k l m n o p q
Dixitq. Deus: Hoc ſignum fœderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem,

c — e — f — o
.i. ſimul in hoc mundo, in quo vos eſtis. — *.i. proles.* — *i. futuras vſque ad finem mundi, ſiue omnes homines.* — *ad placitum, in quantum eſt ſignum non futuri diluuij generalis.*

a b c d e f g h i k l m n o
quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas: Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum

f .i.habitantes terram. k .i. aerem.

a b c d c f g h i k l m n o
foederis inter me, & inter terram. Cumq. obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in

c per metaphoram ſecundum ſimilitudinem effectus. k .i. animali. m n o repetitio eſt eiuſdem

a b c d e f g h i k l m n o
nubibus: & recordabor foederis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat:

g h generaliter, ſicut feci. i k .i. corporeum animal, ſiue carneum.

a b c d e f g h i k l m n o
& non erunt vltra aquæ diluuij ad delendum vniuerſam carnem. Eritq. arcus in nubibus, &

a b ad modum humanum loquitur, ſecundum effectum ex viſione, & recordatione fœderis vt in hominibus contingit. d e per metaphoram, ſecundum ſimilitudinem effectus. f .i. vſque ad finem mundi, in quo ceſſabunt hæc pericula, & motus cæli, & hominum peccata: ſiue ſempiterni, ideſt perpetuo à me ſeruandi.

a b c d e f g h i k l m n
videbo illum, & recordabor foederis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem

a .i. animal. c d .i. cuiuſcumque generis corporei animalis.

a b c d e f g h i k l m n o
animam viuentem vniuerſæ carnis, quæ eſt ſuper terram. Dixitq. Deus ad Noe: Hoc erit

a b repetitio eſt eiuſdem, ad modum, quo homines, quæ in bonum non ſperatum alterum ſtatuunt, ſæpe eis inculcant, & repetūt, vt eos ſecuros reddam. h i. animal viuens. i k ſ. quod habitat.

a b c d e f g h i k
ſignum foederis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram.

S C H O L I A.

1 BENEDIXITQ. *Deus Noe & filijs eius.*] Benedicere Dei, vt dictum eſt, benefacere eſt; in quibus autem eis benefecerit, in ſequentibus ſubiungit: enimuero, ſicut maledictio ſæpe ſterilitatem importat, ita & benedictio celerem, ac multiplicem generationis propagationem.

2 *Creſcite & multiplicamini*] Sæpe hoc repetit; quibus verbis innuitur, iam relaxatum fuiſſe mandatum de continendo in arca; nunc autem expedire oppoſitum, ad orbis multiplicationem.

3 *Et terror ac tremor veſter ſit ſuper cuncta animalia terræ.*] Non quod denuo dominium ſuper omnia animalia homini concedatur, quale in Adam fuit, tempore innocentiæ; ſed inquantum ad vſus ſuos eis egent, & ad cibum, liber illorum vſus conceditur: quæ etiam omnia naturaliter faciem hominis timent, qui omnia ſuo ingenio vincere poteſt, & vincit, vt experimur: vnde Plinius: nullum ſæuum, aut truculentum animal hominem occidit, niſi laceſſitum, aut fame compulſum, vel aliqua perturbatione occupatum; timent ſiquidem hominis faciem. Iam, vt Auguſtinus innuit, forſan prædictis verbis oſtenditur, in ſtatu innocentiæ fuiſſe pacificum imperium; poſt peccatum autem futurum violentum atque terribile.

Plin. l. 8. c. 14

4 *Omnes piſces manui veſtræ traditi ſunt*] Non quod ad nutum hominis, ad manum veniant; ſed quaſi dicat, quos poteritis capere, capite; omnes enim vobis in vſum trado, ſicut dominus, qui libere venandi facultatem ſubditis tradit, dicere poteſt, omnes beſtiæ agri mei manui veſtræ traditæ ſunt hodie, quaſi dicat, liberam venandi facultatem habetis, capite quæ poteritis.

5 *Et omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.*] Sicut antea terrænaſcentia cuncta data erant in cibum; intelligendum tamen erat de his, quæ naturaliter nociua non erant, & de aptis ad humanum cibum, (vnde R. Dauid dicit, quod dictio *Heſeb*, ſignificat tantum herbam, quæ eſt cibus hominis) ita & quæ mouentur ſuper terram, cum aſſignantur modo in cibum, intelligendum eſt de ijs, quæ alias nociua & horribilia non ſunt, vt mures, & id genus alia. עשב

6 *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.*] Vſum carnium apud aliquos, ante diluuium fuiſſe, ſatis probabile eſt ex his, quæ in hoc capite dicuntur & ex eo, quod Abel de pinguibus, tamquam pretioſioribus obtuliſſe ſacrificiū refertur: ſi enim tantum fuiſſet lanarū vſus, non illa pretioſiora iudicaret; paria enim ſunt, quantum ad lanam, pin-

guia

guia, & non pinguia. Cæterum non erat neceſſarius cibus; ſicut poſt diluuium, quando hominum natura debilior quodammodo reddita eſt, & terræ naſcentia non tantæ virtutis, & nutrimenti, ſicut antea, & deterior terra reddita, maiori labore indigebat in cultura, quam antea: vnde communiter homines lautiori, & maioris nutrimenti cibo indigebant; quare modo, vt regulariter neceſſarius, & quotidianus aſſignatur à Deo: licitus itaque antea erat carnium eſus, licet non ita in vſu eſſet: ita Iuſtinus, Chryſoſtomus, & S. Thomas.

Tertul. l. de cib. Iud.

Iuſtin. ad 119 quæſt. ortho. Chryſ. ho. 27. in Gen. S. Tho. ſup 14. c. epiſt. ad Ro.

7 *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.*] Olera, proprie herbas illas ſeminatas important, quibus communiter homines veſcuntur, vt ſit ſenſus: ſicut olim in communem cibum olera tradideram, ita & nunc carnes. Vel tranſlatiue tenuem, & quotidianum cibum important, vt ſit ſenſus, quaſi pro communi, & quotidiano cibo erunt vobis piſces, & omnes carnes: *ordinaria comida.*

8 *Excepto, quod carnem cum ſanguine non comedetis.*] Licet variè verba hæc interpretentur aliqui, vt ſcilicet fuerit prohibitio eſus ſanguinis, quæ infra Leuitici 17. ſiue emiſſi per venas, ſiue detenti in corpore, vt in ſuffocatis: ego tamen intelligo carnes cruentas, ad modum, quo feræ illas comedunt; non vult Deus tantam feritatem in hominibus, in eſu carnium, ſed quod igni applicatæ accommodæ ſint, & mundæ ab illo ſanguine & carnium humiditate; *Y no chorrando ſangre, como leones.* Porro vbi nos legimus carnem cum ſanguine, in Hebræo eſt, carnem in anima ſua, in ſanguine ſuo non comedetis. appoſitio eſt frequens apud Hebræos, vt poſteriora verba priora explicent, quaſi dicat, non comedetis carnem cum ſanguine, in quo eſt anima eius, ſanguis ſiquidem, vitæ ſedes dicitur.

9 *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram.*] Sanguinem animarum veſtrarum, ideſt, quo animæ in corpore viuunt. Iam dictio illa, enim, non cauſalis hoc loco eſt, ſed idem ſonat,
ואך quod verumtamen, vt Hebræa vox, *Veah*, inſinuat. Ne itaque exiſtimarent etiam humanarum carnium eſum concedi, cùm dictum eſt, & omne, quod mouetur ſuper terram, erit vobis in cibum; (quod, teſte Beroſo, ab aliquibus ante diluuium factum fuit; quod & modò ex Indis Canibales quidam ab Hiſpanis reperti, conſueuerant.) inquit: Sanguinem enim, ideſt, verumtamen non licet hominem ad eſum occidere, quaſi eorum carnes vobis etiam ad vſum fuerint traditæ; ſanguinem ſiquidem animarum veſtrarum requiram, eſt phraſis Hebræa, requiram, ideſt, puniam effuſionem talis ſanguinis: dicitur autem animarum veſtrarum, ideſt, vitæ veſtræ, in quo vita veſtra conſeruatur, & illo omnino effuſo, incurritur mors. forſan eſt ordo inuerſus, & redditur ratio eius, quod proxime ſequitur: ſcilicet, Quicumque effuderit, &c. Porro per hanc ſanguinis effuſionem intelligit homicidium, quocumque modo fiat, etiam ſine ſanguinis effuſione; ſed quia communiter eſt cum effuſione ſanguinis, phraſi Hebræa ſic homicidium vocat, & deſcribit.

10 *De manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis*] In deteſtationem homicidij hæc præcipiuntur, non quod animalia peccent: ſimile huic habes Exod. 21. (immo quod hic innuitur, ibi ſtatuitur, adhibitis de hoc legibus) vbi lapidari iubetur bos, & ne quis carnibus eius veſcatur, ſi hominem occiderit: et ſi ab heri, & nudiuſtertius, inuentus fuerit cornupeta, & eius dominus præcipitur occidi, eo quòd non cuſtodierit eum, & à fortiori intelligendum eſt idem, cum homo ſcienter canem, vel huiuſmodi hominem priuata auctoritate occiderit.

11 *De manu hominis*] Hebraiſmus eſt, vel quod communiter manibus homicidium perpetretur, vel quod quaſi propria manu, & poteſtate factum, & non iudiciaria, ideo puniatur.

12 *De manu viri & de manu fratris requiram.*] Nomine viri intelligit hominem audacem, & fortem; requirere autem de manu alicuius aliquid, eſt punire eum pro re illa, phraſi Hebræa, vt oſtendat, neque ratione audaciæ, aut conſanguinitatis, eximendum eſſe à pœna homicidij; ſolent enim conſanguinei facile cedere iuri ſuo in exigenda vindicta, etiam ſi mortuus pariter ſit conſanguineus; & certe de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris, ideſt, proximi, repetitio eiuſdem videtur, Hebræorum more, quaſi dicat, quicumque ille fuerit, punietur. Chaldæus Paraphraſtes legit: de manu viri, qui effuderit ſanguinem fratris ſui, requiram.

13 *Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius*] Sermo eſt de illo, qui priuata auctoritate facit. Porro, ex hoc loco prouerbialis illa ſententia orta eſt, quæ habetur Matthæi 26. capite, Qui gladio occidit, gladio punietur, & eſt pœna talionis, quam pœnam decretam propter priuatum homicidium, ſecundum meritum, intellige: decernitur itaque reus mortis, & ſic mulctandus à iudice, & licet iudex non ſemper exequatur, mortem tamen æternam, ſi non pœnituerit, non effugiet. quo modo locum iſtum interpretatur Sanctus Thomas, vnde Chaldæus Paraphraſtes legit: Quicumque effuderit ſanguinem hominis, cum teſtibus, per ſententiam iudicis, ſanguis eius fundetur.

S. T. 1. 2. q. 10 a. 1. ad 1.

14 *Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.*] Rationem reddit, ſicut qui imaginem Regis deſtruit, iniurius Regi videtur, ita propter imaginem quam in nobis poſuit, vt iniuriam ſibi factam, vindicat Deus, & pœnam temporalem debitam decernit; quaſi dicat, quia ad meam imaginem illum condidi, & Hebræorum more, velut de tertia perſona loquitur.

15 *Creſcite, & multiplicamini*] Ex his colligunt Beroſus, & Diodorus, Noë poſt diluuium alios filios habuiſſe, licet in litera non ſint expreſſi, & Diodorus dicit fuiſſe numero quadragintaquinque, quod probabilius eſt, eo quod Iudæi fingunt, Cham, cum patrem nudatum vidit, illum impotentem reddidiſſe.

Beroſ. lib. 2. Diod. l. 4. c. 15

16 *Ingredimini ſuper terram.*] Sicut vulgo dicimus, *entra por eſſa tierra adentro, y la poblad:* quaſi dicat, ite ad vlteriores regiones, & per multiplicationem implete terram; *poblad la tierra.*

17 *Ecce ſtatuam pactum meum vobiſcum.*] Futurum pro præſenti, more Hebræorum, ſicut alibi ſæpe, ideſt, nunc ſtatuo, quod & infra repetit, more humano, quæ enim in beneficium aliquorum ſtatuuntur, præter illorum ſpem, eis ſemel, ac iterum inculcant, ac repetunt; *mira que yo lo prometo, y os lo offrezco, quanto es de mi parte no faltare.*

18 *Omnis caro aquis diluuij.*] Diluuium generale ſtatuit deinceps non futurum, ob hominum peccata, in pœnam illorum.

19 *Hoc eſt ſignum fœderis.*] Conſuetum ſemper fuit, ſignum aliquod rei conſtantis & duraturæ ſtatuere in pactis, & fœdere inito, vt patet infra capite 17.

20 *Arcum meum ponam in nubibus cæli*] Non quod antea non fuerit; eſt enim effectus naturalis ex reuerberatione radiorum ſolis in nube rorida, quæ à tergo habet aliam denſiorem, ad modum opaci in ſpeculo, quod in Hebræo ſatis exprimitur, cum dicitur: & erit in nube mea, nubes ſuper terram, & videbitur arcus in nube, pro eo, quod nos legimus, & cum obduxero cælum nubibus, apparebit arcus.

21 *Et erit ſignum fœderis inter me, & inter terram*] Arcus in nubibus, teſte Ptolemæo, ſignum naturale eſt futuræ ſerenitatis ab eadem cauſa, à qua fit Iris, cuius cauſa efficiens eſt ſol, materialis vero vapores; cum enim calor ſolis vehemens eſt, & eleuat, & conſumit vapores, vnde in terris multum calidis raro generantur pluuiæ, niſi ob immenſitatem vaporum: quando vero non ita feruet ſol, eleuat, ſed non ita vapores conſumit, vnde frequentes ſunt pluuiæ; cum vero in parte conſumit, non tamen omnino, fiunt aliquæ nubes tenues & roridæ, aliæ denſiores, & fit Iris, indicium quod non ſint multi vapores, immo & in breui à ſole eſſe conſumendos, & per conſequens futuram ſtatim ſerenitatem.

Ptolemæus.

22 *Et erit ſignum*] Intellige, ad placitum; licet enim ſit ſignum naturale propinquæ ſerenitatis, non tamen non futuri diluuij deinceps, maxime quod maior pars diluuij fuit ex inundatione aquarum maris, fluuiorum, & fontium erumpentium, quod factum eſt ſupernaturaliter; voluit tamen Dominus ſecundum hanc congruentiam, qua naturale ſignum eſt propinquæ ſerenitatis, vt ſit etiam ſignum non futuri diluuij generalis deinceps, etiam per maris, fluuiorum, & fontium inundationem, ſicut Adam ad placitum nomina impoſuit, ſecundum aliquam tamen congruentiam ad rerum naturas.

23 *Recordabor fœderis mei*] Per metaphoram dicitur recordari, & more humano loquitur hic, & infra, cum dicit: & videbo illum, & recordabor, ſecundum effectus ſcilicet, qui ex his in hominibus contingunt, vt viſo ſigno recordentur fœderis, & iuxta initum fœdus operentur; ita & Dominus, & ſi nubium denſitas & multitudo appareat, apparebit & arcus, & non vltra inducet diluuium.

24 *Fœderis ſempiterni*] Ideſt, perpetui, & duraturi toto tempore, quo inferri poſſet diluuium vſque ad finem mundi huius, quando ceſſabunt motus cæli, & iſtæ nubium generationes.

a b c d
per recapitulationem referuntur filij Noe, vt commodius referat, quæ ſequuntur.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: Porro Cham ipſe

c m o p
à quo & Chananæa. *.i. ortum habet naturali propagatione.* *nam quadraginta quinque filij alij Noe, quaſi eorum filij computantur.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
eſt pater Chanaan. Tres iſti ſunt filij Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum

d f g h i l m
poſt diluuium. *& in illa excellens.* *.i. colere, erat enim per diluuium omnino inculta.* *iam erant vites ſilueſtres, ſed ipſe aptauit ad vindemiam, vt oportebat.*
a b c d e f g h i k l m
ſuper vniuerſam terram. Cœpitq. Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.

a b c f g h i
non experta adhuc eius vi. *.i. ad modicum non rationis compos factus.* *.i. diſcooperius ex parte.* *.ſ. ſomno præoccupatus.*
a b c d e f g h i k l m n
Bibenſq. vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham

b h k l m
qui prius viderat, & patri renunciauerat. *.i. diſcooperta.* *quaſi prouocans ad patris irriſionem.*
a b c d e f g h i k l m n
pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras.

At vero

c d e f x l m n
vt prudentes, filiali pietate moti. quo operiuntur nudata patris. ne viderent turpia. .i. gradu retrogradi, ſuus auerſa facie.
a b c d e f g h i x l m
At vero Sem, & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum,

a b c d e h i
reuerenter & honeſte. .ſ. Noe. ne quid turpe viderent.
a b c d e f g h i x l m n o
operuerunt verenda patris ſui: Facieſq; eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt.

a d f g h i k l m n
.i. tranſacto ſopore. .i. ex vino cauſato & ſui compos factus. .i. a Deo, vel ab alio homine. irreuerenter & ludibrio eum habens. .i. non primogenitus, ſi Cham, ſi autem Chanaan minor, idest nepos.
a b c d e f g h i x l m n o
Euigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait:

a b e c d e f g h i x l l m
puniit patrem maledicendo filium, quem, quia in egreſſu ab arca à Deo benedictus, ob reuerentiam non maledicit. in poſteris ſuis. .i. vilis inter ſeruos, & extrema ſeruituti addictus. .i. poſteris fratrum ſuorum. benedicendo & prophetando. .i. gratias refero Deo pro eo, quod ſpeciali gratia futurus ſit Deus Sem. quod in filijs Sem cultus Dei, & ideo inter omnes gentes populus Dei, & Deus verus Deus illorũ.
a b c d e f g h i k l m
Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitq;: benedictus Dominus Deus Sem,

a b d e k l m n
.i. erit. .ſ. in ſuis poſteris. .i. filiorũ eius. & propagatione filiorum, & multitudine, & fide illorum. .i. præ multitudine, quaſi non capiens, & quia cæcitate ex parte contingente in Iudæis, gentium multitudo per fidei ſuſceptionem ſubintrauit.
a b c d e f g h i k l m n o
ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq;

a c
.ſ. in ſuis poſteris. .i. filiorum eius.
a b c d e f g h i x l m n
Chanaan ſeruus eius. Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti

a
.i. fuerunt.
a b c d e f g h i k
ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.

S C H O L I A.

25 *Erant ergo filij Noe.*] Quaſi per quandam recapitulationem, filiorum Noe mentionem facit Moyſes, vt quæ ſequuntur conuenientius proſequeretur.

26 *Porro Cham ipſe eſt pater Chanaam;*] id dixit non ſolum, vt oſtendat talem habuiſſe filium, ſed quod ex ipſo deſcenderint, & eius nomine inſigniti ſint Chananæi, qui, vt Strabus aduertit, ſecuti ſunt malitiam patris, de qua hic agitur, & ideo puniti, & de cuius improbitatibus & moribus Beroſus multa ſcribit. *Beroſus.*

27 *Ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum.*] Iuxta Hebræum: propagata eſt omnis terra; Septuaginta: ab his diſſeminati ſunt ſuper vniuerſam terram. ab his igitur per propagationem ortum habet omne genus hominum; nam etſi Noe poſt diluuium quadraginta quinque filios habuerit, vt ſupra ex Beroſo & Diodoro diximus, quod licet Epiphanio non ita veroſimile appareat, cum Scriptura non dicat de illo, ſicut de multis: & genuit filios & filias; tamen re vera non eſt improbabile, vt teſtantur, Beroſus, Xenophon, Diodorus, Ambroſius, & Methodius. Porro quæ de filio Noe, quem Ionithũ dixit hiſtoria Scholaſtica, ex Methodio martyre, veræne ſint an fabuloſa, vt doctis placet, non eſt huius diſputationis; Qui etiam multa à Noe geſta poſt diluuiũ ſcire deſiderat, legat Beroſum. Et illi, nempe filij Noe, quos poſtmodum genuit, quaſi filij illorum trium, qui in arca fuerunt, reputati ſunt, ſicut Gen. 48. Ephraim, & Manaſſes cum eſſent filij Ioſeph in ſortibus, tamquam filij Iacob reputati ſunt.

Epiph. lib. 1. contr. hæreſ.

Beroſ. lib. 2. antiq. Xenophon in æquiuocis. Diodor. lib. 4. cap. 5. & li. 6. cap. 15. Amb. lib. de Noe cap. 21. Method. li. de reuelatio. Hiſt. Scholaſt. li. 1. cap. 37. Beroſ. l. 3. ann.

28 *Cœpitq; Noe vir agricola exercere terram*] vir agricola, ideſt, agriculturæ deditus, & in illa excellens: vnde paraphraſtes Chaldæus legit: cœpit Noe eſſe vir operarius in terra. Porro, exercere, idem importat quod colere; & cœpit poſt diluuium, quando terra ob aquarum inundationem, in deteriorem maxime deuenerat ſortem.

29 *Et plantauit vineam.*] Iam naturaliter vites ſilueſtres in terra naſcebantur; ſed ipſe non vitem, quaſi tantum ad comedendas vuas; ſed vineam, id eſt, vites multas, quaſi ad vindemiam, & cum vir

agri-

agricola eſſet, eas ſic excoluit, & inſeruit, vt ad vini vſum expediebat; ex quo Ianus lingua Scythica, à gentibus dictus eſt, teſtē Beroſo, ſicut & Ogyges, quod ſacra docuerit.

S. Tho. 22. q. 150. art. 1.

30 *Bibens vinum inebriatus eſt,*] Ebrietas vt effectum vini ſonat, quo homo non ſit rationis compos; culpam non nominat, ſed defectum pœnalem; vt vero dicit actum bibendi, ex quo effectus prædictus ſequitur, aliquando non eſt culpa, vt de Noe S. Pater Antiochus, Theodoretus, Albinus & plures alij Patres fatentur, quod inexperta adhuc eſſet illius vis: non enim ſciens & ex inordinata vini cōcupiſcentia id fecit, quo modo peccatum eſt, ſed magis ad leniendum animum, cuius ad hoc eſt mirabilis efficacia. ita Chryſoſtomus.

Antiochus in ſuis pandeſtis ho. 5. Theo. q. in Gē. Alb. q. in Gen.

31 *Et nudatus iacuit in tabernaculo ſuo,*] ideſt, diſcoopertus ſic, vt pudenda videri poſſent; nondum enim erat femoralium honeſtus vſus, quorum inuentrix fertur Semiramis, vt habetur in hiſtoria Scholaſtica. Porro inebriatus nudatus eſt: Ex quo diſce, nihil occultum eſſe, vbi regnet ebrietas.

32 *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan,*] Auguſtinus, & Theodoretus, & vt Gennadius ex Hebræorum doctiſſimis refert, ferunt ideo nominatum fuiſſe hic nepotem Noe, ſcilicet Chanaan, quod ipſe prius viderit & patri Cham nuntiauerit, quaſi id irridens, qui cum eum corripere debuiſſet, aſpexit & ipſe, & fratribus, quaſi ad irriſionem eos prouocans, nuntiauit. Chryſoſtomus mentionem huius feciſſe Moyſen ſcribit, ad intemperātiam Cham innuendam, qui non ſicut alij in arca continuerit: ſed certe communis eſt Patrum conſenſus in oppoſitum, & poſt multos annos ab egreſſu arcæ, hanc hiſtoriam contigiſſe ferunt; ſed quod patrem in improbitate ſecutus ſit, & in eius poſteritate maledictio adimplenda foret, eius præ alijs mentionem fecit. ſic Ambroſius, & Theodoretus.

Aug. in Gen. Theod. q. in Gen. Gennadius.

Chryſ. ho. 26. in Gen.

Ambr. de Noe cap 30. Theod. q. 17. in Gen.

33 *Nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.*] Non ſolum ob irriſionem fratribus nuntiauit; ſed etiam quod excantauerit, & veneficijs ſterilem reddiderit, refert Beroſus. cum enim multo poſt tempore ab arcæ egreſſu hæc contigerint, filios, quos poſtea genuit, Noe tenerrime diligebat, & ipſi Cham præferebat; ac proinde, inuidia motus, facinus prædictū, opportunitate habita, perpetrauit; ſed hæc an vera ſint, alius iudicet.

Beroſus ca. 3.

34 *At vero Sem, & Iaphet.*] Hi ſcilicet filiali, vt decebat, in patrem pietate commoti, reuerenter pallio in humeris impoſito, retrorſum incedentes operuerunt verenda patris, nec viderunt, vt in textu dicitur.

35 *Euigilans autem Noe ex vino.*] Multi ab ebrietate tantum euigilaſſe cenſent, quaſi dicat, in ſe autem reuerſus; ſed vox *Iakaz* dormiſſe importat: euigilauit itaq; à ſopore & ſomno, effectu vtique vini, quod biberat.

יקץ

36 *Et cum didiciſſet quæ fecerat filius ſuus minor.*] Siue diuinitus edoctus, ſiue ab aliquo ex filijs, quæ imprudens filius irreuerenter fecerat, & quod ludibrio ab eo habitus ſit, vt S. Pater Antiochus aduertit. Porro minorem vocat iuxta Auguſtinum, ideſt, non primogenitum, vel, vt Theodoretus, licet etiam de Cham intelligat, vtpote complicē in eodem crimine; tamen minorem filium, puta nepotem, exprimit, quia ipſe cœperat, vt dictum eſt: Ambroſius vero minorem fuiſſe Cham dicit, ſenſu vtique & iudicio.

Anthioch. in ſuis pandectis ho. 5.

Aug. 16. de ciu. Dei c. 11. Theod. q. in Gen.

Ambr. l. de Noe c. 31.

37 *Maledictus puer Chanaan.*] Benedictum à Deo Cham cum alijs, in egreſſu ab arca, noluit pater ob reuerentiam maledicere, vt Anaſtaſius Synaita aduertit; ſed nepotem in maledictione nominat, qui etiam, vt dictum eſt, principium irridendi fuit; & quia ipſum, vt pater prudēs, corrigere neglexit, immo irriſionem proſecutus eſt ipſe Cham, maledicendo filium, ipſum punit, tanquam in eo adeo coniuncta, & prophetando potius, quam imprecando, quæ in pœnam peccati eorum poſteris futura erant, vt Theodoretus dicit, ſpiritu prophetico prædicit, vtpote in ſequentibus parentū peccata, qui, vt execrandi, deleti ſunt à Domino, & illorum terra promiſſionis, quam incolebant, data eſt filijs Iſrael; non tamen quod ipſe Cham ſeruus fuerit fratrum ſuorum, nec qui ex alijs eius filijs, ſcilicet Chus, Mezraim & Phut nati ſunt. Porro ſeruus ſeruorum extremam ſeruitutem & viliorem inter ſeruos conditionem ſignificat, quam in Aethiopibus à Cham deſcentibus experimur. ita Chryſoſtomus, & Auguſtinus; vnde & iuxta Hebræum, loco vocis, maledictus, multi legunt; contractus; quod nos dicimus *menos cabado*, & quidem ita accidit vt Aethiopes, qui à Chanaā orti ſunt propter ingenij hebetudinem, minoris & vilioris ſint conditionis inter alios ſeruos. Iam hinc exordium habuiſſe ſeruorum ſeruitutem, quam nos dicimus *de los eſclanos*, teſtantur Iura Ciuilia, & Canonica, vt optime adnotarunt Archiepiſcopus Viennenſis, Alchuinus Auitus, & Optatus Epiſcopus Milcuitanus.

Anaſt. qu. in Scrip.

Theo. q. in Gē.

Chryſ. ho. 29. in Gen. Aug. li. 19. de ci. Dei c. 15. lib. 1. pandect. Tit. de ſtatu hominum. 15. q. 5. c. de crimi. Gloſſ. in cap. ius gentium d. 1. Glo. c. ita quorundā extra de Iudæis d. 35. ſexto die 2. q. 7. qualis condena & c. ſententia.

38 *Benedictus Dominus Deus Sem.*] Ob filiorum reuerentiam benedictione dignam, quæ futura erant in ſpiritu præuidens, vt Auguſtinus dicit, prænuntiat; in filijs enim Sem, ideſt, populo Iudaico, verus Dei cultus fuit; & ſicut proinde populus Dei dici meruit, ita & verus Deus, præ cæteris gentibus, Deus eorum dictus eſt; & quia hæc abſq; Dei ſpeciali gratia fieri nequeunt, pro illa gratias Deo referens, eum benedicit & benedictum vocat: benedicere autem hominis ad Deum, eſt ipſum Deum confiteri, & ei gratias referre.

Aug. 16. de ci. Dei c. 1.

39 *Dilatet Deus Iapheth,*] Et temporalia & ſpiritualia bona prædicit: temporalia quantum ad multiplicationem; cum enim Cham triginta filios habuerit, Sem viginti ſeptem, Iaphet vero quindecim, adeo in eius filijs propaganda erat illius poſteritas, vt quaſi non ſufficerent ei ſua loca, in tabernaculis Sem etiam habitare oportuerit, ita, vt media & extrema loca eius ſemen occupauerit, & Chananæorum, & Aegyptiorum, Afrorum, Perſarumq; tenuerit imperia, de quo poſtea Romani ſunt editi victores orbis terrarum: vt enim Philaſtrius docet, Romanos, Latinos, Italos de Iapheth genus ducere, nouimus & Iudæos diſperſos, eiusq; terras, qui ex gentibus ſunt, incoluiſſe. Porro, & ſpiritualia loca ijſdem verbis prædixit: nā & Chriſti Domini tempore, cum cæcitas in Iudæis (qui ex Sem) ex parte fuerit, plenitudo gentium per fidei ſuſceptionem ſubintrauit, vt dicitur ad Roman. 11.

Philaſtr. lib. de hereſ.

quo-

Digitized by Google

Hier. q. hebr. in Gen. Iſidorus.

quomodo Hieronymus, & Iſidorus interpretati ſunt, & adeo auctus eſt illorum numerus, vt prophetico ſpiritu in eorum perſona dicat Iſaias cap. 49. Anguſtus eſt locus iſte, fac mihi locum, vt inhabitem, & plures filij deſertæ magis, quam eius, quæ habebat virum, ita, vt præ gaudio miretur & dicat; quis mihi genuit iſtos? & iſtos quis enutriuit? & iſti vbi erant? Manente igitur primogenituræ iure in filijs Sem, quantum ad temporis antiquitatem, quia illis primo credita fuerant eloquia Dei, ad Rom. 10. vnde & oportuit illis primũ prædicari verbum & quantum ad dignitatẽ, quoad Chriſtũ, & Beatam Virginem & Apoſtolos, qui ex filijs Sem; at de alijs non ſolum non fuit diſtinctio Iudæi, & Græci, ſicut in omnibus, vt ad Rom. 10. dicitur immo adeo extenuati ſunt, & qui ex Iapheth, incrementum modis omnibus cœperunt, vt de filijs Sem, Iudæis ſcilicet, dicatur, quaſi reliquiæ ſaluæ fient; vt videas, quam longe poſtea, & modo ſint à primatu, & quomodo filij Iapheth in tabernaculis Sem, ideſt, ſibi iure antiquitatis quaſi debitis, (quia verbum Dei repulerunt, & indignos ſe reddiderunt:) filij Iapheth, gentes ſcilicet, ad fidem conuerſæ habitant: quæ omnia intelligenda ſentio in ſenſu litterali: & prædicta fuerunt Iapheth, inquantum bonum illius, non vero vt exprobratio ipſius Sem, cum tunc nulla inſtaret nec adeſſet ex parte ipſius Sem exprobrandi cauſa aut occaſio.

CAPVT DECIMVM.

c: *.i. ſeries, ſiue enumeratio.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Hæ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natiq; ſunt eis filij poſt diluuium.

c: *à quo Gemeritæ, qui & Galatæ.* e: *à quo Magona, qui Scythæ, & Maſſagetæ.* g: *à quo Madai, qui & Medi.* i: *à quo Iones Græcia aliqua pars.* l: *à quo Hiſpani, qui & Celtiberi.* n: *à quo Moſochini, qui, & Capadoces.* p: *à quo Thraces, qui, & Thaces.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Filij Iaphet: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras.

d: *à quo Aſſenezæi, qui & Rhegini, & Tuiſcones in Germania.* f: *à quo Riphæi, qui, & Paphlagones.* h: *à quo Tygranes, qui & Phryges, item & Troiani, & quidam ex Germanis.* m: *à quo Eliſæi, qui, & Aeolæ.*

a b c d e f g h i k l m

Porro filij Gomer: Aſcenez, & Riphath, & Thogorma. Filij autem Iauan: Eliſa

b: *à quo Cilices.* c: *à quo Chitij, qui & Cyprij.* e: *à quo Rhodij.* h: *prolepſis eſt.* k: *.i. prouincia, ſiue mari cincta, ſiue in terra firma: nos dicimus de allende.* l: *.i. gentilium tẽpore Moſis.* m n o: *.ſ. quas inhabitant.*

a b c d e f g h i k l m n o

& Tharſis, Cetthim & Dodadim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis,

a: *vnde hoc poſt linguarum confuſionem fuit.* c: *.i. Idioma.* f: *quia diſperſi ſunt cum familijs ſuis.* i: *& conſtitutæ ſunt diſtinctæ nationes.* o: *à quo Chuſæi, qui & Aethiopes.*

a b c d e f g h i k l m n o

vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis. Filij autem Cham: Chus

b: *à quo Meſræi, qui & Mercaizmune Aegyptij.* d: *à quo Phutæi qui & Libyæ.* f: *à quo Chananæi.* i: *à quo Sabæi, qui & Arabes.* l: *à quo Heuilæi, qui & Getuli.* n: *à quo Sabathæi, qui & Aſtabari.* p: *à quo Rhamæi, qui & Regmæi.*

a b c d e f g h i k l m n o p

& Meſraim, & Phuth, & Chanaan. Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma

b: *à quo Sabathacani.* e: *à quo Sabathæi.* h: *à quo pars Aethiopum, & Heſperi, & veteres Idumæi.*

a b c d e f h

& Sabatacha filij Regma: Saba & Dadam.

SCHO-

S C H O L I A.

1 HAE *ſunt generationes filiorum Noe.*] Non omnes poſteros Noe percenſere inſtituit Moyſes; ſed eos tantum, qui nationum capita extiterunt & eis ſua indiderunt nomina, quorum quædam obliterata, pleraque immutata (ita Ioſephus & Strabo) maxime ex Græcorum vanitate, qui, vt omnia ſibi quodammodo vendicent, nominibus ſibi notis locorum & gentium nomenclaturas ſcriptis mandarunt. Porro ita vere & conſequenter horum genealogiam, & diſſeminationem deſcribit, vt tam Chaldæorum fabulæ, quam Græcorum commenta & Aegyptiorum ementitæ antiquitates facile refellantur.

Ioſeph. 1. anti. Strabo lib. 16.

2 *Et Iapheth.*] Hic, licet nomine quodammodo cum Iapeto illo vnus videatur, quem cœlo terraq; natum fabulantur poetæ Promethei patrem, auumque Deucalionis; alius tamen eſt, vt ex temporum diuerſitate, & rerum geſtarum collatione conſtat.

3 *Filij Iapheth.*] Primo numerat filios Iapheth, vltimo vero loco filios Sem, quaſi continue proſequendo quæ cœperat, & quæ dicturus eſt; finierat ſermonem in præcedenti capite, in benedictione Iapheth, proſequitur in principio huius capitis hiſtoriam de filijs eius; & in calce recenſuit filios Sẽ, quorum hiſtoriam conſequenter proſequitur in ſequentibus.

4 *Filij Iapheth.*] Hi poſſederunt in Aſia terrã, vt auctor eſt Hieronymus, ab Amano & Tauro Syriæ Cœles, & Ciliciæ montibus, vſque ad Thanaim fluuium: in Europa vero vſque ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes, ex quibus poſtea mutata ſunt plurima, cætera permanent ſaltem in aliquo ſimili.

Hier. q. hebr. in Gen.

5 *Gomer,*] A, quo Galatæ, qui ſecundum Ioſephum olim Gomeritæ dicti ſunt, qui Latine Gallogræci dicuntur; & illorum aliqui in partes Germaniæ venerunt, retento patris nomine, de quibus Ezech. 38. vbi coniunguntur domui Thogorma, quam ibi Ezechiel refert eſſe in Aquilonari parte; quod reſpectu Iudææ intelligendum eſt, de quibus & Iuſtinus lib. 35.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11.

Iuſtin. lib. 35.

6 *Magog,*] A quo Magonæ iuxta Ioſephum, qui ſunt Scythæ, qui & Maſſagetæ iuxta Hieronymum putantur, quorum aliqui, patris nomine retento, cum aliquibus ex filijs Gomer in Germaniæ partes deuenerunt, de quibus Ezech. 38. & 39. mentio fit: nec deſunt qui contendant Magogæos Cœleſyriæ populos eſſe, Paleſtinæ propinquos; ſiquidem teſte Plinio. lib. 5. cap. 23. Magog auguſta Syrorum vrbs fuit: ego tamen libenter his & ſimilibus annuo; contigiſſe enim credo vnius hominis poſteros varie diſperſos, & in diuerſis orbis plagis habitaſſe, & patrum nomina indidiſſe locis & regionibus; quod qui non attenderit, ſæpe in his decernendis cæcutiet; immo & quo ſe vertat in tanta nominum æquiuocatione prorſus ignorabit. vnde ab iſto Magog, ſicut in alijs contigit, puto & Maſſagetas, & quoſdam in Germania, & aliquos in Cœleſyria populos ortum habuiſſe, cuius poſteri patris nomen populis & gentibus indiderunt.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11. Hier. q. hebr. in Gen.

7 *Madai.*] Ab aliquibus Madal, à quo Madæi iuxta Ioſephum, qui & à Græcis Medi dicuntur, qui & Perſæ Ezech. 27. nominati ſunt iuxta aliquos; licet enim Aſſyrijs primo ſubiecti fuerint, cæterum nouiſſimo Aſſyriorum monarcha Sardanapalo debellato, Arbaci præfecti induſtria, non ſolum ſeruitutis iugum excuſſerunt, ſed fere per quadringentos annos Aſiæ imperium obtinuerunt, &, Dario Medo regnante, Babyloniorum Imperium euerterunt. de quo prophetice Iſai. cap. 14. & Hierem. cap. 51. ſecundum vero hiſtoriam Dan. cap. 5.

8 *Iauan.*] Qui iuxta Ioſephum ab Ethnicis dictus eſt Ianus, à quo dicti ſunt Iones, Græciæ non parua pars. ſic intelligendus eſt Hieronymus, qui eos Græcos dicit; & certe in Hebræo Græcia Iauan nominatur, & Græci Iones, & quarta eorum lingua Ionica, à quibus & mare Ionicum denominatur, & Atticam eorum regionem appellatam eſſe Ioniam docet Plutarchus: quod autem ex Eriſthei filia Xuſtus Deucalionis filius Ionem filium habuerit, ex quo Athenienſes dicti ſint Iones, vt Strabo, & Pauſanias referunt, Athenienſium figmentum eſt, qui ſe hominum primos quaſi ab origine iactant. Porro ſi legamus Varronis de antiquitatibus libros & Siſinnij Capitonis, & Græcum Phlegonta, cæterosq; eruditiſſimos viros, videbimus pene omnes Inſulas, & totius orbis litora terraſq; mari vicinas, Græcis accolis occupatas, qui, vt refert ſanctus Hieronymus, ab Amano, & Tauro montibus, omnia maritima loca vſque ad Oceanum poſſedere Britannicum.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11. Hier. q. hebr. in Gen.

Plutarch. in Theſeo.

Strabo.

Pauſanias.

9 *Et Thubal,*] A, quo Iberes vel Hiſpani, vt teſtantur Beroſus, Ioſephus, Hieronymus & Euſebius, à quibus Celtiberia; licet, vt Hieronymus refert, quidam Italicos ſuſpicentur. Septuaginta, & Chaldæus paraphraſtes appellant Thobel, quamuis, quod ſæpe Thubal cum Moſoch conſocietur, vt Ezech. 17. 32. 38. & 39. & Moſoch, quidam, Cedarenos opinentur, ideſt, Arabes, & per conſequens Thubaſeos Aſiaticos eſſe Syriæ & Arabiæ vicinos, non autem Europæos: quidquid ſit de hac locorum Ezechielis interpretatione (de qua ſuo loco) ſi tales eſſent Paleſtinæ vicini populi, & ab hoc Thubal, ſicut & Hiſpanos, originem duxiſſe non ambigo, ſicut dictum eſt de Magog.

Beroſus lib. 5. de flor. Chald. Ioſeph. 1. anti. c. 11. Hier. q. hebr. in Gen. Euſeb. in ſua hiſt. Eccleſiaſ.

10 *Moſoch.*] In Hebræo *Meſech*, hic fuit pater Moſochinorum, qui Moſcouitæ, vt refert Ioſephus, qui à Græcis Cappadoces dicuntur, quorum Metropolis, Mathaca adhuc nominatur. Porro, vt Hieronymus annotat, Septuaginta interpretes Caphthorim Cappadoces arbitrantur. ſunt qui Meſecheos, ſicut & Gomeritas, & Magogeos, & Thubaleos populos putent fuiſſe in Aſia, vel in Syria, Paleſtinæ circumfuſos, & principi Gog ſubiectos. ceterum Pſal. 120. vbi dicitur: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt nimis: aliqui pro, prolongatus eſt, legunt, *Meſech*, ideſt, peregre, egi in *Meſech*, & habitaui inter tabernacula Cedar: & Chaldæus

משך

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

Hier. q. hebr. in Gen.

משך

משך

para-

paraphraſtes vertit, ò me miſerum, quia peregrinatus ſum cum Aſianis, habitaui cum tabernaculis Arabum & Cedar. Teſte Plinio, Arabes ſunt Nabathæis coniuncti: Ego tamen quod ad locorum ſacræ Scripturæ interpretationem pertinet, proprijs locis interpretandum ſuſcipio; quod vero ad nationes & loca ſpectat, quæ iiſdem gaudent nominibus, in Syria & Arabia cum alijs remotiſsimis, de quibus Ioſephus & diuus Hieronymus interpretantur, exiſtimo, ſi talia ſunt, ab eiſdem hæc & illa originem traxiſſe, in eorum poſteris patris nomine retento.

Plin. lib. 5. cap. 11.

11 *Et Thyras*] A quo nominati ſunt Thraces ſiue Thaces, quorum, teſte Hieronymo & Iſidoro, non ſatis immutatum eſt vocabulum; licet & Pomponius Mella à Thrace Martis filio dicat dictos fuiſſe: alij à terræ aſperitate, de quo ibidem Mela: ſed præſtat cum Hieronymo & Iſidoro à Thyra filio Iaphet ſic nominatos aſſerere, cui & regionis intemperies nomini conſonat. Porro & Eliſa, octauum filium Iapheth addit Auguſtinus, codicem Græcum ſecutus; ſed nec Hebræa, nec noſtra, nec paraphraſtes Chaldæus, nec Græci codices, quib' vſus eſt Hieronymus, vt ex eius quæſtionibus Hebraicis liquet, eius mentionem faciunt: non ergo quindecim, ſed quatuordecim tantum poſteros Iapheth Scriptura exprimit.

Hier. q. hebr. in Gen. *P. Mella lib. 2. cap. 2.* *Aug. 15. de ci. Dei c. 3.*

אשכנז

12 *Porro filij Gomer Aſcenez*] In hebræo, *Aſchenez*, ab hoc dicti ſunt Aſſanezei, qui à Græcis Rhegini vocantur in magna Græcia, teſte Ioſepho, nec deſunt, qui dicant Tuiſcones, qui & Germani ſunt, ab iſto etiam deſcendere; Targum ſiquidem, Aſcenez, Germaniam vertit. Sunt qui putẽt ex Ieremiæ cap. 51. & de populis Aſiaticis fuiſſe ad Medorum imperium pertinentibus, qui cum Medis Babylonici imperij euerſioni auxiliati ſunt; certè ſi tales eſſent, nullum ſentio incommodum, cum Reghinis & Tuiſconibus ab eodem Aſcenez originem ducere.

13 *Riphat*] Ab hoc ortum habent Riphæi, qui iuxta Ioſephum Paphlagones dicuntur, quos ab iſto deſcendere teſtatur Hieronymus.

Ioſeph. 1. anti. c. 11. *Hier. q. hebr. in Gen.*

תוגרמה

14 *Thogorma*] In Hebræo *Thogorma*, ab hoc dicti ſunt Tygranes, qui à Græcis Phriges, vt teſtantur Ioſephus & Hieronymus. Etiam Troyanos ferũt ab iſto deſcendere, & quoſdam alios, qui iuxta Germanos morantur, patris nomine retento, de quibus Ezec. 38. & Thogorma incolens latera Aquilonis; vnde & Chaldæus, Thogorma, expoſuit, Germaniã, quamuis ex eodem loco Eze. putent fuiſſe populos Syriacos, vel Aſianos, qui cum Rege Syriæ vel Aſiæ bellum Iudæis intulerunt: ſed de his ſuo loco: ſat ſit hos & illos, ſi forſan fuerunt, ab eodem poſſe originem duxiſſe in diuerſis poſteris. Porro Iudæi vſque nunc Turciam vocant Thogorma vel Thorgamah.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11. *Hier. q. hebr. in Gen.*

15 *Filij autem Iauan Eliſa*,] A quo dicti ſunt Eliſæi, qui ſunt Aeoles iuxta Ioſephum, vnde & quinta lingua Græcorum Aeolis Græcæ dicitur, & ipſi, bona Græcorum pars, ferunt etiam Aelios, ſiue Italos ab iſto deſcendere. Chaldæus paraphraſtes. Ezech. 27. de inſulis Eliſa, vertit, de inſulis Italiæ; & huius Eliſæ filios aliquos patris nomine retento, aliquas Mediterranei maris inſulas incolere dicũt. vnde Ezech. 27. de inſulis Eliſa facta ſunt operimentum tuum; immo & poſteros extra Gaditanum fretum euectos perueniſſe ad inſulas fortunatas; nec improbabile eſt, Eliſaſq; vocatas à Poetis Elyſios campos, in illis ſuis figuris & coloribus deſcriptos.

16 *Et Tharſis*,] A quo Cilices iuxta Ioſephũ, & eorum Ciuitas Metropolis Tharſis dicitur, quæ eſt mari Mediterraneo adiacens, non tamen mari cincta, ad quã Ionas à facie Domini fugit ab Ioppe, quæ eſt portus maris Mediterranei, & in qua Paulus Apoſtolus natus Tharſenſis dictus eſt. Porro eſſe aliam eiuſdem nominis, quæ in India eſt 2. Paralipp. 9. & 1. Reg. 10. conſtat. ita Ioſephus & Hieronymus, ad quam ſemel in tribus annis mittebat Salomon naues, ad deuehendum inde aurum per mare rubrum, in cuius ora & Heſion Gaber, vbi naues ad hoc Salomon fabricari faciebat. ſed cum Solinus ſcribat: Cilicia, inquit, quondam vſque ad Peluſium Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pamphilia, Cappadocia, ſub imperio Cilicum conſtitutis, ſatis veroſimile eſt, Tharſis primo ſignificaſſe Ciliciam, inde traductum, vt etiam importaret, & Mediterraneum mare, & loca eius maritima, quod Tharſis poſteri totum illud mare permenſi, & inſulas & loca maritima peruagati, ea colonis & habitatoribus compleuerint. hinc & Septuaginta Iſai. 23. et Ezech. 27. pro Tharſis poſuerunt, Cartaginem, et Chaldæus paraphraſtes Iere. 10. et 3. Reg. 10. Tharſis interpretatur Africam; et tam ipſe, quam Septuaginta multis locis vertunt, mare.

Ioſeph. 1. anti. c. 11. *Ioſeph. lib. 8. antiq.* *Hier. epiſt. 132.* *Soli. cap. 41.*

כתים

17 *Chetim*.] In Hebræo *Chitim*, à quo Cithij, quorum hodie ciuitas iuxta Hieronymum Cithon dicitur, de qua iuxta Hieronymum, Iſai. 23. Zeno Stoicæ ſectæ Hæreſiarches fuit, nunc dicuntur Cyprij ſecundum Ioſephum, & Theodoretum, & inſula dicitur hodie Cipre. Cæterum Scriptura ſe accommodans ad Hebræorum ſenſum, qui populos à ſe mediterraneo mari diſcretos quaſi inſularũ incolas putantes appellabant, ſicut & nos, *de allende*, & vltra marinos dicimus, tam qui ex Africa, quam qui ex Aſia ad nos veniunt. hinc & inſulas & vlteriora Mediterranei maris loca, vt Græciam, & Italiam, Cethim communi appellatione vocat. vnde initio 1. Machab. Alexander exiſſe dicitur de terra Cethim, ideſt ex Macedonia, vel Græcia. & cap. 8. 1. Machab. duo Macedoniæ vltimi Reges Philippus & Perſes, & Cetheorum Reges dicti ſunt; & Num. 24. vbi nos legimus: de Italia, & Chaldæus interpretatur Romanos; in Hebræo eſt, Chitim. et Eze. 27. vbi nos legimus: de inſulis Italiæ, et Chaldæus de Apulia; in Hebræo eſt de inſulis Cethim, et Dan. 11. vbi nos habemus Romani, in Hebræo eſt Cethim.

Hier. q. hebr. in Gen. *Ioſeph. 1. anti. c. 11.* *Theod. in c. 11. Hierem.*

18 *Et Dodanim*,] A quo Rhodij iuxta Hieronymum, et Septuaginta interpretes, Dodanim, vertunt Rhodij, forſan mutatione *daleth* in *res*, quæ perſimiles literæ apparent in figura, Ioſephus Dodanim non meminit, forſan, quod gentes et ſedes inde ortas ignorauerit.

Hier. q. hebr. in Gen. ד ר

19 *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam.*] Prolepſis eſt; nam per anticipationem dictum eſt, quaſi dicat: nati ſunt, qui varias tenuerunt inſulas; necdum enim linguarum confuſio facta erat, poſtquam facta eſt gentium diuiſio; quod non aduertens Phi-

laſtrius

Philaſtr. Hæreſ. 106.

laſtrius in ſuo Cathalogo tamquam hæreticum recenſet, non fuiſſe ante Babylonem, & linguarum confuſionem, diuerſitatem linguarum & idiomatū, quaſi tantum ibi confuſio intelligendi ſe mutuò facta ſit. Porro inſulæ nomen in Scriptura non ſemper terram mari cinctam ſignificat, ex eo quod *Iie* vox Hebræa etiam vtrumque ſignificat, & Iſai. 20. dicitur: Et habitator *Hai*, ideſt, inſulæ hujus, vbi ſacer textus loquitur ad literam de Hieruſalem, quam conſtat eſſe terram firmam; vnde hoc loco credo ſumi pro terræ portione limitata infra regionem, ſiue ſit terra firma, ſiue cincta mari: nam filiorum Iauan multos incoluiſſe inſulas pleraſque Mediterranei maris certiſſimum eſt, quales ſunt Cyprus, Rhodus, Samos, Lesbos, Chios, &c.

אי

האי

Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

20 *Filij autem Cham: Chus*,] A quo ſecundum Ioſephum nati ſunt Aethiopes, qui & Chuſæi, & Aethiopia, Chus, in Hebræo dicitur, quæ prouincia eſt in Mauritaniæ finibus, in qua vaſtæ ſunt ſolitudines Orientem verſus: in quo lapſi ſunt aliqui neſcientes diſtinguere Orientalem Aethiopiam, quæ proxima eſt Aegypto, de qua ſæpe Scriptura loquitur, ab Occidentali Arabico ſinu, cuius diſtinctionis meminerunt Homerus, Herodotus, Strabo & Plinius.

Homerus. Herodo lib. 7. Strabo lib. 1. Plin. lib. 5.

21 *Meſraim*,] A quo dicti ſunt Meſræi, qui & Meræi, nunc Aegyptij, & apud Hebræos, vt teſtatur Ioſephus, antiquum retinent nomen.

Ioſeph. 1. anti. c. 12.

22 *Et Phut*.] Ab hoc ſecundum Ioſephum, dicti ſunt Libyes Phuti, qui poſtea à Laabim, Libyes nominati; licet Solinus, & Iſidorus alias Libyæ etymologias, & origines deſcribant. Libyes autem eſt Africæ regio, quæ incipit ab Athlante Mauritaniæ monte; & in Mauritania fluuius eſt, qui dicitur Phut: omniſq; circa eum regio Phutenſis nominatur, & in vna tantum climatis parte, Libyæ antiquum nomen ſeruatur, reliqua vero terra vocata eſt Africa, cuius plures eſſe teſtes ex Latinis & Græcis Scriptoribus affirmat S. Hieron.

Ibidem. Solin. c. 27. Iſidorus 14. Etym. c. 5.

Hier. q. hebr. in Gen.

23 *Chanaan*,] A quo dicti ſunt Chananæi, quorum terra poſtea filijs Iſrael data eſt.

24 *Filij autem Chus Saba*.] In Hebræo, *Seba*, cuius prima litera eſt *Samech* ab hoc dicti ſunt Sabæi, qui felicem Arabiam incolunt; vnde & Arabes, teſte Ioſepho, dicuntur, & Arabia eſt regio illa, quā ex nomine Solinus ſacram interpretatur.

סבא

ס

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. Solinus.

25 *Heuila*.] In Hebræo, *Chauila*, ab hoc dicti ſunt Heuilæi, poſtea Getuli vltra Numidiam, vt auctor eſt Ioſephus in parte Aethiopiæ Occidentalis, qui & in parte remotioris Africæ deſerto adhærentes: in Libano & Antilibano commorātur. Sunt etiam ab eius poſteris, patris nomine retento, Heuilæi, verſus ſinum Perſicum, non procul ab Iſmaelitis & Amalechitis, de quibus Geneſis 25. & 1. Regum 15.

חוילה

Ioſeph. 1. anti. c. 12.

26 *Sabatha*.] In Hebræo *Sabtha*, ab hoc dicti ſunt Sabatheni iuxta Ioſephum, qui à Græcis dicuntur Aſtabari, Ptolemæus, in Arabia felici Sabatha Metropolim fuiſſe, dicit: permiſti ſunt Chuſæis & Sabæis; ſub nomine tamen Aſtabaris, tantum amnem reperio, qui vnus eſt de duobus alueis, in quos Nilus ſcinditur, clariſſimam Meroem inſulam conſtituens: ita Strabo & Plinius.

סבתה

Strabo li. 16. & 17. Plin. li. 5. c. 9.

27 *Regma*.] In Hebræo, *Raama*, ab hoc dicti ſunt Ramæi ſecundum Ioſephum, & in Arabia Regmæi populi ſunt. Cæterum S. Hierony. de Regma & Sabathaca, nomina in filijs deperdita, & quæ nūc pro veteribus habent, ignorari affirmat.

רעמה

Ioſeph. 1. anti. c. 12. Hier. q. hebr. in Gen.

28 *Sabathaca*.] In Hebræo *Sabtheca* ab hoc orti ſunt Sabathaceni, teſte Ioſepho.

סבתכא

29 *Filij Regma Saba*.] Huius prima litera eſt, *Schin*, ſicut alterius, qui fuit filius Chus per *Samech*, vnde in Pſal. 71. vt aduertit S. Hieronymus, vbi nos dicimus Reges Arabum & Saba, dicitur in Hebræo: Reges Saba & Saba, quorum altera incipit per *Schin* altera per *Samech*. Porro ab iſto dicti ſunt Sabathæi, teſte Ioſepho: eſt autem Seba inſula Meroe, vnde venit Regina Saba ad Salomonem. huius Seba, ab alia, quæ à filio Chus, profani Scriptores nullū aſſignant diſcrimen, ſed varia apud Melam, & Strabonem vtriuſque encomia ſunt. Ambas contiguas habuiſſe ſedes ex loco Pſal. citati conſtat, at longe lateq; fuſas; hæc vero reſpectu terræ Paleſtinæ Auſtralis eſt, vnde & eius Regina ad Salomonem ab auſtro dicitur adueniſſe, & à remotioribus, cum reſpectu Paleſtinæ remotiſſima ſit.

ש

ס

Hier. q. hebr. in Gen.

ש

ס

Ioſeph. 1. ant. cap. 12.

Mela li. 3. c. 8. Strabo li. 16.

30 *Et Dadan*,] In Hebræo *Dedan* aliqui dicunt *Dudan*, à quo Aethiopiæ vltima Regio in Occidentali plaga ſecundum Hieronymum: at Ioſephus dicit ab iſto dictos eſſe Iudæos extremas Aegypti partes incolentes, quæ gens dicitur Heſperia. Porro hoc certum eſt, ab hoc conſtitutos eſſe veteres Idumæos, priuſquam Idumæi appellarentur: vnde & Idumæam condidit vrbem, quam nomine ſuo inſigniuit. de quibus Ezech. 25. & Hierem. 49. Licet aliqui Idumæorum tantum ſocios putent, quod & Idumæi & Dudanæi recenſeantur: ſed ſæpe in Scriptura eiuſdem gentis repetitio eſſe ſolet ſub diuerſis nominibus.

דדן

Hier. q. hebr. in Gen.

---

d — *qui Nimrod, & apud Ethnicos Saturnus.*
h — *viribus, & potentia humana & terrena.*
n — *.i. fortis.*
o — *.i. hominum oppreſſor.*
p q — *Hebraiſmus eſt, i. vere vel ſpreto Domino qui omnia intuetur.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

Porro Chus genuit Nemrod: ipſe coepit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino.

---

d — *.i. dictum vulgatum.*
e f g h i k — *Sic dicebatur de quocumque forti, & hominum oppreſſore.*

a b c d e f g h i k

Ab hoc exiuit prouerbium: Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino.

d f h K m n o p

per tyrannidem. *Prolepſis, nam poſt linguarum confuſionem ſic dicta eſt.* *Poſtea Edeſſa Meſopotaniæ Ciuitas.* *Nunc Niſibis.* *Poſtea Seleucia, vel* κτησιφῶν. *Regio eſt, in qua ſitæ erant prædictæ vrbes.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.

---

b f i l m

.ſ. Sennaar. *filius Sem imitatus Nimrod quoad principatum.* *Aſſyriorum Metropolis eſt.* *In Hebræo Rabooth, quæ non ciuitatẽ ſed plateas ciuitatis importat, vt optime vertit Vulgatus.*

a b c d e f g h i k l m n o

De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale.

---

o a g i k

vrbes prope Niniuem, ſi non eius partes, vtpote Tetrapolis. *.ſ. Niniue.* *de cuius magnitudine. Ionæ 3.*

a b c d e f g h i k l m n o

Reſen quoque inter Niniuen, & Chale: Hæc eſt Ciuitas magna. At vero Meaſraim genuit

---

a b c e k

iſtæ gentes nobis ignotæ ſunt, ſecundum Hieronymum. *à quo Libyes primo dicti Phutæi, à quo etiam Cubarij.* *à quo Philiſthijm, qui & Paleſtini aliquando.*

a b c d e f g h i k l m n o

Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephthuim, & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt

---

a c g K

Nomina ſunt populorum: *à quo ſidonij, & ſidon ciuitas.* *à quo Hethæi.*

a b c d e f g h i k

Philiſthijm & Caphtorim. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum,

---

b d e f h i l

à quo Iebuſæi. *à quo Amorrhæi.* *à quo Gerſæi.* *à quo Heuæi, qui & Gabaonitæ.* *qui condidit Arcas ſeu Arce in radicibus Libani.* *qui ædificauit Sin vrbem prope Arcas.* *à quo Aradij.*

a b c d e f g h i k l

& Iebuſæum, & Amorrhæum, Gergeſæum, Heuæum, & Aracæum: Sinæum, & Aradium,

---

a c h i

à quo Samaria & Acolis nobilis Syriæ Ciuitas. *à quo Amathitæ, à quo & Amat regio & Ciuitas à Græcis Epiphania, ab alijs Antiochia.* *qui à terra promiſſionis expulſi ſunt per filios Iſrael.*

a b c d e f g h i k l

Samaræum, & Amathæum: & poſt hæc diſſeminati ſunt populi Chananæorum. Factiq; ſunt

---

Paleſtinæ inſignis Ciuitas.

a b c d e f g h i k

termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vſque Gazam, donec ingrediaris

---

a b c i m

Ciuitates ſunt ſatis notæ ſua ſubuerſione, de quo infra. *Nunc Callithoe, vbi aqua calida prorumpentes in mare mortuum.* *.i. poſteri.*

a b c d e f g h i k l m n o

Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſque Leſa. Hi ſunt filij Cham in

---

a c e f h

.i. conſanguineis. *.i. diuerſis idiomatibus.* *.i. filijs ſeu poſteris. licet hæc vox non ſit iuxta Hebræum, nec in Septuaginta, nec apud Chaldæum.* *.i. prouincijs, & vrbibus:* *.i. familijs.*

a b c d e f g h i

cognationibus, & linguis, & generationibus, terriſq; & gentibus ſuis.

S C H O L I A.

31 *Porro Chus genuit Nemrod.*] In Hebræo *Nimrod* apud Ethnicos dictus Saturnus pater Beli, auus Nini, cuius ſeparatim mentionem facit, & non cum alijs filijs Chus, ob eius ſingulare robur, & eximiam (mundanam tamen) felicitatem. ita Auguſtinus, de quo & in textu ſequitur: Ipſe cœpit eſſe potens, &c.

נמרד *Aug. 16. de ciu. Dei c. 13.*

32 *Ipſe cœpit eſſe potens in terra.*] Arripuit ſiquidem iuxta Ioſephum & Hieronymum, noua regni cupiditate tyrannidem, & fuit auctor ædificandæ turris contra Dominum. Porro vox Hebræa fortem ſignificat, & Græci habent, Gigas, ſed quia per robur ad potentiam peruenit, optime Vulgatus dixit, potens. Primus autem Gigas dicitur iuxta Auguſtinum, vel tempore poſt diluuium, vel excellentia.

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. *Hier. q. hebr. in Gen.*

Aug. lib. 3. in Gen.

33 *Et erat robuſtus venator coram Domino.*] Phraſi Hebræa dicitur coram Domino, forſan quòd ſpreto Domino, qui omnia intuetur; & dicitur ad augendum crimen, ſicut dicimus, vi hominem occidit, etiam ſpectante Prætore. vel vt Auguſtinus coram Domino, ideſt, contra Dominum: nam vox Hebræa & ante & contra ſignificat. Sunt & qui phraſi Hebræa interpretentur, coram Domino, ideſt, vere, ſicut de Ioanne Baptiſta futurum prædicitur magnum coram Domino, ideſt vere magnum, vel coram Domino, ideſt, ſub cælo, cunctis potentior hiis, qui ſub cælo ſunt: ſed cum venator tranſlaticie pro Tyranno ſumatur, vt dicemus, accommodatiores videntur duæ priores expoſitiones; quod enim Auen Ezra, coram Domino, dicit, quòd de venationibus Deo ſacrificia offerret, non eſt iuxta Patrum mentem. Porro *Said*, ideſt, venator à verbo *Sada*, quod eſt venari & inſidiari, eo quod, qui venantur, inſidientur, non ſolum illud ſignificat reſpectu ferarum, ſed tranſlaticie etiam reſpectu hominum, vt Hieremiæ 16. Mittam ad eos multos *Sadim*, id eſt venatores, & venabuntur eos; quomodo Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus, & fere Patres omnes hunc locum interpretantur, quod ſcilicet opprimeret homines ad id, quod volebat, & per tyrannidem in eos poteſtatem exerceret, & maxime ſic dictum, quod homines ferarum more palantes in agris ad ciuilem ſocietatem coegit.

Aug.16.de ci. Dei c.4. — *Auen Ezra.* — ציד צדה — צדים — *Hier. q. hebr. in Gen. Aug.16.de ci. Dei. Alb.q.in Gen.*

34 *Ab hoc exijt prouerbium: quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino.*] Vulgare dictum fuit tunc, vt ſiquis fortitudine ſua alios opprimeret ad perpetranda facinora, de illo diceretur: Ecce quaſi Nemrod robuſtus venator; ſicut nunc de aliquo, qui in mari deprædatur, quaſi alius Ochiali vel alius Drace pirata.

35 *Fuit autem principium regni eius Babylon.*] Per prolepſim nominat hic Babylon, quæ ſic poſt linguarum confuſionem dicta eſt, & ibi per tyrannidem primus regnauit; condita tamen à profanis Scriptoribus dicitur a Semiramide, quod ab inundationibus Euphratis dirutam, munitam, & ampliſſimam fecerit: & poſt tractum temporis ob eamdem cauſam dicitur a Nabuchodonoſor conſtructa. Danielis 4. ſic Beroſus, Herodotus, Strabo, Mela inter Eccleſiaſticos, Iuſtinus, & Hieronymus.

Beroſus. Herodot. lib.1. Diod. lib.3. Strabo li. 16. Mela li. 1. Iuſtin. lib.1. Hieron. in 2. cap. Oſee.

36 *Et Arath, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.*] Arath poſtea dicta eſt Edeſſa Meſopotamiæ Ciuitas. Achad vero nunc dicitur Niſibis. at Chalanne poſtea verſo nomine a Seleuco Aſiæ Rege dicta eſt Seleucia; vel certe quæ nunc *Itiſiphon* appellatur; iuxta Hieronymum. Vide quam potens eſſe cœpit in terra Nemrod. Porro non deſunt qui dicant, has non Ciuitates, ſed Babylonis partes eſſe, quæ Tetrapolis ſit, ſicut de Hieruſalem & alijs ſuo loco dicemus. Iam Senaar Regio eſt, in qua ſitæ erant prædictæ Ciuitates.

Κτησιφῶν. Hier. q. hebr. in Gen.

37 *De terra illa egreſſus eſt Aſſur.*] Non alius, vt quidam putant iuxta Auguſtinum, ab illo, de quo infra, qui filius Sem, a quo & Aſſyriorum gens & regnum originem traxit: ſed quia ipſe imitatus eſt Nemrod quoad principatum, ideo Moyſes hac occaſione nunc narrat, quod etiam ex illa regione Sennaar egreſſus fuerit, quaſi inſinuare volens terram illam primorum principum fuiſſe feracem; nam & Aſſur, Rex fuit Niniue. Non deſunt tamen qui dicant inde fugiſſe Aſſur ad regiones longinquas, quod noluiſſet factis Nemrod conſentire.

Aug. 16. de ciu. Dei, c.3.

38 *Et ædificauit Niniuem, & plateas Ciuitatis, & Chale, Reſen quoque inter Niniue & Chale*] Niniue Aſſyriorum Metropolis eſt, ſtructa iuxta fluuium Lycum in campis Aturiæ, vt Straboni placet, quam Ninus ampliorem reddidit, ac proinde illam ædificaſſe referunt profani Scriptores. Porro *Rabooth* non Ciuitas, vt Septuaginta & Hieron. innuunt, & etiam Chaldæus paraphraſtes; ſed plateas iuxta eundem Hieronymum in quæſtionibus Hebraicis ſignificat; vnde Vulgatus optime tranſtulit: & plateas Ciuitatis. Rurſus Chale & Reſen Ciuitates ſunt prope Niniue, ſi non partes Niniue, vt quibuſdam placet, quod tetrapolis ſit, ſicut Babylon & Hieruſalem; vnde ſtatim ſubditur, hæc eſt Ciuitas magna; & non loquitur de Chale vltimo nominata, ſed de Niniue: Iam *Chale* Hebraice *Chalah*: ſic Septuaginta & Hieronymus, & Strabo Chalachenam vicinam Niniue ſcribit iuxta priorem ſententiam. Porro Reſen, Septuaginta, quos ſecutus eſt Auguſtinus, Daſe legunt.

Strabo. Hier. de locis Hebr. Hier. q. hebr. in Gen. — כלח — *Strab. initio lib.16.*

39 *Hæc eſt Ciuitas magna*] prolepſis eſt pro tempore Moſis, quando iam magnificata a Nino filio Beli, cuius nomen a Nino impoſitum apud Hebreos inualuit, de cuius magnitudine Ionæ 3. legitur eius area, vt fertur, quadraginta ſtadia habuit, complexa autem in orbem vndecim millia, & quingentas turres; mœnia vero in altitudine centum pedes, in latitudine tribus plauſtris peruia. ita Strabo, & Diodorus.

Strab. li.16. Diod. lib.3.

40 *At vero Meſraim genuit Ludin, & Anamim, & Laabim, & Nephthurim, & Phretuſim, & Chaſluim.*] Prædictorum populos (qui a Meſraim originem duxere, qui & primo Aegyptum inhabitauit) Hieronymus dicit eſſe ignotos, exceptis Laabim, qui dicti ſunt Libyes, qui primo vocabantur Phutæi, a Phut: & Chaſluim, qui poſtea Philiſthijn dicti ſunt, quos nos corrupte Palæſtinos dicimus, & Palæſtina hæc in Syria eſt, Arabiæ contermina, dicta a Philiſthæa vrbe Philiſthæi. Cæteræ ſex gẽtes nobis ignotæ ſunt, quia bello Aethiopo ſubuerſæ: poſſederunt autem terram Algaca vſque ad extremos fines Aegypti. Porro *Anamim* in Hebræo *Anammin* Laabim in Hebræo *Leabim* & Phetruſin in Hebræo *Phatruſim*. Iam Cubarios fertur a Laabim ortum habuiſſe.

Hier. q. hebr. in Gen. — אנמין להבים פתרסים

41 *De quibus egreſſi ſunt Philiſthijn, & Caphtorim.*] Nomina ſunt hæc populorum Philiſtijm; iſti habitauerunt cum filijs Iſrael in terra promiſſionis. Septuaginta, illos Allophilos vocant, ideſt, alienigenas. Iam Caphthorim Deuter. 2. & Hierem. 47. Cappadoces Latine dicuntur: crediderim non illos, qui Ponto & Tauro monti proximam, ſed latiſſimã incolunt regionem, ſed eiuſdem nominis gentem aliam non ita celebrem Aegypto & Paleſtinæ vicinam: alia enim Cappadocia remotiſſima eſt a Paleſtina. Porro ferunt Hebræi, Phetruſim & Chaſluim commutaſſe vxores ad inuicem, ad concubitum, & inde Philiſteos eſſe ortos.

42 *Chanaan autem genuit Sydonem,*] Chanaan filius Chan genuit Sydonem, à quo Sydonij, & ab illo nominata eſt Ciuitas cognomento magna, quæ eſt in prouincia Phœnices, teſte Ioſepho, de qua Strabo & Ioſue 11. & 19. & Eſai. 23. & Plinius vetuſtiſſimarum vrbium parentem dixit, cuius appellationi conſonat & piſcium copia, quæ ibi eſt. ita Iuſtinus.

Ioſeph. 1 ant. cap. 12. *Strabo lib. 16.* *Iuſtin. li. 18.*

43 *Hethæum, & Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum, & Auæum, & Aracæum, Sinæum, & Aradium Summathæum, & Hamathæum,*] Hethæum in Hebræo *Cheth*, à quo Hethæi; hi cum gigantea mole & robore maximo celebres eſſent, ſingularem mentionem inter alios de illorum expugnatione Deum feciſſe initio libri Ioſue legimus. & 4. Reg. 7. Syrorum trepidationem, quod Hethæos à rege Iſrael conductos aduerſus ſe crediderint: illa vero loca incolebant, quæ circa Berſabæam ſunt. Geneſ. 23. Iebuſæum in Hebræo *Iebuſi*, à quo Iebuſæi; & prædictorum fuit Hieruſalem vſque ad Dauidis principatum. 2. Reg. 5. illis Iebus dicta, quibus eiectis, regni ſui ſedem ſtatuit: qui ob illorum eximiam fortitudinem ab Hebræis deleri non potuerunt. Ioſue 15. & Iudic. 1. immo vſque ad Salomonis tempora manſerunt, qui illos tributarios conſtituit. 2. Paralli. 8. ſtrenuosq. in bello extitiſſe videre poteris. Num. 13. & 2. Reg. 5. Porro Amorrhæum in Hebræo *Emori*, à quo Amorrhæi; hos, quod procerę fuiſſent ſtaturæ & fortiſſimi, Amos 2. quercui & cedrorum altitudini per hyperbolem aſſimilauit; & quia ſceleratiſſimi, Ezech. 16. Iudæi ab illo deſcendere in morum ſimilitudine per exprobrationem deſcribuntur. primo Seon, & Og Regnum occuparunt, ſed ad piſcium ſimilitudinem aucti, Chanaan ſinus, miſſis colonijs, replerunt. Aliqui iuxta Cades & Amalechitas. Gen. 14. non pauci circa Antilibanum conſederunt. Deuter. 1. cum tamen & Num. 21. torrente Arnon à Moabitis diſterminati (certe nonniſi in magno numero) deſcribantur; vnde merito horum nomine, vt ſæpe aduertimus in Scriptura, aliquando cuncti terram Chanaan inhabitantes inſigniuntur. Gergeſæum in Hebræo *Gergaſi*, à quo Gerſæi. Heuæum in Hebræo *Chiui*, à quo Heuæi, qui & Gabaonitæ, qui licet à Caphthorim expulſi fuerint Deuter. 2. eorum tamen aliqui vſque ad Ioſue tempora, immo & Salomonis extiterunt. Ioſue. 13. & 2. Paralip. 8. Porro R. Nehemannus, Rephaim dictos putat. Gen. 15. quo loco, tacitis Heuæis, Rephaim inter debellandas gentes recenſentur: ſed de his ſuo loco: aliqui enim eo loco gigantes, qui in Baſſan, interpretantur; alij cum Repha in Amorrhæos coniungunt, quo ſignificatur, illas omnes fere gentes giganteas fuiſſe. Aracæum in Hebræo *Arci*, qui condidit Areas, ſiue Arce, quæ eſt ciuitas contra Tripolim in radicibus Libani, vt teſtatur Ioſephus. horum meminit Ezech. cap. 27. de quibus Plinius, & Strabo. Sinæum, qui ciuitatem propinquam ipſi Arcas, Sin, vocatam ædificauit. Synæi iſti alij ſunt à Cynæis, qui ex Hobab filio Raguelis ſoceri Moyſi originem duxere, de quibus Num. 11. & Iud. 1. & 4. & 1. Reg. 15. quos Balaam ab Aſsyrijs delendos Num. 24. prædixit; Synæos vero iſtos cum alijs Chananæis Hebræi exciderunt. Aradium in Hebræo *Aruadi*, à quo dicti ſunt Aradij, qui & Aradiam inſulam poſſederunt, anguſto freto a Phœnicis littore ſeparatam. Samarçum, in Hebręo *Semari* alij Samarithen, a quo Samaria, & Syrię nobilis Ciuitas, quę vocatur Aeolis. Hamathęum in Hebręo *Chamathi*, a quo Amathitę, quibus Edeſſa nobilis Syrięcæles Ciuitas Amath, vſque ad ſancti Hieronymi tempora, vt ipſe teſtatur, tam a Syris, quam ab Hebręis dicta appellatur, quam Macedones poſt Alexandrum Epiphaniam vocarunt, alij Antiochiam: ſed Ioſephus totum hoc refert non ſolum ad Ciuitatem, ſed ad totam Prouinciam Amathi, a Gręcis Epiphaniam, quam volunt aliqui eſſe Anthiochiam. An vero plures, & quot fuerint Ciuitates Emath (vt diuerſitas characterum innuit, & ſanctus Hieronymus) ſuis locis indicabimus.

חת יבוסי אמרי גרגשי חוי ערקי

Plin. lib. 5. cap. 20. *Strabo li. 16.* ארודי צמרי חמתי *Hier. de locis hebr. & in 10. cap. Iſa.* *Ioſeph. 1. anti. c. 12.* *Hieron. in 3. Amos.*

44 *Per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum.*] Quos ſcilicet filij Iſrael a terra promiſſionis, quam poſſidebant, expulerunt.

45 *Venientibus à Sydone.*] Iuxta Hieronymum Sydon vrbs Phœnicis inſignis, olim Chananæorum terminus, ad Aquilonem reſpiciens, & ad Iudæam poſtmodum pertinens: ſed cum Aſer hoſtes nequiret expellere, licet ei in ſortem ceciderit, non tamen illam poſſedit. *Hier. de locis hebr.*

46 *Geraran vſque ad Gazam.*] Nomina ſunt Ciuitatum, Gerara ſiquidem vna in Syria eſt, alia prope Traconitas, & alia in felici Arabia. Porro Gaza inſignis Ciuitas eſt Paleſtinæ, quę olim Iudę in ſortem cecidit, ſic dicta a regia Gaza, ideſt, pecunia, quam illuc quondam Cambyſes Perſarum Rex vehi curarat, tunc munitiſſima, vt Alexander bimeſtri obſidione, obſeſſam ęgre ceperit, vt Diodorus ſcribit, terminus erat Chananęorum iuxta Aegyptum, & vſque hodie inſignis Ciuitas Paleſtinę, vt ſcribit Hieronymus. *Diod. li. 17.* *Hier. de locis hebr.*

47 *Donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham.*] Hę Ciuitates, vt Hieronymus aduertit, ſatis notę ſunt ſua ſubuerſione, quæ inferius deſcribitur, excepto, quod Laſa Ciuitas ipſa eſt, quæ nunc Callithoe dicitur, vbi aquæ calidæ prorumpentes in mare mortuum defluunt. *Hier. q. hebr. in Gen.*

f g h i h m
propter excellentiam populi Hebræi, ex cultu Dei ſic loquitur. i. Hebræorum. ſ. ætate.
a b c d e f g h i k l m
De Sem (quoque nati ſunt,) patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.

c e
à quo Aelamitæ & Perſæ. à quo Aſſyrij.
c e
Filij Sem: Aelam et Aſſur,

b d f i l m p

à quo Arphaxadæ, qui & Chaldæi. à quo Lydij. à quo Aramæi, qui & Syri. à quo Idumæi, qui & Traconitidis, & Damaſci fundator & princeps. à quo Gauri, qui & Armenij. à quo Etharij, qui & Armenij, quidam qui & Archarij ſeu Archani. à quo Meſæi ſiue Meſanæ, qui & Mæones

a b c d e f g h i x l m n o p q r ſ

& Arphaxad, & Lud, & Aram. Filij Aram: Vs, & Hul, & Gether, & Mes. At vero Arphaxad

b g p

qui & Cainan, à quo Sarmatæ, & qui primo Indiam incoluerunt, & primus Salem fundator, quæ poſtea Hieruſalem. à quo Hebræi orti & dicti, & à quo lingua Hebræa ſic dicta eſt. i. diuiſio.

a b c d e f g h i k l m n o p

genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. Natiq; ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg,

a b

. i. ex prophetia & vaticinio huius futuræ diuiſionis ſic à patre appellatus.

a b c d e f g h i k l m n o

eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. Qui

a b c d

nationum, quæ à filijs Iectan, vel quia procul, vel quod mutata ſint nomina: rationem reddere ſe neſcire fatetur Hieronymus.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, Iare, & Aduram, & Vzal, & Decla, & Ebal,

e

à quo Ophir regio auro optime abundans.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

& Abimael, Saba, & Ophir, & Heuila, & Iobab. omnes iſti filij Iectan. Et facta eſt habitatio

o

i. conſanguinitatem.

a b c d e f g h i k l m n o

eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem Orientalem. Iſti filij Sem ſecundum cognationes

b c f

i. idiomata. i. in familijs ſuis.

a b c d e f g h i k l m n o

& linguas, & regiones in gentibus ſuis. Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas.

Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

S C H O L I A.

48 *De Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum Heber fratre Iapheth maiore.*] Dicitur patre filiorum Heber, quaſi per excellentiam, quia Iudæi tunc electus populus à Deo, & inde futurus erat Meſſias. Porro hi ab Euphrate fluuio partem Aſiæ, teſte Hieronymo, vſque ad Indicum Oceanum tenent. Iam vbi dicitur, maiore, Hebræi legunt, maioris, quod & vox Hebraica patitur: ipſi tamen ſic vertunt, quia putant, Iapheth maiorem natu fuiſſe ipſo Sem, de quo ſequenti capite fiet ſermo.

Hier. q. hebr. in Gen.

49 *Aelam.*] A quo dicti ſunt Aelamitæ, & Perſæ, vtpote Perſidis principes, ſicut Ioſephus aſſerit.

Ioſeph. 1. anti. c. 14.

50 *Aſſur.*] Idem, vt teſtantur Ioſephus, & Hieronymus, de quo ſupra dicitur, Niniuem fundaſſe, à quo Aſſyrij.

Ioſeph. 1. anti. c. 14.
Hier. de locis hebr.

51 *Arphaxad*] *Arphachaſd* in Hebræo; ab hoc dicti ſunt Arphaxadæi, poſtea Chaldæi & Chaldæa in Aſiæ partibus, Arabiæ contermina, longe plana, in qua & Babylon magna conſtructa eſt. ארפכשד

52 *Lud,*] A quo Lydij populi, & à quibus Lydia prouincia nomen accepit; & eſt in minori Aſia, vbi Epheſus Ioannis Apoſtoli ſedes, Lydiæ mentio fit. Eſai. 66. & Lydiorum Ezech. 27. quæ omnia filijs Ludin nec improbabiliter quidam tribuunt, quod confines & confœderati populi in his Prophetarum locis deſcribantur cum Aegyptijs. Sed Hieronymus, & Ioſephus filijs Lud aſcribunt: nam & Tyrij mari præpotentes, ſicut nunc fieri ſolet, etiam exteras & remotiſſimas gentes, bello tamen aſſuetas & viribus præſtantes ſecum in aciem deferre potuerunt.

Hier. q. hebr. in Gen. Ioſeph. 1. anti. cap. 14.

53 *Aram*,] A quo dicti ſunt Aramæi, poſtea Syrij, & nunc in Hebræo Syri, Aramæi vocantur, & Syria Aram, cuius Metropolis eſt Damaſus. Eſt & Aram interamnis, quam Græci Meſopotamiam dicunt, quod inter Euphratem & Tygrim media interiaceat, quæ & Padam Aram dicitur. Gen. 33. ſed de huius nominis æquiuocatione ſuis locis loquemur.

54 *Filij Aram Hus*.] Qui Traconitidis, quæ eſt inter Palæſtinam & Cęleſyriam & Damaſci principatum tenuit, & eas inſtituit teſte Ioſepho, à quo Idumæi, vnde de Idumæa terra Hus terræ Iudeæ cõtermina ortus eſt Iob, quam Septuaginta interpretes Axilidem, ideſt, Auſtralem dicunt.

Ioſeph. 1. anti. c. 14.

56 *Hul*,] In Hebræo *Chul*, à quo Guari, ideſt, Armenij, iuxta Ioſephum, qui ab Euphrate fluuio partem Aſiæ, vſque ad Indicum Oceanum tenent.

חול *Ibidem.*

57 *Gether*.] Alij Gethel, & in Hebręo *Gether*, à quo Etharij, qui etiam Armęni ſunt, quos Hieronymus Archanios, ſeu Archarios vocat, à quo Getuli, ſecundum aliquos, ortum habent. Ioſephus Bactrianos vocat, & illorum regionem Acharnaniam, ſeu Cariam nominat.

גתר *Hier. q. hebr. in Gen.* *Ioſeph. lib. 1. antiq. c. 14.*

58 *Mes*.] In Hebręo *Mas* à quo Meſæi, quos Ioſephus Meſanæos vocat; Septuaginta nominant Moſoch & 1. Paral. 1. ideſt, Meones.

מש

59 *At vero Arphaxad genuit Sale*.] In Hebręo *Salach* qui primo Salem ciuitatem ędificauit, & ſuo nomine inſigniuit, quę poſtea Hieruſalem dicta eſt, et ab iſto Sarmatæ ortum habent, et Indi, qui primum Indiam coluere.

שלח

60 *De quo ortus eſt Heber*,] A quo Hebræi, et in ipſo ſolo et ſua familia, in Linguarũ confuſione, manſit prima hominum lingua, et ab iſto Hebræa dicta eſt; nam antea peculiare nomen non habebat, quia vnica erat apud omnes; quod non paruum, iuxta Auguſtinum, iuſtitiæ ipſius Heber indicium eſt, vt qui in ea conſpiratione turris non fuerit, et ſicut non culpæ particeps, ita nec pœnę, à quo, iuxta Hieronymum, Auguſtinum, Chryſoſtomum, dicti ſunt Hebręi populi. et Clemens Alexandrinus vocat Loth Hebręum, qui fuit filius Heber, non tamen Abrahę, licet Iudęorum multi aliunde conentur nomen deducere.

Hier. in Sephoniam. *Orig. hom. 11. in Numer.* *Hier. vbi ſup.* *Aug. 16. de ci. Dei.* *Chryſ. ho. 26. in Gen.* *Clem. Alex. in exhortat. ad gentes.*

61 *Nomen vni Phaleg*.] In Hebręo *Phelec*.

פלג

Porro quod in litera ſequitur, ſcilicet eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra, diuino vaticinio ſortitum fuiſſe nomen illud oſtendit: diuiſio enim facta eſt poſt linguarum confuſionem. ſic Hieronymus, et Chryſoſtomus. Scio Auguſtinum cum Ioſepho exiſtimare, hanc terrarum diuiſionem factam tempore, quo natus fuit Phaleg, et in eius rei memoriam, quod eo tempore ipſi Heber natus fuerit filius, Phaleg, nomen ei impoſuerit, quod ſatis probabile apparet, ſi Diodori et Ethnicorum hiſtorias conſulamus.

Hier. q. hebr. in Gen. *Chryſ. ho. 30. in Gen.* *Aug. 7. de ci. Dei c. 11.* *Ioſeph. 1. anti.* *Diodor. lib. 3.*

62 *Iectan genuit Elmodad, &c.*] Horum filiorum Iectan quamplures generationes pręcipuę fuerunt, quorum tamen nomina Hieronymus ſe neſcire fatetur, quod procul à nobis ſint, etſi antiqua nomina teneant, vel forſan quod immutata ſint. Poſſederũt autem a Cophena fluuio, omnem Indię regionem, quę vocatur Ieria. Porro Ophir, à quo Ophir regio, vbi aurum eſt optimum, de quo. 3. Reg. 9. Zephalam Indię partem dicunt, iuxta illud. 2. Paralipp. 20. vbi per mare rubrum eius nauigatio innuitur.

Hier. q. hebr. in Gen.

63 *Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem Orientalem*.] Ex quo oſtenditur, filiorum Iectan habitationem fuiſſe pro maiori parte in vtraque Arabia: nam Sepharah mons Orientalis deſcribitur; Orientis tamen nomine, Scriptura ſolam Syriam et Aſſyriam, Chaldęam et vtramque Arabiam intelligit; Orientis vero reliqua pars, quę vltra Babyloniam et Perſiam iacet, Scripturę ignota eſt; quamuis Ioannes Annius antiquitatum obſeruantiſſimus montem Seraph in Thracia collocet, et Iectan dicat Iſter nominatum, à quo et Danubius Iſter dictus eſt; filiorumque eius habitationes in Dalmatia vtraque, Miſia, Aegypti, et Thracia conſtituit, forſan eo etiam illorum aliqui diſtracti ſunt.

64 *Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra*] filijs Sem Aſiam, filijs Chan Aegyptum et Africam, et filijs Iapheth Europam etiam ſorte contigiſſe ſcribit Epiphanius: eandemque diſtributionem factam eſſe innuunt Ioſephus et Beroſus; quod pro maiori parte intelligendum exiſtimo: nam et horum poſteri promiſcue in diuerſis mundi plagis prouincias aliquas occuparunt, vt ex nominibus illis inditis aperte conijcitur, et ex filijs Iapheth conſtat, non ſolum Europam, ſed maiorem Aſię partem et Mediterranei maris inſulas occupaſſe, immo et Africę litora, Gręci ſiquidem a Iapheth originem duxere.

Epiph. in Anchorato. *Ioſeph. 1. anti.* *Beroſ. in annal.*

CAPVT XI.

c d e f g h k i m
.i. homines, qui in terra. .i. idiomatis. .ſ. Hebraici. pro ideſt. explicatio eſt eius, quod dixerat, labij vnius. .ſ. multi. .i. ab Armenia, quæ reſpectu Sennaar Orientalis eſt, vbi & arca ſubſtiterat.
a b c d e f g h i k l m n
Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorumdem. Cumq; proficiſcerentur de Oriente, inuenerunt

a b c d i K l m o
.i. terram planam & latam. quæ nunc terra, ſeu regio Chaldæorum dicitur. iam ex inductione Nemrod. .i. eia.
a b c d e f g h i k l m n o
campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitq; alter ad proximum ſuum; Venite,

h i k m n o
quia ibi, cum non eſſent lapidicinæ, non erat ſaxorum copia. *ex mari mortuo, & alijs fontibus vbi gignitur, aptum ad liniendum.* *quod vulgo dicitur, mortero, miſtura .ſ. calcis, aquæ & arena, & cum non eſſent ſaxa, neque calx, quæ ex eis fit.*
a b c d e f g h i k l m n o
faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro ſaxis, & bitumen pro cœmento:

f l m n
.ſ. ad habitandum. *Hebraiſmus, altiſſimam, & per hyperbole dicitur vſque ad cælum.*
a b c d e f g h i k l m n
& dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum:

b c d e f g h i k l m
.i. ex facto, hoc quaſi monumento celebri poſteris memoriam noſtram relinquamus. *.ſ. etiam, vel vt non ſic cogamur diuidi in alias regiones.* *per metaphoram, Dei exacta cognitio de illis deſcribitur.*
a b c d e f g h i k l m
& celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autem Dominus

h i
.i. filij hominum, ſiue homines.
a b c d e f g h i k l m n o p
vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce, vnus eſt populus,

c
.i. idioma.
a b c d e f g h i k l m
& vnum labium omnibus: cœperuntq; hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis:

a b c d e g i l
.ſ. niſi impediantur. *angelos alloquitur, qui mutatione loci exequerentur.* *pluralitatem perſonarum diuinarum innuit.* *per diuerſarum idiomatum immiſſionem.* *.i. ſermonem.*
a b c d e f g h i k l m n o
donec eas opere compleant. Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non

a c d e h
.i. intelligat. *.i. idioma.* *.ſ. communiter nam aliqui communicabant in vno idiomate.* *.i. factum eſt, vt ſint diuiſi, ex eo quod Dominus fecit & voluit.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
audiat unuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus *ex illo loco in vniuerſas terras,*

f l
ab etymologia nominis rationem reddit. *.i. confuſio.*
a b c d e f g h i k l m n o p
& ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt

a f k l m
.i. ſermo per varietatem idiomatum. *.i. ex facto & voluntate Domini diſperſi ſunt.* *Hebraiſmus eſt .i. in omnes regiones orbis.*
a b c d e f g h i k l m
labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum.

S C H O L I A.

1 ERAT *autem terra labij vnius.*] Hebraiſmus eſt, quo nominatur effectus à cauſa, idioma ſcilicet, labium & lingua, quod ex labijs & lingua cauſetur, quo etiam inſinuatur, adhuc & in pronuntiandi modo vnitatem fuiſſe; contingit ſiquidem Italos, & Hiſpanos in eodem idiomate diuerſimode pronuntiare. Porro idioma vnum erat, Hebræum ſcilicet, vel Chaldæum, quæ parum differunt, vt ex Origene & Hieronymo obſeruauimus. Iam per recapitulationem ſcripta fuiſſe, quæ de confuſione linguarum & gentium diſperſione hoc capite recenſentur, aduertunt Auguſtinus, & Rupertus. *Aug. 16. de ci. Dei c. 4. Ruper. in Gen. lib. 4. c. 49.*

2 *Et ſermonum eorumdem.*] Explicatio eſt eius, quod dixerat, ſcilicet labij vnius; moris enim eſt Scripturæ, aliquando ſtatim explicare, ſi quid obſcure dixerat.

3 *Cumq. proficiſcerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Senaar.*] Non quod omnes egreſſi fuerint ab Oriente, ſed qui egreſſi ſunt, vt mundi

propa-

Beroſus.

propagationem inchoarent, ex mandato Noe, vt Beroſus teſtatur, forſan qui ſub Nemrod congregati, antequam diuiderentur, inuenerunt campum, ideſt, terram planam & latiſſimam, in terra, ideſt, in regione Senaar, quæ ſcilicet nunc dicitur terra Chaldæorum. Porro ab oriente, ideſt, ab Armenia, quæ reſpectu Senaar Orientalis eſt; veroſimile eſt enim, vbi arca ſubſtiterat, tranſacto diluuio, poſteros Noe aliquot annos manſiſſe: cum autem creuiſſent, decreuit colonias mittere, vt in alijs locis ſedes conſtituerent, & ſic primo venerunt in campum Senaar, teſte ſiquidem Platone, tria habitationis genera ſtatim poſt diluuium homines elegerunt, montium cacumina, alij radices montium, tertij terras campeſtres, vt erat Senaar.

Plato l. 3. de legib.

4 *Venite faciamus lateres & coquamus eos igni*] Adeo inualuit Nemrod perſuaſio, vt quaſi à ſe ipſis vnus alterum ad opus incitaret: hoc quippe ſibi vult: dixit alter ad proximum ſuum: in Hebræo eſt *Haba*, quæ exhortantis particula eſt; non igitur pedum greſſus poſtulat, ſed voluntatis affectum incitat. Porro, lateribus pro ſaxis, vt in textu dicitur, vſi ſunt, quia cum terra eſſet campeſtris, non erant lapidicinæ ad manum. Iam venite, ideſt, eia, agite, verba ſunt hortantis, ſtudij ſignificandi cauſa, vt Pſalm. Venite, & diſperdamus eos, ideſt, celeriter atque velociter diſperdamus.

הבה

Plin. l. 5. c. 15
Iuſtin. l. 36.
Solinus.

5 *Et bitumen pro cæmento*] Plinius, Iuſtinus, & Solinus teſtantur Aſphaltum lacum Syriæ eſſe, qui & mare mortuum dicitur, quod nihil præter bitumen gignit, vnde & bitumen Aſphaltos Græce dicitur, hoc forſan vſi ſunt, quod & aptiſſimum ad liniendum eſt ex multis fontibus, quos in illa terra fuiſſe teſtatur ab antiquis Theodoretus Syri Epiſcopus, qui ſimiliter bitumen abundanter miniſtrant, ſicut & mare mortuum: & huius, duo inueniri genera, alterum fluidum alterum ſiccum, teſtatur Strabo ex Eratoſtene & huius bituminis beneficio conſtructa fuiſſe Babylonica mœnia referunt Plinius, Quintus Curtius, Suidas, Diodorus Siculus, Ioſephus, Vitruuius, Philoſtratus, Vegetius. Prædicto igitur bitumine vſi ſunt, quod cum ex ſe forte adeo non ſit apud nos, aliorum miſtura adhiberi ſolet, quæ ad fortius liniendum præſtant: ſicut Brea, quam ita vocant nautæ, & ipſum bitumen appellatur. Porro cæmentum miſtura eſt calcis, aquæ & arenæ: nos dicimus *Mortero*, cum igitur calx nō eſſet, quam ex ſaxis fieri conſtat, prædicto bitumine, pro ea vſi ſunt: & licet Diodorus Tarſenſis Chryſoſtomi magiſter in hunc locum, calcem legendum putet, Theodoretus tamen ſuppreſſo eius nomine, id refellit. & certe vox Chaldaica, & Hebræa etiam cæmentum, aut lutum ſignificat, ſicut Vulgatus vertit, non calcem.

Theod. q. 58. in Gen. quæ ordine eſt 59.
Strabo l. 16.
Plin. l. 7. c. 56 & l. 35. c. 14.
Q. Cur. l. 5. rerum geſtarū.
Suidas.
Diod. l. 3. c. 4.
Ioſeph. 1. anti.
Vitru. l. 1. c. 3. & 5.
Philoſtr.
Veget.
Diod.
Theod. q. 58. in Exod.

6 *Cuius culmen pertingat vſque ad cælum.*] Auguſtinus ſimpliciter, ſicut litera ſonat, intelligit, Philo vero allegorice: ſed certe Hebraiſmus eſt, id eſt, in altum, & quaſi per hyperbolem dictum, ad ſignificandam maximam altitudinem. Porro Ioſephus refert, ipſum Nemrod verbis blaſphemis contra Deum inducere alios, ad ædificandam turrim, promittens illis, & quod eos defenderet contra Deum, etiam ſi diluuium immitteret; & per turrim in cælum aſcenſurum, vt contra Deum bellum gereret. quod & Auguſtinus viſus eſt inſinuare, ex quo Poetarum figmentū ortum habuit, dicentium, gigantes, quorum non minima hominum pars erat, contra Deum bellum iniſſe. Iam Beroſus dicit Nemrod turrim non exſtruxiſſe, licet attentaſſet, ſed S. Hieronymus ait ſe accepiſſe ab his, qui eam viderant, etiam ſuis temporibus, quamuis, quod de altitudine quatuor millium paſſuum coniectabant, vix credibile ſit; & Diodorus, & Methodius, & Theodoretus cum Hieronymo affirmant.

Aug. q. 21. in Gen. & 16. de ciu. Dei c. 4.
Ioſeph. 1. anti. c. 14.
Aug. 16. de ci. Dei c. 4.
Ouid. 1. Meta.
Beroſus l. 4.
Hier. l. 5. in Iſaiam.
Diod.
Method.
Theo. q. in Ex.

7 *Et celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras.*] Ideſt, vt ſit monumentum quoddam, ex quo celebre poſteris ſit nomen noſtrum. Ioſephus turris ædificandæ cauſam aſſignat, vt ſcilicet haberent, quo effugere poſſent diluuium aliud. Sed cum à Deo pactum accepiſſent, non immittendi deinceps ſimilem aquarum inundationem, non videtur veroſimile. alij putant, vt ſe ab ignis diluuio, quod futurum à parentibus acceperant, defenderent; ſed certe leuiſſimum parabant refugium. Hugo de S. Victore, ex cupiditate regnandi ortum habuiſſe ſcribit: ſed ſacer textus aperte cauſas ædificandi inſinuat, dicens: vt celebremus nomen noſtrum, & vt haberent, quo ſe reciperent, ſi forte in terra diuiderentur. Porro, quod dicit: antequam diuidamur, ſic aliqui eorum dixerunt, non tamen omnes; nam illorum multi ibi permanere volebant: vnde & ciuitatem ædificabant, in qua inhabitarent: quod licet Vulgatus noſter non aperte exprimat, textus tamē Hebræus ſatis inſinuat, quia dictio Hebræa *Pen*, quā vertit Vulgatus, antequam, etiam ſignificat, ne forte, ſicut multi vertunt, & Septuaginta interpretes, & ex ſequentibus apparet, ſic etiam ſubintelligendum eſt; nam ideo linguarum confuſio immiſſa eſt, vt diuiderentur in vniuerſas terras, ſicut ad mundi propagationem expediebat, & non, vt ex illis plerique volebant, ibi tantum inhabitare.

Ioſeph. 1. anti. cap. 14.
Hugo in Gen.

פן

8 *Deſcendit autem Dominus vt videret*] Non corporeo deſcenſu, ſed eſt ſenſus Metaphoricus, quo illorum exacta Dei cognitio deſcribitur, vt ad punitionem procederet; quo iudices erudit, ne ſententiam ferant, antequam criminis exactam notitiam habeant, & qui ſecus fecerint, etiam ſub Regum prætextu, ipſi videbunt.

9 *Quam ædificabant filij Adam.*] Hic Adam nomen commune eſt hominum, ſicut & alibi ſæpe iuxta Hieronymum: idem igitur eſt, ac ſi diceret filij hominum, ſiue homines.

Hier. q. hebr. in Gen.

10 *Venite.*] Solent Hebræi aduerbiorum loco vti imperatiuis, vt age, agite, venite, ideſt, eia: ſic & Chaldæus Paraphraſtes hoc loco, age deſcendamus, & confundamus labia ipſorum, ne quis proximum intelligat.

11 *Venite deſcendamus, & confundamus linguam eorum.*] Angelos alloquitur, cum dicit, venite, ſecundum Auguſtinum, & Philonem, qui miniſtri ſunt iuſtitiæ Dei, quos mutare locum oportet, vt de cælo in terram deſcendant: cum autem dicit, deſcendamus, pluralitatem perſonarum inſinuat, ſicut Patrum plerique interpretantur, Iunilius, Idacius Hiſpanus, Gregorius Nyſſenus, Rabanus, Albinus, & Rupertus. Porro deſcendere hic dicitur Domi-

Aug. 16. de ciu. Dei c. 5. & 6.
Philo de confuſione lingu.
Iunil. de par. di. leg. c. 19
Idacius l. 3. contra Varimandum Arrianum.

nus

Aug. 16. de ciu. Dei, c. 5.

nus per metaphoram, vt Auguſtinus aduertit, cum præter vſitatum naturæ curſum aliquid facit, quo præſentiam ſuam quodammodo manifeſtat, vt fuit in confuſione linguarum; cum, iuxta Auguſtinum, & Epiphanium, Septuaginta duorum idiomatum diuerſitate, quæ inter illos diſtribuit alij vno idiomate, alij alio loquerentur, nec ſe mutuo intelligerent.

Aug. 16. de ciu. Dei. c. 6. & 9.
Epiph. hær. 39

Philo l. de confuſione linguarum.

12 *Confundamus.*] Philo confuſionem linguarum tropologice interpretatur: acute quidem, ſed leui argumento ductus, negat hiſtorialem ſenſum: licet enim, ſi idiomata reſpiciamus, dici potuiſſet diſtinctio, ſiue diuerſitas, tamē quod reſpectu illorum, qui non ſe ad inuicem intelligebant, confuſionem peperit, merito linguarum confuſio dicta eſt. & ſic Septuaginta: quod autem Philaſtrius in ſuo catalogo damnat, non fuiſſe ante Babylonem idiomatum varietatem, certe contra fidem putauit, quod iuxta fidem & ſanam doctrinam, vt certe conſtitui debet. Denique de hac linguarum confuſione optime Caſſianus.

Philaſt. c. 106

Caſſian. col. 4 cap. 12.

13 *Vt non audiat vnuſquiſque linguam proximi ſui.*] Audire, pro intelligere ſumitur: ſonum quippe verborum audiebant, non tamen intelligebant quid dicerent. Porro non ſic intelligendum eſt in rigore, quaſi non fuerint duo, aut tres einſdem labij, ſed quod communiter non ſe mutuo intelligerent. vnde illud Deuteronimij 32. quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Iſrael. quidam de hoc facto interpretantur ſic, quod duodecim capita domus, vnum idioma tenerent, & alia duodecim aliud, qui cum vxoribus, & reliqua familia iudicatus eſt ſufficiens numerus ad vnam nationem propagandam; & ſic in Septuaginta, & duas nationes initio per vniuerſum orbem diſtribuerētur: ex quo oſtenditur, quod dictum eſt, ideo Deo diſplicuiſſe illorum inſtitutum ciuitatem ædificandi, quatenus impediebat hanc mundi diſtributionem, quæ tunc maxime expediebat. Iam initio in Septuaginta & duo idiomata diuiſas fuiſſe linguas, affirmant Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Proſper, & Arnobius: at vero Origenes numerum non præfiniuit, ſed multas fuiſſe dicit, iuxta numerum angelorum, qui præfuerunt familijs illis, ex quibus diſperſæ ſunt gentes. Cæterum cum de familiarum numero non adeo ſit exploratum; (nam filij Sem viginti octo recenſentur, in hac emendata editione, iuſſu Clementis Octaui; & Iaphet filios, Auguſtinus recenſet octo; Hebræa autem, Chaldæa, & noſtra editio ſeptem tantum; adde, parentes aliquos non eſſe computandos, qui non aliam à filijs familiam effecerunt) conſtat, vt certum, vix poſſe aliquem linguarum numerum conſtitui. Patres vero prædicti, non vt exploratum, & certum, ſed magis vt peruulgatum numerum ſeptuaginta duarum ſcribunt.

Epiph. initio Panarij.
Hier. in 6. cap. Mathæi.
Aug. 16. de ci. Dei à c. 7. vſque ad 11.
Proſp. l. 2. de vocatione gētium c. 4.
Arnob. in Pſ. 104.
Orig. ho. 11. in Numer.

14 *Et idcirco vocatum eſt nomen illius Babel.*] Babel à *Balal* ortum habet; quod & confundere, & commiſceri ſignificat. Vnde ſtatim à vocis etymologia ratio redditur; quia ibi, ſcilicet, confuſum eſt labium vniuerſæ terræ.

בלל

15 *Et inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum*] Ideſt ex hac linguarum confuſione factum eſt (iuxta Dei voluntatem, & Noe priſtinum mandatum ex Dei nutu) ne ibi conſiſterent, vt volebant. Porro quod dicit, ſuper faciem cunctarum regionum, idiotiſmus eſt linguæ Hebraicæ, ideſt, in omnes regiones.

---

c h
.i. narratio filiorum in poſterorum, ſeu eorum qui originem duxerunt. *quos expleuerat.*
a b c d e f g h i k l m n
Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poſt

---

k l m n
quorum nomina, & poſteros ſilet Moyſes, maxime quod ex eis non eſſet futurus Chriſtus.
a b c d e f g h i k l m n
diluuium. Vixitq. Sem, poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.

---

h i
hic ſiletur generatio Cainan, patris Sale, de quo Luca 3.
a b c d e f g h i k l m
Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitq. Arphaxad, poſtquam genuit Sale, trecentis triginta annis: & genuit filios, & filias. Sale quoque vixit triginta annis

---

c
à quo Hebræi.
a b c d e f g h i k l m n
& genuit Heber: vixitq. Sale, poſtquam genuit Heber, quadringentis triginta annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios, & filias. Vixit quoque

---

f
in Hebræo Rheu, apud Septuaginta Ragau, & apud Lucam.
a b c d e f g h i k l m n
Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitq. Phaleg, poſtquam genuit Reu, ducentis nouem

annis;

i — in Hebræo Rhen, qui & Ragau. p — in Hebræo Sarug.

a b c d e f g h i k l m n o p q

annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit

b — in Hebræo Rhen, qui & Ragau. c — in Hebræo Sarug.

a b c d e f g h i k l m n o p

quoque Reu poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptem annis: & genuit filios, & filias. Vixit vero

a — in Hebræo Sarug. h — in Hebræo Sarug.

a b c d e f g h i k l m

Sarug triginta annis, & genuit Nachor. vixitq. Sarug poſtquam genuit Nachor, ducentis

p — in Hebræo Thara.

a b c d e f g h i k l m n o p

annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare.

c — in Hebræo Thara.

a b c d e f g h i k l m n o p

Vixitq. Nachor poſtquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias.

f — non ſtatim, ſed multo poſt tempore.

a b c d e f g h i k l m n o

Vixitq. Thare ſeptuaginta annis, et genuit Abram, et Nachor, et Aran. Hæ ſunt autem

a — .i. narratio filiorum. b — in Hebræo Thara. c — in Hebræo Thara. h — in Hebræo Haran. k — in Hebræo Haran.

a b c d e f g h i k l m n

generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, et Aran. Porro Aran genuit Lot. Mortuuſq.

a — in Hebræo Haran. d — .i. Thare ſuperſtite. m — ciuitate ſic nominata. o — pro, duxerant.

a b c d e f g h i k l m n o

eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt

i — quæ & Ieſcha filia Aran fratris Abræ.

a b c d e f g h i k l m n

autem Abram, et Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: : et nomen vxoris Nachor,

a — in Hebræo Milcha. c — in Hebræo Haran. d g — Hebraiſmus .i. eius qui fuit pater. e — in Hebræo Milcha. h — quæ & Sarai vxor Abram. m — .ſ. à iuuentute ſua. n o p — explicatio eſt, eius quod eſt, ſterilis.

a b c d e f g h i k l m n o p

Melcha, filia Aran patris Melchæ, et patris Ieſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.

a — ex conſilio Abræ, cui præceperat Deus exire de Vr. b — in Hebræo Haran.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Tulitq. Thare Abram filium ſuum, et Lot filium Aran, filium filij ſui, et Sarai nurum ſuam,

i — quæ & Camerina Babylonia, & Vrien. l m — hoc erat primum eorum inſtitutum. n o p — iuxta voluntatem Domini.

a b c d e f g h i k l m n o p

vxorem Abram filij ſui, et eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan:

c — quæ eſt ciuitas Meſopotamia, & à Septuaginta dicitur Charan, à fluuio Syria ſic dicta. e — occaſione quod fertilis inter Euphratem, & Tigrim. l — in Hebræo Thara.

a b c d e f g h i k l m

veneruntq. vſque Haran et habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum

c d e
non multo tempore poſtquam habitauit in Haran.
a b c d e f g
quinque annorum, et mortuus eſt in Haran.

S C H O L I A.

16. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio poſt diluuium*] Hinc Hebræi tenent, Sem non fuiſſe maiorem natu, ſed Iapheth: quia quingenteſimo anno Noë cœpit generare Sem, Cam, & Iapheth; & ſexcenteſimo vitæ eius, fuit diluuium: non ergo biennio poſt diluuium, Sem, ſi primogenitus fuiſſet, centum annos impleuiſſet: & ita ferunt, honoris tantum cauſa (vt qui natus eſt circumciſus) primo nominari. Sed certe textus non cogit nos à Patrum ſententia recedere. Nam quingenteſimo anno completo, Noe genuit Sem, qui natus eſt octauo, vel ſeptimo menſe anni ſequentis, qui iam eſt centeſimus ſecundus inchoatus: biennio igitur poſt diluuium, Sem non habebat niſi centum expletos, & tunc generauit filium ſuum Arphaxad.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. 16. de ci. Dei. Ioſeph. 1. anti. Magiſt. hiſt.

17 *Vixitq. Arphaxad triginta quinque annis, & genuit Sale.*] Hic prætermittit Moyſes diuino conſilio (licet cauſam nos ignoremus) vnam generationem, & tempus illius: cuius meminit Lucas in Euangelio cap. 3. qua, ſcilicet, Arphaxad genuit Cainam; & Cainam genuit Sale: quam Septuaginta interpretes, vt fideliſſimi paraphraſtes, ex authenticis ſcripturis, & S. Theophilus Antiochenus expreſſerunt, dicentes: & vixit Cainam annos centum triginta; & genuit Sale; & vixit Cainam, poſtquam genuit Sale, trecentos triginta annos: & genuit filios, & filias: quamuis in numero annorum exceſſerint, ſicut & in alijs quampluri-mis generationibus. Etenim S. Lucam, ſecutum textum Septuaginta, addidiſſe vnam generationem, quæ re vera non fuit, quia idem eſt Cainam, qui & Salem, non ſolum admiror cum S. Hieronymo (Spiritu ſancto S. Lucæ calamum dirigente) ſed dicere auderem, nec expedit: prætermittere enim & ſilere aliquid, præ myſterio licet, ſicut & alibi videbimus (& Arphaxad dici poteſt genuiſſe Sale; quia genuit Cainã eius patrem) addere vero fictitiam generationẽ, etiam ſi ſit ſecutus cuiuſlibet auctoritatem, non video quomodo à falſitate hiſtoriæ textus excuſari poſſit: quod in canonicis ſcripturis neſcio quis audeat dicere. Nec in hoc deprauatum Lucæ codicem, & Septuaginta interpretum, dicere fas eſt; cum in editione nuper à Clemente octauo correcta reperiatur: nec præſtat binomium dicere, cum iuxta planam literæ ſeriem, vt duo diſtincti, & diſtinctis generationibus deſcribantur: & apud Septuaginta, & vitæ, & generationum tempora: quæ cum à Moyſe conſulto hic expreſſa non fuerint, leue videtur argumentum, quo, ex tempore à Moyſe expreſſo, eodem die, & genitum Cainam, & generaſſe Sale, infertur.

Theophilus.

18 *Vixit autem Reu triginta quinque annis, & genuit Sarug.*] Reu in Hebræo *Rehu*, & Septuaginta *Ragau*; & ſic nominat eum Lucas cap. 3. idem enim eſt homo; nomina vero, iuxta varia idiomata, & ex alijs cauſis, varia eiuſdem eſſe contingit. Porro Sarug, in Hebræo Serug.

רעו
הרן

19 *Vixitq. Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, Nachor, & Aram*] Non ſic intelligendum eſt, quod ſimul tres, ſeptuageſimo anno genuerit; ſed quod ante ſeptuaginta nullum illorum trium genuerit: immò, & multo poſt genuit Abram, nam ſi Thare, ducentis & quinque annis expletis, mortuus eſt; & poſt mortem eius, Abram, ex præcepto Dei, receſſit ab Haram, in Chanaan, ſicut expreſſe teſtatur Stephanus Act. 7. & tunc habebat ſeptuaginta & quinque annos, ſicut in ſequenti capite dicitur; non ergo ſtatim ſeptuageſimo anno vitæ Thare natus eſt: quia ſic, centeſimo trigeſimo quinto vitæ ſuæ, ab Haram receſſiſſet. Nec adeo alienum eſt à Chriſti genealogia tempus, quo Thare Aram genuit, quia pater fuit Saræ: Abrahæ quippe ætas ex permultis locis ſatis conſtat, vt genealogiæ ſeries apte deſcribi poſſit. Porro Aram fuiſſe natu maiorem ipſo Abram, etiam-ſi honoris cauſa Abram præponatur, ſatis certum eſt: quia ipſius Aram iam defuncti filiam, Sarai ſcilicet, in vxorem duxit; quam minorem tantum decem annis fuiſſe ipſo Abram, infra cap. 17. refertur; ipſa dicente, putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? quis autem dicet Aram octauo, vel decimo ætatis anno genuiſſe Sarai.

20 *Mortuusq. eſt Aram ante Thare*] Phraſis Hebræa eſt, id eſt, ipſo viuente, & ſuperſtite: ſicut vulgo dicimus *no hos vea yo morir*: ideſt, ne ſuperſtes ſim poſt obitum tuum: & ſic dicit intelligendum Manahen, grauis doctor inter Hebræos: ſic & Chaldæus paraphraſtes legit: viuente Thare patre ſuo. Quod enim ab Hebræis refertur, Thare fuiſſe idololatrã, & ex eius voluntate ipſum Aram ſecutum fidem Abrahæ, in ignem fuiſſe proiectum, & conſumptum, vt Epiphanius initio tractatus aduerſus hæreſes, & Suidas verbo, Abraham; quimmo & Philo lib. de Abraham, illum etiam cenſet Idolorum cultorem fuiſſe ex illo Ioſue 24. Thare pater Abraham, & Nachor ſeruierunt dijs alienis; ego de Abrahamo cum Ioſepho, & Patrum fere communi conſenſu hand credo. Thare vero non in Haran, ſed magis in Vr, aliquando deos coluiſſe ſuſpicor: ſed ad mentem meliorem veniens, fugit Vr cum filijs ſuis, & hoc ſufficit, vt Ioſue 24. dicatur, dijs alienis ſeruiiſſe: ſed quia pœnituit, & idololatriæ occaſionem fugit cum filijs, ideo Iudith 5. commendantur, quod parentum idololatrijs non conſenſerint. Porro Aram in Hebræo dicitur *Haran*, & Thare, *Thera*.

Manahen.

Epiph. contra hæreſes. Suidas verbo Abraham. Philo lib. de Abraham.

תרח

21 *In vr Chaldæorum*] Chaldæa regio eſt Meſopotamię vicina, ambitu Euphratis à Septemtrione, & ortu terminata, reliqua vero latera ſinu Perſico, montana Babylonica, & Euphrate ambiuntur. Hæc à B. Stephano Act. 7. & à Plinio, translato nominis vſu, Meſopotamia nominatur, ob fluuios, quibus ſicut & Meſopotamia alluitur; quamuis eadem proprie cum illa non ſit. In hac extitit ciuitas Vr, quæ ignem & incendium ſignificat; & in

Gal. in ad. ad Sulpitium.

qua ignis, vt Deus adorabatur, quam Petrus Galeſinus vocat Camerinam Babyloniæ; alij Vrien, ſiue Vr, quæ vbi ſita fuerit, ignoratur.

Hier. q. hebr. in Gen. & lib. contra Heluidium. Alb. q. in Gen. Aug. 22. contra Fauſt. c. 3. & 5. de ciu. Dei, c. 22. & 19. S. T. 22. q 100 Clem. Alex. ſtro. 2. Ioſeph. 1. anti.

מלכה

יסכה.

22 *Patris Melchæ, & patris Ieſchæ*] Iuxta Hieronymum, & Albinum, & alios, eadem eſt, quæ Sarai, vxor Abræ, binomina. Nam ſi alia, & virgo, quomodo eius mentionem non feciſſet, cum dicitur, Thare eduxiſſe Abram, & Sarai, & Lot de Vr Chaldæorum? Nec alius pater Sarai nominatur, quia iam Ieſcæ dictus erat, Aram ſcilicet. Porro Melcha in Hebræo *Milcha*, & Ieſcha *Iſcha*. Scio Clementem Alexandrinum ſtromatum 2. prope finem ſororem Abræ Saram putaſſe; quem ex recentioribus ſequuntur non pauci. Sed præſtat Patrum prædictorum, & Ioſephi mens, exiſtimantium filiam fuiſſe Aram. Et quidem ſi ex lege naturæ, & iuxta mores Gentium, licuiſſet ducere ſororem germanam, nihil profuiſſet Abrahæ, quod ſequenti capite ſcribitur, ſimulaſſe coram Pharaone, eſſe germanam ſuam; vt proinde crederet, non eſſe vxorem: & idem fecit coram Achimelec, vt refertur cap. 20. & Iſaiæ cap. 26. Rurſum quomodo credi poſſet, Abraham germanam duxiſſe, cum propter hoc Leu. 20. legamus, iuſſiſſe Deum vtrumque coniugem necari. Cum autem Chryſoſtomus dicit eſſe ſororem Abrahæ; quia eumdem patrem vocabat, quem ille: ſic intelligendum eſt; Quia cum, defuncto patre, paruula manſerit, non alium patrem nouerat, nec nominabat, quam auum ſuum Thare, patrem ſcilicet Abrahæ. Quod autem à quibuſdam adduci ſolet (vt oſtendant in populo Dei licuiſſe germanam ducere) de Thamar dixiſſe, ſcilicet cum à fratre Ammon opprimeretur: Loquere ad Regem, & non negabit me tibi. Certe ex verbo puellæ perturbatæ, & ignorantis quid liceret, debile argumentum deſumitur, etiam ſi ſerio id dixerit. quo loco obiter aduertendum eſt, falſum eſſe quod aliqui dicunt, Thamar tantum fuiſſe ſororem Abſalon ex matre, ſiue priuignam, & non filiam Dauid; nam 2. Reg. 13. Filia regis vocatur, & ſoror Ammon, & 1. Paral. 3. de filijs Dauid, ſubditur: Habueruntq. ſororem Thamar.

Chryſ. ho. 45. in Gen.

23 *Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.*] Sterilis, iuxta Hebræum eradicata dicitur; quod filij ſunt quaſi radices, licet enim ſcindas truncum, ſi radix manet, perſeuerat arbor; quia alium truncum eiuſdem arboris producit: Vnde Iſaiæ 11. Erit radix Ieſſe, ideſt, filius. & Apoc. 5. Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid, ideſt, filius: & ſicut in radicibus ſuſtentatur arbor, ita & domus, atque familia Dauid, verbi cauſa, manet, & perſeuerat in filijs. Quod autem additur: & liberos non habebat, explicatio eſt eius, quod dixerat, erit ſterilis; innuens non ſenio factam eſſe ſterilem, ſed iam ab adoleſcentia, cum liberos non haberet.

Hier. q. hebr. in Gen.

24 *Et eduxit eos de Vr Chaldæorum*] Vr, licet aliqui Vallem ſignificare dicant, cæterum eruditiſſimus Hieronymus ignem Hebraice ſonare affirmat. hic vero pro loco, ſeu ciuitate ſic dicta ſumitur. Non tamen dubium eſt, Abram ab aliquo periculo liberatum, ſaltem à Babylonico incendio, cultu ſcilicet idolorum; ne à peruerſis ad illum induceretur; cap. enim 15. dicitur ei: Ego eduxi te de Vr Chaldæorum: ſicut cum Exodi 22. dicitur filijs Iſrael: Ego eduxi vos de Aegypto. quod enim Hebræi tradunt, Abram, quod nollet adorare ignē, in ignem proiectum, & diuinitus liberatum, licet fabuloſum dixerit S. Hieronymus, poſtea tamen vt probabile refert, ac proinde, ſecundum aliquorum ſententiam, ob eximiam fidei confeſſionem, quam tunc publice profeſſus eſt, ex tunc tantum ætatis ſuæ annos computari. & R. Moyſes dicit in quodam libro de agricultura Ægyptiaca, ideſt, idolorum, referri virum quemdam, nomine Abram, cum idolorum cultoribus diſceptaſſe, & aſſeruiſſe, ignem non eſſe colendum vt Deum; & Regem illius ciuitatis, timentem ne populum auerteret ab idolorum cultu, eum carceri mancipaſſe; & exſpoliatum relegaſſe: quæ omnia, quantum ad aliquid, ſatis probabilia iudicabuntur ei, qui legat cap. 5. Iudith. Adde etiam habuiſſe Abram Dei mandatum, vt Act. 7. & Iudith 5. dicitur, vt de terra illa exiret: ſicut iterum, quando in Haran erat poſt mortem patris, vt in Chanaan proficiſceretur. quare non quaſi vi illum tulit Thare, eius pater; immo potius Abræ conſilio motus eſt Thare. cum ergo, iuxta Hebræum, cum eo, ſcilicet Thare, egreſſi filij dicuntur, quod omnium pater eſſet Thare, quaſi patrem ſequuti omnes, & ad eius voluntatem exiſſe, vere deſcribuntur. Iam Nachor forſan tunc renuit exire: poſtea vero mutatus in melius, vt Auguſtinus affirmat, abijt in Meſopotamiam, quærere patrem, & fratrem; & manſit in vna ciuitate, quæ eius nomine dicta eſt Nachor.

Hier. q. hebr. in Gen.

R. Moyſes l. de directione perplexorum p. 3

Aug. 16. de ciu. Dei c. 13. Chryſ. in Gen.

Aug. 16. de ci. Dei. c. 13.

25 *Vt irent in terram Chanaan, veneruntq. vſque ad Haran.*] Hoc fuit illorum primum inſtitutum (licet non explicitum, quouſque Deus indicauit illis) ire ſcilicet in Chanaan: ſed cum pertranſirent terram Haran, hac occaſione illic aliquandiu quieuerunt; ac non multo poſt ibidem Thare defunctus eſt. Porro Haran in Actibus Apoſtolorum dicitur Charan; quia in Hebræo prima littera eſt *Het*, pro qua in Græco ponitur *Chi*, Lucas autem Græca lingua Acta Apoſtolorum ſcripſit: & à Græcis Haran Meſopotamia nominatur, regio fertilis inter Tigrim, & Euphratem.

ה

26 *Et habitauerunt ibi*] Non quidem multo tempore; nam Abram, quando exiuit de Vr Chaldæorum, iam duxerat vxorem, & non parum cum illa commoratus, vt iam dignoſceretur ſterilis, & poſt mortem patris, vt teſtatur Stephanus, nec filios haberet, egreſſus eſt de Haran ad præceptum Dei, cum ſeptuaginta quinque annorum eſſet; & poſtea genuit filios; & Iſaac quadraginta annorum duxit Rebeccam, & vidit filios filij ſui, ſcilicet Eſau & Iacob, cum eſſet quindecim annorum; nec tamen ipſe Abraham vixit, niſi centum ſeptuaginta quinque annis. ab ingreſſu igitur Thare in Haran, vſque ad obitum ipſius Thare, & egreſſum Abram in terram Chanaan, non interfuerunt multi anni. quot vero fuerint, textus ſacer non exprimit.

CAPVT XII.

a c f g h k l p q a
partim antequam de Vr egrederetur, partim iam in Haran. .i. de Vr Chaldæorum, & quando in Haran, egredere, i. longius recede. .i. de conſanguineis, niſi te ſequi voluerint. .i. familia, nam etiam patre mortuo, domus defuncti nomine appellari ſolet.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Dixitq. Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris

f g m n p
nam in egreſſu de Vr exijt, neſciens quo iret. & numero, & excellentia .i. cæteris ſuo tempore excellentiorem. .i. benefaciam, ſiue multis te cumulabo donis.
a b c d e f g h i k l m n o p
tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi. Faciamq. te in gentem magnam, & benedicam

c d e f g h i k
.i. augebo famam, & nomen celebre, & notum cunctis faciam. .i. bonis ingentibus donatus. .i. benefaciam. .i. tibi bona precantibus, & benefacientibus.
a b c d e f g h i k l
tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq. benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, &

a b c e f g h i k
.i. puniam, & mala inferam. .i. tibi mala precantibus, & damna inferentibus. .i. in ſemine tuo, qui eſt Chriſtus. .i. bona ſuſcipient. qua ſcilicet tuam imitata fuerint fidem.
a b c d e f g h i k
maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ.

a b c d f k l m n
ab Haran defuncto iam patre. .ſ. in Haran. ſpontanee. auunculum, vt fidelem expertus, ſequens.
a b c d e f g h i k l m n o
Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuaginta

o a b c d e f g h
nam & minor ætate ipſo Aram ſexaginta annis, & non multo tempore ante patris mortem habitauerunt in Haran.
a b c d e f g h i k l m
quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitq. Sarai vxorem ſuam,

b i
qui ſpontanee ipſum ſequebatur. iuxta Hebræum: acquiſiuerant.
a b c d e f g h i k l m
& Lot filium fratris ſui, vniuerſamq. ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, quas

l m a b c
idiotiſmo Hebræo, i. iumenta, & pecora, quæ poſſederant, & ſeruorum mancipia in Haran genita.
a b c d e f g h i k l m n o
fecerant in Haran: & egreſſi ſunt, vt irent in terram Chanaan. Cumq. veniſſent in

h l m
vrbs eſt, quam filij Iacob ob ſororis ſtuprum depopulati ſunt. quercubus abundantem. ſic à Moreh nuncupatam.
a b c d e f g h i k l m
eam, pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem:

a d d e f
.i. Chananæi, & hoc nomen genericum eſt hoc loco pro ſeptem gentibus ſub diuerſis regibus. pro erant. licet inulte poſſeſſa, nam à Noe, filijs Sem aſſignata fuit.
a b c d e f g h i k l m n
Chananæus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei:

a b
.i. Iſraelitico populo.
a b c d e f g h i k l m n o p
Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuit ei. Et inde

tranſ-

b c g κ l
ſ. Hebal. *pro ad* *qua & Bethana, antea Luza.* *quod ferebant ad habitandum in itinere.*
a b c d e f g h i K l
ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum,

a b c d h
ſiue à mari mediterraneo quod ibi Occidentale eſt. *ſ. quaſi ei adiacens.* *vrbs eſt ad latus Bethel,*
a b c d e f g h i k l m n
ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino,

a b c d
precando. *ſ. forſan, vt acceptaret ſacrificium.*
a b c d
& inuocauit nomen eius.

S C H O L I A.

1 EGREDERE *de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*] Ex verbis Pauli ad Hebr. 10. & Stephani Act. 7. conſtat, Abram præceptum habuiſſe, antequam de Chaldæa proficiſceretur, vt inde exiens, abiret in terram, quam ei Deus demonſtraret. & ita verba hæc partim pertinent ad iſtud præceptum, & ſunt hic dicta per recapitulationem; partim etiam ſpectant ad ſecundum mandatum, quod in terra Haran habuit, cum poſt mortem patris, vt Act. 7. dicitur, abijt in terram Chanaan. Porro quatenus pertinent verba hæc ad primum præceptum, præcipitur illi egredi de Vr Chaldæorum, terra vtique natiuitatis ſuæ; vt vero dictum eſt ei in terra Haran, egredere, idem eſt quod longius recede à terra tua. adde, cum Haran quodammodo & Chaldææ pars dici poſſit; ſiquidem Chaldæa etiam, ſicut Haran, Meſopotamia appellari potuit, quod etiam inter Tigrim & Euphratem ſita ſit; hic, licet proprie Abræ terra Vr Chaldæorum fuerit, ſicut dictum eſt, quodammodo etiam. & Haran eius terra dici potuit, vt pars Chaldææ eſt, & vtraque Meſopotamia. Iam in Hebræo eſt, *Lech Lecha*, ideſt, vade tibi; eſtq. phraſis Hebraica, in qua redundat ſæpe datiuus, tibi: vnde aliquando ab interpretibus ſupprimitur; aliquando exprimitur, cum aliquid in eius vtilitatem cedit, qui ſub datiuo intelligitur. Rurſum, de cognatione, ideſt de conſanguineis tuis; niſi te ſequi velint, vt fuit Lot. Et de domo patris, ideſt, de familia; nam etiam defuncto patre ſolet nominari domus, ſeu familia ex nomine defuncti, & hoc vltimum puto tantum pertinere ad vltimum præceptum. לך לך

2 *Et veni in terram, quam monſtrauero tibi.*] Vel quod neque Abram, neque Thare ſcirent ituros ſe in terram Chanaan; poſtea vero oſtenderit eis Deus, quod vt in Chanaan irent, illos eduxit. & ſic, quod ſuperiori capite dictum eſt, vt irent in terram Chanaan, ſit per Prolepſin. ſed Abram à principio, vt Paulus ad Hebr. 10. dicit: exiuit, neſciens quo iret; vel ſi ſciuit ſe iturum in Chanaan, neſciuit, qua illuc iret; neque quod iret, vt eam ſibi, ſeu ſemini eius daret: quaſi dicat: *veni por donde yo hos encaminare, y no ſabe el hombre a que le lleuan alla.* Quod vero præcipiatur exire de terra ſua, quia adhuc mente retinebat redire in Vr Chaldæorum, vt Strabus vult, non ita facile ex textu deducitur.

3 *Faciamq. te in gentem magnam*] Non ſolum quantum ad multitudinem prolis, ſed quantum ad excellentiam: in gentem magnam, ideſt, cæteris ſuo tempore excellentiorem.

4 *Et benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum*] Benedicam, ideſt, benefaciam, multaq. bona tibi tribuam. Porro magnificare nomen, iuxta Auguſtinum, augere famam eſt. celebre itaque cunctis, & notum erit nomen tuum. *Aug. q. in Ge.*

5 *Eriſq. benedictus.*] Alij vertunt: Eriſq. benedictio, iuxta vim vocis Hebraicæ, idem ſenſus eſt vtriuſque, ideſt (vt dona tibi largiar, eriſq. perinde benedictus, quaſi ipſa ſis benedictio; cumulatiſſima, & frequentia in te conferam dona: quo modo dicimus; hic adeo liberalis eſt, vt videatur ipſamet liberalitas: *es la miſma liberalidad*. Solent enim Hebræi frequenter denominationes pro rebus denominatis ponere: apud Latinos tamen, cum ita ſit, neſcio quid vehementiæ amplioris innuitur: ſicut cum benedictum, aut liberalem, ipſam benedictionem, & largitatem appellamus. adde & ſacerdotes in benedictionibus populi, & parentes in filiorum benedictionibus, Abræ benedictionum meminiſſe. ſolebant enim, vt ex Iudæorum traditione conſtat, benedicere his verbis: Deus Abram, Iſaac, & Iacob benedicat tibi, & infra cap. 28. Iſaac filio ſuo Iacob dixit: Det tibi Deus benedictionem Abraham.

6 *Benedicam benedicentibus tibi.*] Id eſt, benefaciam ijs, qui tibi bona precabuntur, vel benefecerint. Dei ſiquidem benedicere, eſt benefacere; ſicut maledicere, punire, ſeu mala inferre: hominis vero ad hominem eſt, bona precari, vel benefacere; hominis autem ad Deum, eſt laudare, vel gratias agere.

7 *Et maledicam maledicentibus tibi*] A contrario ſenſu eius, quod eſt benedicere, intelligendum eſt. Porro *Calal*, non ſolum ſignificat maledicere, ſed & deſpicere, & leuem reputare; & *Arar* ſimiliter non ſolum importat male- קלל ארר

dicere, ſed etiam contrahere, aut contrahi: quæ duæ voces ſunt appoſitæ in textu, quare peculiaris ſenſus prædictorum verborum erit: qui te deſpexerint, & leuem reputauerint, contrahentur, ideſt, non extendentur in bonis, neque in prole, neque in alijs, in quibus te deſpexerint, verbo, vel opere tibi nocendo. Adde, apud Hebræos *Arar*, verbum, ארר quo hic vtitur Moyſes, & cum ſerpenti & terræ קלל maledixit Deus à *Calal*, in hoc differt, quod *Calal*, קלל maledicere ſimpliciter importat, Arar vero penitus execrari. tali ſiquidem maledictione diuinitus percelluntur, qui viros iuſtos perſequuntur.

8 *Atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ*] Iudæi putant hæc dicta eſſe, quod in benedictionibus eorum Abrahæ nomen ingrediebatur. Sed Andreas Hieroſolymitanus Epiſcopus ſub Iuſtino Imperatore, in Chriſto Domino completam fuiſſe iſtam benedictionem affirmat, ideſt, in ſemine tuo benedicentur quicumque fidem tuam, ſcilicet Abrahæ (ſicut Iſidorus & Albinus dicunt) ſequētur. *Andr. in ſalutationem Angelicam. Iſidorus. Alb. q. in Gen.*

9 *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran.*] Ex dictis iam indiſſolubilis quæſtio (quam ita Hieronymus & Auguſtinus vocant) ſoluta eſt. Nam ſexageſimo anno poſt Aram, natus eſt Abram, & paucis annis fuit in Haran, ante mortem Thare; quo defuncto, ſexageſimo ætatis ſuæ anno ad præſcriptum Dei exiuit de Haran, quæ enim Hieronymus & Auguſtinus de hoc dicunt, potius referendo, quam proprium ferendo iudicium ſcribunt. *Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. in Gē.*

10 *Et iuit cum eo Lot.*] Voluntarie & ſponte, intellige, ſequi volens auunculum, quem fidelem expertus fuerat.

11 *Et animas quas fecerant in Haran.*] Quidam per animas intelligunt ſeruos & ancillas, quas emerant; alij eos, quos ad verum Dei cultum conuerterant: iuxta paraphraſim Chaldaicam, quę legit: & animas, quas legi ſubiecerat in Haran. At ego credo, idiotiſmo Hebræo per animas, pecora, & iumenta intelligi, quas poſſederant in Haran; & quæ ex ſeruis mancipia in Haran genita, nec in hoc paraphraſis Chaldaicæ lectio excluditur, cum & mancipia erudire curauerit.

12 *Vſque ad locum Sichem*] Venientibus ab Haran in Chanaan per Sichen tranſeundum eſt. Nam Iacob redeunte à Meſopotamia, illac prætertiſſe legimus Gen. 33. nec in vrbem Sichem Abrahamum intraſſe dicitur, ſed pertranſiſſe vſque ad locum. Porro Sichem vrbs eſt, quam filij Iacob depopulati ſunt propter ſtuprum ſororis, Gen. 34. Inde videri poſſunt montes Garicim, & Hebal, de quibus Deut. 27.

13 *Et vſque ad conuallem illuſtrem.*] Hæc eſt regio Pentapolis, vbi erant quinque ciuitates multum delectabiles, quas ſubuertit Dominus, vt habetur ſequenti capite. Porro in Hebræo *Alon*, non אלון ſolum quercum, ſed & conuallem ſignificat, & *Morech* non ſolum eſt hominis cuiuſdam nomen, ſed מורה & excelſum, vt Septuaginta vertunt, & illuſtrem importat, vt Vulgatus, & S. Hieronymus transferunt. quare cum æquiuocatio ſit in nominibus, non cogimur cum Hebræis, & alijs dicere, quercum cuiuſdam hominis, qui Moreh appellabatur, vt Gerundenſis vult; ſed conuallem illuſtrem, ſicut Vulgatus & Hieronymus; quamuis vtrumque à parte rei eſſe potuerit; & quod in conualle eſſet multitudo quercuum, & quod ab homine illo denominaretur vallis Moreh, ideſt, illuſtris. *Gerundenſis. Hier. q. hebr. in Gen.*

14 *Chananæus autem erat in terra.*] Hoc loco Chananæi nomen genericum eſt ad ſeptem gentes, quæ ibi habitabant in Chanaan tanto fœdere, & tam quiete, vt cum tot Reges eſſent, patris Chanaan nomen retinuerint, ſcilicet Amorrhæi, Ethæi, &c. qui quaſi iniuſte terram illam poſſidebant, cum à Noe aſſignata fuerit filijs Sem. Sic Hebræi ferunt quos ex recentioribus ſequuntur aliqui: ſed Scriptura cauſam referens, ob quam habitatores Chanaan exterminauerit, & in eorum locum Hebræos ſubſtituerit, eorum execrāda flagitia aſſignat Leui. 18. & Gen. 15. cum ait: nondum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Et numquam iniuſtæ poſſeſſionis meminit, & non quaſi Hebręis debitam hæreditatis iure, refert: ſed liberali Dei donatione conceſſam. Chananæorum autem hoc loco meminit, qui terram illam poſſiderent, vt innueret Abram, vt alienigenam & aduenam, adhuc in terra illa degere, vt dicitur ad Hebr. 11. & Act. 7.

15 *Semini tuo dabo terram hanc.*] Non intelligas de illo ſemine, in quo benedicentur omnes gentes; nec de illo, ratione cuius factus eſt pater omnium credentium; ſed de illo ſolum, quo pater eſt vnus Iſraeliticæ gentis, vt aduertit Auguſtinus. ab hoc enim ſemine (ijs ſcilicet, qui à Iacob) terra illa poſſeſſa eſt. *Aug. 16. de ci. Dei c. 18.*

16 *Et inuocauit nomen eius*] Non ex gloſa interlineari verba hæc appoſita ſunt, vt quidam volunt, ſic enim legunt, qui ante gloſam interlinearem, ſed quod oblato ſacrificio inuocabat nomen Domini. quibus autem verbis, ignoramus. forſan, vt placitum eſſet ſacrificium, dicens: Suſcipe Iehoua ſacrificium hoc, vel ſimilibus verbis.

17 *Ad montem, qui erat contra Orientem Bethel tetendit ibi tabernaculum ſuum*] Bethel, quæ & Bethaua, ciuitas eſt in ſorte Beniamin, Ioſue 18. & locus eſt, vbi Iacob vidit ſcalam, Gen. 28. & Bethel dicta eſt antea Luza Gen. 28. Mons vero Bethel, de quo hic eſt ſermo, in ſorte erat filiorum Ioſeph, Ioſue 16. nomine Hebal, Patriarchis familiaris, & myſterijs plenus. In eo Abrahamo apparuit Deus, eiq. litauit, & Iacob Deum vidit, vt dictum eſt, cum fugeret in Meſopotamiam, & Ioſue ex Dei præſcripto altaria erexit, Deut. 27. & quod, vt locus ſacer reputatus eſt Ieroboam vitulum aureum collocauit: habetq. mons Bethel capita duo, quorum alterum Garaſin vocatur, in quo dictæ ſunt benedictiones; alterum Hebal; vbi in legis tranſgreſſores latæ ſunt maledictiones. Deut. 27. diſtat autem mons iſte à Sichem duodecim leucis. Porro tabernacula ſecum ferebant Abram, & Lot; in quibus habitarent. ibi igitur tabernaculum ſuum tetēdit Abram. Scio ex recentioribus, horum & aliorum montium, diuerſam ſcribere Geographiam; ſed nos ſequimur S. Hieronymum in multis, ſeu Euſebium, cuius librum eſſe, qui de locis Hebraicis inſcribitur, à S. Hieronymo in Latinum conuerſum, ſatis rationabiliter putant.

18 *Ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai.*] Vbi nos legimus, ab Occidente, in Hebræo eſt mare: ſed quia mediterraneum mare ibi Occiden-tale eſt, Vulgatus, & S. Hieronymus, vt clarius ab omnibus intelligeretur, poſuerunt, ab Occidente. Porro Hai, ciuitas eſt ad latus Bethel, Ioſue 8. & 12. fuit & altera vrbs Hai apud Ammonitas, cuius Ieremiæ 49. mentio fit; ſed hanc, de qua hic ſermo eſt per excellentiam, Habai, præpoſito articulo, appellant. & Nehemias Chaldæo ſermone vtens, nominat Haia: ſicut enim apud Hebræos, *He* poſita in principio, emphaſim habet: ſic & apud Chal-dæos, Aleph, in fine collocata.

19 *Qui ædificauit ibi altare*] Vt ſcilicet gratias referret, vereque fidei monumentu poſteris relinqueret.

20 *Et inuocauit ibi nomen eius*] Verba hæc, licet nec in Hebræo, vt circumfertur, neque in Chaldæo, neque apud Septuaginta ſint, expreſſa tamen ſunt à Vulgato, quod ſubintellecta eſſent, & ita in ſequentibus appoſita: inuocare enim nomen Dei ſuis facto altari, Abram conſueuit, vt ſcilicet acceptum eſſet ſacrificium ſuum, à Deo poſtulans.

---

a b c e f g h
Hebraica lingua idiotiſmus .i. iter arripuit. — *.ſ. longius recedens ab Haran vnde exierat.* — *.i. ad partem Iudææ, quæ eſt prope Aegyptum, & verſus Meridiem.*
a b c d e f g h i k l m
Perrexitq. Abraham vadens, & vltra progrediens ad Meridiem. Facta eſt autem fames

---

m a b a b c e f h i k l m n a
non quæuis, ſed maxima. — *.ſ. in Paleſtina.* — *quia Aegyptus inferior eſt terra promiſſionis.* — *vbi erat ciborum abundantia, & regio proxima erat.* — *non enim ex profeſſo ad habitandum contra Dei præſcriptum.* — *adeo vt ſecundum rectitudinem, vt tantã haberet familiam, inde recedere cogeretur*
a b c d e f g h i k l m n
in terra: deſcenditq. Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi: praualuerat enim fames in

---

f g
ſciens ſ. Aegyptiorum laſciuiam, & vxoricidij grauiſſimum apud ipſos peccatum magis quam homicidij.
a b c d e f g h i k l m n o
terra. Cumq. prope eſſet vt ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: Noui quod pulchra

---

o p
minus nefas ſic facere exiſtimantes.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſis mulier: & quod cum viderint Aegyptij, dicturi ſunt: Vxor ipſius eſt: & interficient me,

---

b c d e i k l n o p q r
ſub. viuam. — *ſ. ad laſciuiam.* — *diuino inſtinctu, & vt propheta, ſecurus, quod eius pudicitiam Deus cuſtodiret.* — *.ſ. & ſile, quod vxor ſis, & vere ſoror, quia neptis; ſic enim tunc appellari conſueuerant.* — *.i. ne quid mali mihi contingat.* — *.i. te ſeruante ſecretum.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ
& te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quod ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, &

---

b c e f n
.i. ego. — *.i. eo quod ſerues ſecretum, quod .ſ. ſis vxor.* — *licet quantum in ſe eſt occultauerit eam, tamen aliqua occaſione eam viderant.*
a b c d e f g h i k l m n
viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingreſſus eſſet Abram Aegyptum, viderunt

---

h K
vt ſcilicet Regis gratiam ſibi conciliarent. — *qui Oſiris, vel Nechin*
a b c d e f g h i k l
Aegyptij mulierem quod pulchra eſſet nimis. Et nunciauerunt principes Pharaoni, &

---

b c d f g i k l
.i. eius pulchritudinem. — *.i. illi, vel coram illo.* — *.ſ. abſque conſenſu viri, & Saraı.* — *ſciebant exteriorem repugnantiam non profuturam, & dicere eſſe uxoratam periculoſum, ideo ſiluerunt.*
a b c d e f g h i k l m n
laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. Abram vero

---

a b c d e f g h
.i. benefecerunt. — *.ſ. benefice tractantes, & munera, quæ ſequuntur in textu, largientes.* — *quia putabant eſſe tantum fratrem* — *ex his, quæ Pharao, & alij obtulerunt.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
bene vſi ſunt propter illam: Fueruntq. illi oues, & boues, & aſini, & ſerui, & famulæ,

n o
proſluuio ſeminis, & clauſura vulua vxorum. *.i. eos, qui erant de domo eius.*
a b c d e f g h i k l n o
& aſina & cameli. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius

a b c d e f l m n o a b
.i. quia apud ſe habebat vxorem Abrã peregrini. *diuinitus, vel aliter, ſciens eſſe maritum.* *Oſiris, vel Nechio.* *.i. quare ſic ſimulate mecum te habuiſti, vel quid mihi tanti mali occaſio eſſe voluiſti.*
a b c d e f g h i x l m n o
propter Sarai vxorem Abram. Vocauitq. Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam eſt hoc, quod

e f g h i
q. d. ſi id ſciuiſſem, non abſtuliſſem, neque apud me habuiſſem vxorem.
a b c d e f g h i k l m n o p
feciſti mihi? Quare non indicaſti quod vxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem

l n o q
.ſ. non polluta. *ne quid mali contingat ob populi laſciuiam.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade.

a c d e f g h
.ſ. famulis regis, vel gubernatoribus ciuitatis. *vt .ſ. eos cum familia abſque aliquo damno extra regnum deducerent.* *.ſ. abſque moleſtia aliqua, aut damno Abra, vxoris, aut familia.*
a b c d e f g h i x l m n o p
Præcepitq. Pharao ſuper Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia, quæ habebat.

SCHOLIA.

21 *Perrexitq. Abram, vadens, & vltro progrediens ad Meridiem.*] Idiotiſmus eſt Hebrææ linguæ, cum dicitur, perrexitq. vadens: ideſt, iter arripuit: quod vero additur, & vltro progrediens, dictum eſt, quia non quaſi verſus Haran, vnde venerat, ſed longius recedens ad Meridiem, ideſt, in illam partem Iudææ, quæ eſt verſus Aegyptum. nam & Ægyptus ad Meridiem eſt reſpectu terræ promiſſionis.

22 *Facta eſt autem fames in terra*] Probat Deus fidem Abræ (cui promiſerat, quod illum locupletaret) cibi penuria; ſed ipſe, quod ſuum erat, fecit; & ob annonæ inopiam in Aegyptum conceſſit, vbi ciborum erat abundantia, nec de diuinis promiſſis diffidens.

23 *Deſcenditq. in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi*] Deſcendiſſe dicitur, quia Ægypti regio inferior eſt terra Iudææ, & non quaſi ex profeſſo habitaturus contra Dei præſcriptum, ſed tantum peregrinaturus, dum ibi fames immineret.

24 *Præualuerat enim fames in terra.*] Non igitur quacumque ciborum penuria motus, ſed vrgentiſſima, cum magnam familiam haberet; ita vt ſecundum rectum iudicium, ipſum compelleret inde recedere, & ad proximiorem regionem, in qua eſſet victus commodior occaſio, pertranſire: vnde in Hebræo *Chebed Haraab*, id eſt, multa, grandis, fortis, potensq. fames ſignificatur. כבד הרעב

25 *Dic ergo, obſecro, quod ſoror mea ſis.*] Sciebat Abram, nefas in Aegypto eſſe adulterium, & morte plectendum; & quod minus malum putabant, virum occidere, vt ſic relicta vidua fruerentur; cognoueratq. Aegyptios libidini ſupra modum intentos, humano more præcauit mortis periculum, tentare Deum nolens, & mulieris honeſtatem diuinæ curæ commiſit, in quo ſperabat; nec frandatus eſt ſpe ſua. Siluit ergo eſſe vxorem, & vere ſororem eſſe affirmauit: nam eo tempore, & nepotes & neptes, fratres, & ſorores dicebantur, ſicut & Lot Abræ frater dictus eſt. Scio viros grauiſſimos propter illa verba, vere ſoror mea eſt, exiſtimaſſe vere ſororem germanam Abrahæ fuiſſe, vt Clemens Alexandrinus ſub finem lib. 2. ſtromatum, & idem innuere videtur S. Hieronymus in q. Hebr. in Geneſim, quos ſecuti ſunt ex recentioribus non pauci. At pro noſtra ſententia ſunt Ioſephus 1. antiq. Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap. 35. & 16. de ciuit. Dei cap. 19. S. Thom. 22. q. 100. Et quidem dictio illa, vere, non iungitur voci, ſoror, quaſi diceret: vere germanam fuiſſe, ſed pertinet ad veritatem ſententiæ, quaſi dicat: non ſum mentitus, cum dixi meam eſſe ſororem; nam vere, id eſt, reuera, cum ſit filia fratris mei, ſecundum conſuetudinem gentis noſtræ, ſoror dici ſolet. Quod enim Hebræi (inter quos R. Moyſes Gerundenſis) affirmant, in multis hic Abram peccaſſe, & ideo in Aegypto eius poſteritatem multis annis punitam, non ſolum contra omnium Patrum mentem eſt, ſed & contra id, quod in Pſalm. 104. innuitur, vbi factum non reprehenditur, ſed honorifice de illo, & alijs ſimilibus Propheta loquitur: & pertrãſierunt, inquit,

Clem. Alex. ſtro. 2.
Hier. q. hebr. in Gen.
Ioſeph. 1. anti.
Aug. 22. contra Fauſtum. c. 36. & 16. de ciu. Dei c. 19.
S. T. 22. q. 100

de gen-

de gente in gentē, & non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges, dicens: nolite tangere chriſtos meos, &c. præſertim, cum inſtinctu Spiritus ſancti, & quaſi ſpiritu prophetico, certi quod eius honeſtas cuſtodiretur, hæc compoſuerint. de quo videndus eſt Auguſtinus contra Fauſtum. Siquidem Manichæi ſequaces, Secundinus & Fauſtus male de hoc Abræ facto locuti ſunt. quinimmo & Origenes ad allegorias confugit, ægre ferens, quod tantus pater non ſolum mentitus ſit, & coniugis pudicitiam periculo expoſuerit. ſed nec Hieronymus adeo efficaciter illum defendit. Ex ijs tamen quę diximus, & Auguſtinus docet, facile omnium aduerſariorum argumenta diluuntur.

Aug. contra Fauſt. *Orig. hom. 6. in Gen.* *Hier. q. hebr. in Gen.*

26 *Vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea in gratiam tuam.*] Dictio Hebraica *Galal*, à qua hic *Biglalecha*, ſignificat etiam inuoluere, vnde *Biglal*, etiam importare poteſt inuolutionem, & ob gratiam, & propter. vnde hoc loco dictiones prædictæ, ſcilicet, propter, &, ob gratiam, includunt obuolutionem, vt ſit ſenſus, propter te, & ob gratiam tui, ſi ſecretum, ſiuè obuolutionem ſeruaueris, quod ſcilicet vxor mea ſis. Porro, meo iudicio, verba illa, ſcilicet, vt bene ſit mihi, &, vt viuat anima mea, per negationem interpretanda ſunt, id eſt, vt non ſiniſtre quid mihi accidat, neve occidant me Aegyptij. Ad hæc enim pericula vitanda, vxorem eſſe ſiluit, non vt lautius viueret, aut vt dona perciperet, quæ præter eius inſtitutum ei euenerunt, vt in textu dicitur.

גלל
בגללך
בגלל

27 *Viderunt Aegyptij mulierem, quod eſſet pulchra nimis, & nunciauerunt principes Pharaoni.*] Hebræi ferunt, hoc fuiſſe factum per cuſtodes pedagiorum, qui omnia, quæ Abram deferebat, perſcrutati ſunt. nam eam in quadam arca incluſerat, ne illam viderent. Cæterum hoc, vel illo modo credendum eſt, Abram, quantum in ſe erat, Saram occultaſſe, ſed aliqua occaſione, cum principes aulæ regiæ eius ſummam pulchritudinem eſſent intuiti, vt regiam gratiam conciliarent, Regi retulerunt, & illius miram ſpeciem laudauerunt.

28 *Et ſublata eſt mulier in domum Pharaonis.*] Citra viri, & vxoris conſenſum, credendum eſt, vt Rabanus aduertit: ſed cum exterior repugnantia prodeſſe quidpiam non crederetur, neque dicere illam eſſe vxoratam, ſed potius id futurum putarent occaſionem mortis, ſpem omnem in Deo collocarunt, & ſiluerunt.

29 *Abram vero bene vſi ſunt propter illam.*] Credentes enim eius fratrem, & honorem, & munera quamplurima detulerunt; & largiti ſunt oues, & boues, & quæ in textu referuntur. Ioſephus etiam affirmat, pleraque illi obtuliſſe, quod Aſtronomiam ipſos docuerit, quam ignorabant.

Ioſeph. 1. ant. cap. 8.

30 *Et aſini & ſerui*] Septuaginta, pro aſinis, mulos vertunt: forſan quod ſemiaſiui ſint. Etenim aſini equis admiſſi, mulas, & mulos procreant.

31 *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius*] Quæ flagella fuerint, textus non exprimit. ferunt fuiſſe impotentiam ad congreſſum ex fœminis profluuio, & clauſuram vuluarum: vt nec concipere, aut parere poſſent vxores Regis, & eorum, qui erant de domo Regia. Ioſephus lib. 1. antiquit. flagella hæc dicit fuiſſe peſtilentiam, & tumultus, ſeditionesq. populares. Philo in lib. de Abram, ſcribit fuiſſe multiplicem morbum, grauemq. animi & corporis cruciatum.

32 *Propter Sarai vxorem Abram*] Tum quod peregrinos ſic moleſtia afficerent, tum quod Abræ vxor fuiſſet.

33 *Vocauitq. Pharao Abram*] Hunc dictum Oſyrim referunt, alij Nechionem. Cæterum Pharao nomen commune fuit omnibus Aegypti Regibus, ſicut nunc omnes Imperatores Cæſares dicimus. Quod autem lib. 8. antiq. ſcribit, poſtquam ait apud Aegyptios idem ſonare Pharao, quod Rex apud nos, ſicq. dictos omnes à Minæo, qui Memphim condidit vſque ad Salomonis tempora; ſi excluſiue intelligat, ita vt poſtea non ſint dicti Pharaones, certè fallitur: regnante enim Ezechia trecētis circiter annis poſt Salomonem, Aegypti Rex dictus eſt Pharao. Iſaiæ 30. & 4. Reg. 18. Et Nechao Rex Aegypti, qui Ioſiam interfecit. 4. Reg. 23. Et tempore Babylonicæ ſeruitutis ſic dicti ſunt Aegypti Reges, Ieremiæ 44. & 46. Ezech. 29. 31. & 32. Porro Ioſephus refert, ob prædicta Regiæ domus flagella, quæ ipſe Ioſephus peſtilentiam dicit, & ſeditiones (ſed nos ſupra aliter cenſemus) Aegypti ſacerdotes ſacrificia obtuliſſe, reſponſumq. habuiſſe, ideo ſic flagellari, quod vxorem peregrini Rex apud ſe haberet, quod poſtea ex Sarai verbo apertius intellexit. Cæterum ſiue hoc ita ſit, ſiue diuinitus admonitus (vt Abimelech infra cap. 20.) Abramum conuenit, & de ſimulatione conqueſtus eſt, affirmans, illam in vxorem non accepturum fuiſſe, ſi maritatam intellexiſſet.

Ioſeph. 1. anti. c. 8.

34 *Accipe eam, & vade*] Non pollutam iuxta ſanctorum Patrum ſententiam, Hieronymi, Auguſtini, Albini, & aliorum. Illa enim, quam denuo in vxorem ſibi Reges copulabant eo tempore, vt Eſter 2. deſcribitur, integro anno ante congreſſum in palatio Regis varijs oleis, & vnguentis odoriferis perungebatur. Hoc itaque interuallo flagellauit Pharaonem Dominus: nec vltra annum Abram in Aegypto manſiſſe creditur. Dictum eſt autem, & vade, quia nouerat Rex, Abram ibi cum vxore abſque vitæ diſcrimine manere non poſſe, præſertim ob Aegyptiorum laſciuiam.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. in Gē. Alb. q. in Gen.

35 *Præcepitq. Pharao ſuper Abram viris*] Vt eum, ſcilicet, cum familia ſecure deducerent, & ne quid moleſtiæ in regno ſuo illi, aut familiæ inferrent. Porro refert Ioſephus Abramum interim multa Aegyptios docuiſſe, qui antea rudes erant, à quibus poſtea ad Græcos non minima ſcientiarum monumenta deuenere: quorum multi ab illis & Iudæis multa didicerunt, vt Plato, Solon, Orpheus, Pythagoras, Homerus. Clemens autem Alexandrinus, & Ioſephus referunt ex Clearcho, Ariſtotelem potiora Philoſophiæ dogmata à quodam Iudæo didiciſſe. Non igitur à Mercurio Triſmegiſto Aegyptij primo edocti ſunt, vt Iamblicus in libris de myſterijs Aegyptiorum putauit, quem primum auctorem Aegyptiacæ ſapientiæ facit; cum Euſebius in Chronico, & Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 8. recentiorem fuiſſe Moyſe refe-

Ioſeph. 1. anti. c. 8. *Clem. Alex. ſtro. 1. Ioſeph. lib. 1. contra Apion.*

rant, quem eruditum dicit Scriptura in omni ſapientia Aegyptiorum: nec Iſis prima Aegyptiorum magiſtra fuit, vt Varro putauit apud Auguſtinum 18. de Ciuitate Dei, cap. 4. Cum Inachi Argiuorum Regis, & patris ipſius Iſis, poſt mortem Abræ cœperit regnum: vt refert Euſebius in Chronico, ſed magis ab Abrahamo quaſi doceri cœpti ſunt; à Iacob vero, qui fere per decem & ſeptem annos in Aegypto vixit, & à Ioſeph, qui fere per annos octoginta Aegypto præfuit, ſapientiæ incrementa multa habuere, iuxta illud Pſ. 104. vt erudiret principes eius, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret.

CAPVT XIII.

d e — l — p
quæ inferior erat Iudæa. — *zeugmatica eſt locutio.* — *qui etiam cum Abram, in Aegyptum deſcenderat.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
Aſcendit ergo Abram de Aegypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad

a — d — m o a
non reſpectu Aegypti, ſed reſpectu aliarum partium Iudææ. — *ſ. Abram.* — *quia via commodior ad locum, vbi tabernaculum fixerant inter Bethel, & Hai.*
a b c d e f g h i k l m n o
Auſtralem plagam. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri, & argenti. Reuerſuſq. eſt per

d e
quia Aegyptus, & eius iter, reſpectu Bethel ad meridiem ſunt.
a b c d e f g h i k l m n o p
iter, quo venerat, à meridie, in Bethel, vſque ad locum, in quo prius fixerat tabernaculum

l m
litando in gratiarum actionem
a b c d e f g h i k l m n o p q r
inter Bethel, & Hai: in loco altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed &

d e — o p q a b
.i in ſocietate eius. — *ob paſtum gregum.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos

capere terra, vt habitarent ſimul: erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare

a — d e f g h
.i. ſimul. — *quod tam iſti, quam illi meliora paſcua præoccupare vellent.*
a b c d e f g h i k l m n o p
communiter. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram, & Lot. Eo autem tempore

a — d — h i k l m
vt gens peculiaris condiſtincta à Iebuſæis, & Phereſæis, & alijs, qui omnes aliquando Chananæi dicuntur. — *quia licet Abræ promiſſa, nondum tradita.* — *ad vitandas rixas, ne moleſti illis habitatoribus fierent.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Chananæus, & Phereſæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæſo ſit

n
Hebraiſmo, quo & nepotes fratres dicebantur.
a b c d e f g h i k l m n o p q
iurgium inter me & te; & inter paſtores meos, & paſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce

a b c d e — c d — m
de terra Chanaan ſermo eſt, in qua iuxta Domini præſcriptum habitare ſtatuerat Abram. — *.i. in tua electione.* — *eunti ſcilicet ad Orientem.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
vniuerſa terra coram te eſt: recede à me, obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo:

ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.

SCHO-

S C H O L I A.

1 ASCENDIT ergo Abram de Aegypto.] Terra enim Iudææ altior eſt Aegypto: cum igitur Aegyptum petijt, deſcendiſſe dicitur; cum tamen inde reuertitur, aſcendiſſe.

2 *Et omnia, quæ habebat.*] Cum ex parte, hæc inanimata fuerint, nec aſcendere proprie poſſint, Zeugmatica locutione iuxta Græcos ſecundum Auguſtinum aſcendiſſe dicuntur.

Aug. de locutionibus in Gē. Tom. 3.

3 *Ad Auſtralem plagam.*] Non quidem reſpectu Aegypti, ſic enim omnis Iudææ regio Aquilonaris eſt, ſed reſpectu Ieruſalem; cuius comparatione, & aliarum partium Iudææ, quæ vicinior eſt Aegypto, pars Auſtralis dicitur, ſicut & Aegyptus.

4 *Erat autem diues.*] In Hebræo habetur, grauis, teſte Hieronymo Hebraiſmus eſt, quod diuitiæ, & nimia ſupellex onera ſint.

Hier. q. hebr. in Gen.

5 *Reuerſuſq; eſt per iter quo venerat.*] Iuxta Hebræum eſt: per manſiones; ſicq; intelligendum eſt illud, quod dicitur; iter quo venerat: neque alius poteſt eſſe ſenſus commodior. Ex quo quidam putant factum, vt ſolueret debita, quæ eundo contraxerat. Sed ego puto, quod illa eſſet via commodior, vt reuerteretur, vbi fixiſſe tentorium præcedenti capite ſcriptum eſt; & hic iterum refertur. quid autem Bethel, & quid Hai, & quomodo reſpectu huius loci, & iter in Aegyptum, & Aegyptus ad Meridiem ſint, iam ſupra diximus. quare quod dicitur: a Meridie, coniungere oportet cum eo, quod dixerat: reuerſuſq;, vt planus ſit ſenſus.

6 *In loco altaris, quod fecerat prius.*] Demolitus quippe illud fuerat, ne interim ſuper illud gentes dæmonijs immolarent; nunc autem reædificauit illud ibidem.

7 *Et inuocauit ibi nomen Domini.*] Litando quidem ſiue ſacrificia offerendo. ſic intelligendum puto, in gratiarum actionem, quod in omnibus propitius Deus ſibi adfuiſſet, & feliciter cuncta eueniſſent, & vt ſacrificium acceptaret, deprecatus eſt, Domini nomine inuocato, vt in ſuperioribus diximus. Chaldæus habet: & orauit Abram ibi in nomine Domini: Septuaginta ſicut nos habent.

8 *Sed & Loth, qui erat cum Abram.*] Iuxta Hebræum eſt, ambulanti cum Abram: Chaldæus paraphraſtes, qui abijt cum Abram: Septuaginta, qui ſimul ibat cum Abram: omnia eundem ſenſum faciunt.

9 *Nec poterat eos capere terra.*] Subintellige, pacifice, & quiete. quia ad paſtum pecudum, & ouium anguſta quidem videbatur, vt ſimul commorari poſſent, non omnis terra Chanaan; ſed ea regionis pars, in qua tentoria fixerant.

10 *Facta eſt rixa inter paſtores.*] Hebræi ferunt huius cauſam fuiſſe, quod paſtores Lot reprehenſi fuerint à paſtoribus Abram ſecundum iuſtitiam eruditis, eo quod in alienis paſcuis oues ſuas paſcerent; ſed probabilius eſt, rixam ortam, quod tam iſti, quam illi meliora paſcua, & meliores aquas præoccupare vellent. Porro ſicut diſcordia proprie eſt in actu interno, & contumelia in verbis, ita rixa in factis externis, ſciente & repugnante alio: quæ regulariter oriuntur, ex eo quod alterum ſe ei præferre velle quis putet, vt auctor eſt S. Tho.

S. Th. 22. q. 37. ar. 2. ad 1. & q. 41. corp. art. 1. & 2. ad 1.

11 *Chananæus autem, & Thereſæus habitabant in terra.*] Quamuis enim Abræ terra illa promiſſa fuerit, nondum tamen tradita; & licet gentes iſtæ illam incolerent, cum non multum gregibus abundaret, vt eam occuparent, facile territoria ſua ad herbas alijs conducebant. Cæterum, cum tam copioſa fuerit Abræ, & Lot familia, ſuſpicatus eſt Abrā, quod cum terra capere eos non poſſet, moleſtum prædictis gentibus futurum, cum & ipſi pecora etiam haberent, etſi non plurima, & ne ipſos à terra illa expellerent; ſicut ob ſimilem cauſam poſtea Iſaac cum Philiſthijm contigiſſe. Gen. 26. legimus: ideo à ſe recedere ipſum Lot, hortatus eſt. Porro Chananeus hoc loco non generice ſicut ſupra ca. 11. ſed ſpecifice potius ſumitur pro quadam peculiari gente condiſtincta à Iebuſæis, Amorrhæis, & alijs, qui omnes aliquando ſub Chananæi nomine comprehenduntur.

12 *Ne ergo ſit iurgium inter me, & te.*] Hinc quidam colligunt, Abram, vt vitaret iudicium coram infidelibus, in quorum terra habitabant. 1. ad Corinth. 6. propter ſimilia iurgia & rixas, Lot nepotem à ſe cum familia recedere curaſſe.

13 *Fratres enim ſumus.*] Hebraiſmo, iuxta illius temporis conſuetudinem, etiam nepotes, fratres dicebantur, extenſione quidem nominis; nam Germanos ex patre & matre, hos fratres natura dici; nepotes vero & conſanguineos cognatione tantum, nunc fratres vocari teſtatur. S. Tho.

S. Tho. 3. p. q. 37. ar. 2. ad 1.

14 *Ecce vniuerſa terra coram te eſt.*] De terra Chanaan loquitur, in qua iuxta Domini præſcriptum morari ſtatuerat, ſed vt illius hanc vel illam partem ſeligeret, quæ ei commodior appareret, mira vrbanitate optionem exhibuit, dummodo ſibi in terra promiſſionis habitatio relinqueretur. Chaldæus, & Septuaginta ſub interrogatione legunt: An non vniuerſa terra coram te? ſed idem ſenſus eſt.

15 *Si tu dexteram elegeris.*] Hinc fortaſſe effecta eſt inter homines ex declamatorum legibus vna; vt ſcilicet, frater maior diuidat, eligat minor. licet & aliqui Iuriſconſulti hoc aſſerant non eſſe de iure communi: ſed magis extr. de parochijs c. primo, decernitur, ad illum diuiſionem terminorum pertinere, qui in his magis expertus fuerit. Porro iuxta Hebræum eſt, ſi tu ſiniſtraueris, ego dextrabo: Chaldæus legit; ſi tu ad Meridiem, ego ad Aquilonem; ſed idem eſt omnium ſenſus.

Amb. lib. 1. de Abraham. Aug. 16. de ci. Dei c. 20. Claudius Manius l. 3. in Gē. Sen. lib. 6. Decla.

Eleua-

h i
qua Pentapolis dicta eſt.
a b c d e f g h i k l m
Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur

g
ſimilitudinem, non æqualitatem dicit.
a b c d e f g h i
antequam ſubuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini,

b c d e g k l m
qua etiam irrigua, & delitijs plena via erat. propter rationes prædictas. laxioribus ſpatijs ob paſcua allectus.
a b c d e f g h i k l m n o
& ſicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitq; ſibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit

a b c d e f g h e f g h k
reſpectu Aegypti Chanaan orientalis eſt. præ multitudine familiæ, ſalua tamen charitate. patruo ſcilicet, & nepote. .i. alter ab altero. iuxta Dei præſcriptum.
a b c d e f g h i k l m n o p
ab Oriente: diuiſiq; ſunt alterutrum à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot vero

a b c d i k l m
ob paſcua tabernacula ſæpe tetendit, & commoratus aliquandiu. quaſi ciuis, & vicinus.
a b c d e f g h i k l m n o
moratus eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem

b b d e f g h
& tamen innocentiam, & munditiam inter eos Lot ſeruauit. ideſt, præ abominatione inuiſi. iuxta Hebræum, & pœna digni. Hebraiſmus eſt, .i. vere. loco ſuperlatiui, quo Hebræi carent:
a b c d e f g h i k l m
Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Dixitq; Dominus ad Abram,

a b c d e l
tranquille, & abſque tumultu viuentibus loquitur Deus. .ſ. quantum videre poſſis.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t
poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad Aquilonem

f h i k l m n o p
in Hebræo, mare, quia occidentale eſt. immo & ampliorem. vnde & perambulare præcipitur, vt paſſibus attingat, quo oculus ex vno loco conſiſtens pertingere non poteſt. .i. Iſraelitico populo.
a b c d e f g h i k l m n o p
& Meridiem, ad Orientem & Occidentem. Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo & ſemini tuo

c e f g h i g h i
.ſ. quouſque ex operibus ſemen tuum eſſe non deſierint. & ſecundum carnem, & ſpiritum proportionabiliter. multitudine ſcilicet: & eſt hiperbole. ſecundum ſimilitudinem innumerabilis multitudinis.
a b c d e f g h i k l m n
vſque in ſempiternum. Faciamq; ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt hominum numerare
puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit. Surge, & perambula terram in longitudine

c f g h i
.i. ſemini tuo ſecundum carnem.
a b c d e f g h i k l m n o p
& in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur tabernaculum ſuum Abram, venit

c d e f g h i m n
à viro potenti eius nominis ſic dicta. ciuitas tribus Iuda, in qua Dauid regnauit antequam eſſet Rex totius Iſrael. ad ſacrificia, & Deum inuocandum iuxta conſuetam religionem Abræ.
a b c d e f g h i k l m n
& habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificauitq; ibi altare Domino.

S C H O L I A.

16 *Omnem circa regionem* Iordanis.] Dicta eſt regio hæc Pentapolis; in qua pulcherrimæ illæ ciuitates erant, quas Dominum ſubuertiſſe, ſcribitur infra cap. 19.

17 *Sicut Paradiſus Domini; & ſicut Aegyptus venientibus in Segor.*] Dictio illa prima, ſicut, non paritatem, ſed ſimilitudinem importat. Iam Aug. q. 27. verba illa: venientibus in Segor, non refert ad immediate præcedentia, ſcilicet: ſicut Aegyptus, ſed ad illa: Omnem circa regionem Iordanis; vt ſit ſenſus, vniuerſam regionem Pentapolitarum & circa Iordanem, maxime veniētibus in Segor, vberem eſſe & irriguam ſicut Paradiſus Domini, & ſicut Aegyptus, quæ à Nilo irrigabatur. hanc lectionem ſequuntur ex recentioribus aliqui. Sed iuxta correctiorum Bibliorum punctuationem, ad immediate prę-cedentia verba refertur, ſcilicet, ſicut Aegyptus. nec huic obſtat, inter Aegyptum, & Segor, & alia interiecta eſſe loca, quia de omnib' eſt ſermo, quæ erant à Segor vſque in Aegyptum. Chaldæus: ad introitum Segor. Septuaginta: donec veniatur in Segor. Porro Segor dicta eſt antiquitus Bala; Ciuitas Sodomæ proxima, Balſamiq; maxime ferax: inde in Aegyptum pergentibus terra erat irrigua, & delicijs plena, vt Moſes Syri Epiſcopus annotauit.

Moſes p.p. comment. de paradiſo.

18 *Elegitq; ibi Lot regionem circa Iordanem, & receßit ab Oriente.*] Propter prædictas cauſas illam Lot delegit regionem, & ab Oriente, ideſt, à terra Chanaan, (quæ comparatione illius orientalis eſt,) receſſit, quam vſque ad Sodomæ terram pertingere excluſiue, deſcripſit Moyſes præcedenti cap. 10.

19 *Diuiſiq; ſunt alterutrum à fratre ſuo.*] Neceſſitate ſuſtentandæ familiæ, non fęditate diſcordiæ, ſed ſalua charitate Lot diſceſſit, vt Auguſtinus aduertit.

Aug. 16. de ciu. Dei. c. 20.

20 *Lot vero moratus eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis.*] Præ multitudine familiæ à patruo digreſſus, vt laxioribus regionis ſpatijs frueretur, vt Seuerus Sulpitius deſcribit, in oppidis circa Iordanem moratus eſt, quod iuxta vim vocis Hebraicæ intelligendum eſt, propter paſcua gregis, multas māſiones ibi peregiſſe, & tabernacula ſæpius tetendiſſe, vt paſtores ſolent, vbi fertilia paſcua repererint; at eius habitatio fuit in Sodomis, & habitauit, inquit litera, in Sodomis, quod & Moſes Syri Epiſcopus aduertit.

Seu. in ſua hiſtoria.

Moſes p.p. comment. de paradiſo.

21 *Homines autem Sodomitæ peßimi erant, & peccatores coram Domino nimis.*] Iudæi in vituperium Lot ſcriptum aſſerunt, quod cum ijs, quos peſſimos nouerat, morari voluit, & ſimilis eis effici: at Catholici in laudem eius interpretantur; quod in medio nationis prauæ habitans, innocentiam, & munditiem obſeruauerit. ita Gregorius primo Moralium. Porro *Raim* malum ſignificat, quod oculis videri non poſſit, quaſi abominabile. *Chata* vero importat tranſgreſſionem, & rem dignam punitione: vt ſenſus ſit: viri Sodom abominabiles, & punitione digni coram Domino valde. nec iuxta Hieronymi correctionem ablatum eſt à textu Vulgato, coram Domino nimis, quod Hebraiſmus ſit, ſicut Geneſ. 10. Deut. 12. & 14. & 1. Reg. 2. et forſan quod non adeo peſſimi apud homines illius regionis; quibus communis conſuetudo, et deprauatio, turpis ſpeciem quodammodo extenuauerat. Iam, cum Hebræi ſuperlatiuis careant, vtuntur dictionibus quæ important valde, vel nimis, loco illorum; Chaldæus Paraphraſtes legit: viri autem Sodomitę erāt iniqui cum ſuo mamona, et peſſimi in corporibus ſuis, coram Domino nimis.

Greg. 1. Mora.

רעים

חטא

Hier. q. hebr. in Gen.

22 *Vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem omnem terram quam conſpicis tibi dabo.*] Quatuor mundi climata poſuit; pro Occidēte vero, mare eſt in Hebræo, quod ibi occidentale ſit, vt iam aduertimus ex ſancto Hieronymo. Porro, terram, quam conſpicis, immo et ampliorem, vt Aug. aduertit: vnde infra dicitur: ſurge, et perambula terram in longitudine, et latitudine, etc. vt paſſibus vlterius tenderet, quam in vno loco conſiſtens videre poterat; et totum tradidit illi, et eius ſemini, populo, ſcilicet, Iſraęlitico. quod autem à quibuſdam dicitur, vel in ſomno per imaginariam viſionem factum, vel in vigilia per quandam imaginem, vndique terram Chanaam vniuerſam repræſentantem, non adeo placet; ad quid enim poſtea dicitur ei: perambula terram in longitudine, &c. niſi vt magis, quam antea viderat, terram illam exploraret?

Hier. q. hebr. in Gen.
Aug. q. in Gē. Tom. 4.

23 *Et ſemini tuo in ſempiternum.*] Dictio illa, in ſempiternum, non perpetuitatem abſolute hic importat, ſed comparatione ad ſemen, ideſt, quouſque ſemen tuum permanſerit: at cum Abræ opera non fecerint, ideo & ſemen eius eſſe deſierint, & potius ex patre diabolo fuerint (vt Chriſti Domini verbis vtar,) & terram promiſſionis amiſerunt, primo magna ex parte cum decem tribus tranſlatæ ſunt, deinde ex integro, cum deſtructa eſt Hieruſalem à Nabuchodonoſor; & demum ſine ſpe reparationis, cum quæ regreſſæ fuerant reliquiæ, totū amiſerunt, occiſo Meſſia, quando penitus Abrahę ſemen eſſe deſierunt: etenim 1. Reg. 1. De Samuele inquit eius mater: & maneat ibi iugiter; iuxta Hebræum eſt in ſeculum, toto ſcilicet illo tempore, quo Leuitæ aſſiſtere conſueuerant, vſque ad annum, ſcilicet, quinquageſimum, quo completo, ab illo ſeruitio ſoluebantur. & Pſal. 118. In æternum, inquit Dauid, mandatorum tuorum non obliuiſcar. Ecce quomodo non ſemper æternitatem ſignificat, cum certo tantum tempore Dauid dixerit: longum igitur tempus, & ſecula aliquot intellexit textus præſens, quouſque, ſcilicet, veniret Meſſias, quando ob illorum incredulitatem eiecti ſunt inde. Rurſum, dictio illa, &, frequenter, vt videbimus, in Scriptura idem ſonat quod, ideſt, vt ſit ſenſus: tibi dabo, & ſemini; quaſi dicat, tibi, ideſt, ſemini tuo; ſæpe enim in Scriptura quædam aliquibus promittuntur, quæ in poſteris implentur: quod eorum meritis quandoq; fiat, & ad illorum conſolationem, vt hoc loco, & præcedenti cap. cum dicitur. In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ, quod per Chriſtum factum eſt ex ſemine Abrahæ. & infra cap. 27. Eſto dominus fratrum tuorum, & adorent te filij matris tuæ. ſic Chryſoſtomus hom. 8. in Matth.

24 *Faciamq; ſemen tuum, ſicut puluerem terræ.*] Cum Iſrael ſit & ſecundum carnem, & ſimiliter filij Abrę, & eius ſemen; & ſecundum ſpiritum, iuxta Paulum ad Rom. 9. & 1. ad Cor. 10. De quibus Scripturæ loca permulta intelligenda ſint, & ex verbis ipſis, & ex antecedentibus, & conſequentibus colligi debet. Porro verba prædicta de vtroque ſemine proportionabiliter intelligi poſſunt, & dicta ſunt per hyperbolem, iuxta Auguſtinum propter ſimilitudinem innumerabilis multitudinis. vnde de filijs Iſrael ſecundum carnem dictum eſt Deut. 1. Dominus Deus veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli & 1. Reg. 4. Iuda & Hieruſalem innumerabiles ſicut arena maris ſunt. De ſemine vero Abrahæ ſecundum ſpiritum dictum eſt. Apoc. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. His vero tropicis locutionibus, & per hyperbolen pleraque diuini eloquij teſtimonia interpretanda eſſe, proprijs locis admonebimus.

Aug. 16. de ciu. Dei c. 21.

25 *Perambula terram in longitudine, & latitudine*] Iudææ longitudo ſumitur ab Oriente, in Occidentem; à mari mortuo, vſque ad Mediterraneum mare: Latitudo vero ab Aquilone, in Meridiem; à Libano, vſque ad deſertum Aegypti: etenim Paleſtinæ ambitus, iuxta Hieronymum, hic eſt; vt tendat ab Oriente, per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nunc Tyberias appellatur; & Iordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuum dicitur: Trans Iordanem autem duarum & ſemis tribuum poſſeſſio eſt, Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe: Ab Occidente eius, ad ipſum mare Paleſtinæ, Phœnices, Syricœles, Ciliciæq; protenditur: patet vero à Meridie maris Salinarum per Syna & Cades Barac, vſque ad torrentem Aegypti, qui iuxta Rhynocorutam mari magno influit. Porro ab Aquilone habet Taurum montem, & Zephyrium vſque Hemat, quę appellatur Epiphania Syrię. Iam terram hanc omnem filijs Abrahæ dediſſe, non eſt intelligendum quantum ad ſingulas partes, ſed communi modo loquendi. ſicut Hiſpaniæ Rex merito quis diceretur, etiam ſi loca aliqua, vt Legionis regnum, Regi alicui alteri ſubderentur. Hæc enim reſpectu totius Hiſpaniæ minimę ſunt conſiderationis, etenim nec tempore Ioſuę excludere omnes Chananæos potuerunt filij Iſrael; nec tēporibus Dauid aut Salomonis obtinuerunt amplius, quam à Dan, vſque ad Berſabe, & ab Ioppe, vſque ad Bethlem. Adde, quod ſicut in fide à filiatione Abrę deficiebant, ita nec totam terram filijs Abræ promiſſam obtinuerunt.

Hier. epiſt. ad Dardanum.

26 *Habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ erat in Hebron*] Hebron ciuitas eſt tribus Iudæ, in qua Dauid, antequam totius Iſrael Rex eſſet cōſtitutus, regnauit. Mambre vero nomen eſt potentis viri, à quo & vallis illa nomen accepit; quem cum Abram fœdus iniiſſe ſequenti capite refertur.

27 *Aedificauitq; ibi altare Domino*] vt, ſcilicet iuxta conſuetam religionem, & ſacrificia offerret, & nomen Domini inuocaret.

CAPVT XIV.

a b h x o
.i. contigit. qui Ninus filius Semiramidis, quintus Rex Babylonia poſt Nemrod. regio eſt. vrbs, quæ antea Elaſar dicta.
a b c d e f g h i k l m n o p
Factum eſt autem in illo tempore, vt Amraphel Rex Sennaar, & Arioch Rex Ponti, &

c f g h h i k l m n o
.i. Perſarum. ſic dictus, quod in ſuo regno promiſcue ex diuerſis nationibus habitabant. hoc altera vice: nam antea iam Sodomorum Regem debellauerat, vicerat, & tributarium fecerat.
a b c d e f g h i k l m n o
Chodorlahomor Rex Elamitarum, & Thadal Rex gentium inirent bellum contra Bara Regem

Sodomorum, & contra Berſa Regem Gomorrhæ, & contra Sennaäb Regem Adamæ, & contra

f o a
vrbs, quæ & Saliſa, & Coara à Syris dicta & Segor. quæ & campeſtris, & amœnorum nemorum ob diuerſa dicta eſt.
a b c d e f g h i k l m n o
Semeber Regem Seboim, contraq; Regem Bale, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem

b c d e f e f k
quia extenſum, nam & ante Pentapolis ſubuerſionem in eo lacu Iordanis ſe exonerabat. mare more Hebræo, quod magna congregatio aquarum, ſalis, & ſolitudinis, & orientis, & à Græcis Aſphaltides ſtagnum. tributum reddendo.
a b c d e f g h i K l
ſiluestrem, quæ nunc eſt mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahomor,

d h i
renuendo tributum ſolitum ſoluere, quaſi dicat tributum negarunt. à tempore quo in primo bello victi cœperant tributum eis ſoluere.
a b c d e f g h i k l m n
& tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & Reges

qui erant

e f h i i l p

eo quod inimici, aut rebelles fecit Chodorlahomor. — i. gigantes. — regione ſic dicta — nomen gentis — nomen gentis — nomen gentis

a b c d e f g h i k l m n o p

qui erant cum eo: percuſſeruntq; Raphaim in Aſtaroth Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim

---

b c e h m

nomen vrbis. — nomen loci, à quo Save cognominabatur. — nomen gentis, qui & horrhæi. — per prolepſim à filijs Eſau poſtea ſic dicti ſunt. — nomen vrbis, a qua campeſtria illa denominabantur.

a b c d e f g h i k l m n o p

in Same Cariathaim, & Chorræos in montibus Seir, vſque ad campeſtria Pharan, quæ eſt in

---

b c g h l n

à campeſtribus, quouſque prædictos perſecuti fuerant. — prolepſis eſt; nam poſtea erupit fons de petra, & à diuino iudicio locus iudicij dictus, hoc eſt, Miſphat. — i. ſanctus: quod educendo aquam de petra ſanctificauerit Deus nomen ſuum. — quantum ad agros.

a b c d e f g h i k l m n

ſolitudine. Reuerſiq; ſunt, & venerunt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt

---

c f h i i

per prolepſim: nondum enim erant Amalechitæ. — ſ. eorum tantum — nam & Amorrhæorum plerique in multis alijs locis degebant. — quæ & Engaddi, balſami & palmarum fertilis. Thamar enim, id eſt, palma.

a b c d e f g h i k l

omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum, qui habitabat in Aſaſonthamar. Et egreſſi

---

p

ſicut ſupra.

a b c d e f g h i k l m n o p

ſunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorrhæ, Rexq; Adamæ, & Rex Seboim, necnon & Rex Bale,

---

h i k

de qua ſupra.

a b c d e f g h i k l m n o

quæ eſt Segor, & direxerunt aciem contra eos in valle ſilueſtri: ſcilicet aduerſus Chodorlahomor

Regem Elamitarum, & Thadal Regem gentium, & Amraphel Regem Sennaar, & Arioch regem

---

b c d e f g h k l m

Aſſyrij. — Pentapolitas. — de qua ſupra. — quaſi foſſas, vnde bitumen ad ædificia extrahebatur.

a b c d e f g h i k l m

Ponti: quatuor Reges aduerſus quinque. Vallis autem ſilueſtris habebat puteos multos bituminis.

---

h m

i. mortui ſunt. — viui ex Pentapolitis victis.

a b c d e f g h i k l m

Itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntq; ibi: & qui remanſerant,

---

d e f h i k

i. aurum, & argentum & pretioſiora quæque. — ſub horum nomine tres alios reges intelligit, & eorum regna.

a b c d e f g h i k l m

fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæ, & vniuerſa

---

f i l m n p

verſus regiones ſuas. — qui in Sodomis habitabat. — vt ſupra. — ipſum ſ. Lot. — ſ. Aran.

a b c d e f g h i k l m n o p

quæ ad cibum pertinent, & abierunt: necnon, & Lot, & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram,

---

a

ſ. Lot.

a b c d

qui habitabat in Sodomis.

SCHOLIA.

1 FACTVM eſt autem in illo tempore, vt Amraphel Rex Sennaar.] Factum eſt autem; modus loquendi eſt ſacræ Scripturæ, vt ſæpe Auguſtinus admonet; non tamen neceſſarius ad narrationem; poterat enim inchoare: in illo tempore Amraphel, &c. Porro Amraphel Rex Babylonis eſt, quæ eſt in terra Sennaar; quem Hebræi, & multi alij putant fuiſſe Nemrod. Sed certe, ſi ex Beroſo Regum Sennaar tempora ſupputes, iam Nemrod multo ante hæc tempora obijſſe inuenies; & Niniam, Semiramidis filium, quintum poſt Nemrod, Regem iſtum tunc Babylonis fuiſſe comperies, qui Amraphel etiam dictus eſt.

2 *Et Arioch Rex Ponti.*] In Hebræo dicitur Rex Elaſar, & in Chaldæo: Septuaginta, Laſar. ſed poſtea dictus eſt Pontus, & Vulgatus communius nomen appoſuit; nec enim credibile eſt, Pontum terram illam eſſe longe à Syria diſſitam, Occidentem verſus; & ad Helleſpontum videtur alludere, licet Vulgatus tantum Pontum appellauerit. ſed melius puto hanc in Cœleſyria vrbem eſſe, auctore Stephano, qui de vrbibus ſcripſit.

3 *Et Chadorlahomor Rex Elamitarum.*] De his inquit Hieronymus; Elamitæ principes ſunt Perſidis, ab Elam filio Sem appellati. teſte ſiquidem Ioſepho, Elymus reliquit Elymæos, qui ſunt Perſarum principes; & Strabo, & Plinius appellant Elymaidem: infra Eulæum Elymais eſt, in ora iuncta Perſidi.

Hier. q. hebr. in Gen.

Strab. li. 16. Plin. lib. 6.

4 *Et Thadal Rex gentium.*] Sic dictus, quod in ſuo Regno ex varijs nationibus gentes promiſcue habitarent, in Hebręo eſt, *Goim:* forſan ſic dicta, cum gentes ſignificet, propter rationem prædictam.

5 *Inirent bellum.*] De hoc bello nihil apud gentium Scriptores inuenitur. Ioſephus hos quatuor Reges Aſſyrios vocat, & hoc ſecundum bellum eſt Chodorlahomor cõtra Reges Pentapolitas. etenim in primo bello, cuius mentio hic non fit, victis regibus Sodomorum, tributarij ei facti fuerant; ſed quia ſolitum tributum ſoluere renuerunt, Rex Chodorlahomor, multis alijs Regibus comitatus, ſecundum hoc bellum contra eoſdem intulit.

6 *Bale ipſa eſt Segor.*] Bale Hebræi dicunt alibi Saliſam dici, vt teſtatur Hieronymus; & vitulam conſternantem, quod tertio terræmotu abſorpta ſit; & Syra lingua *Coara*, ideſt, parua; diciturq; Segor antiqua, & ſui temporis Moſes locorum nomina quandoque commemorat. vnde non omnino abſorptam, ſed adhuc tempore Moſis extare Deut. 29. innui videtur. enarratis ſiquidem alijs quatuor vrbibus ſulphure igneq; conſumptis, hanc vnam tacuit, dicens: nec quidquam virens germinet in exemplum ſubuerſionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamę, & Saboim, quas ſubuertit Dominus in furore ſuo. Iam Segor Ciuitatem Palmæ vocari ferunt, ad montis radicem ſitam, qui Aſphaltidi imminet.

7 *Omnes hi conuenerunt in vallem ſilueſtrem, quæ nunc eſt mare ſalis.*] Iuxta vim Hebraicæ vocis aliqui etiam interpretantur vallem campeſtrem; ex hoc, quod, licet ex vno latere nemoribus conſita eſſet, ſilueſtribus tamen arboribus abundaret, ex quo Vulgatus ſilueſtrē nominat, & Aquila & Theodotion, teſte Hieronymo, ea apponunt Græca nomina, quæ amœna nemora apud Latinos ſonant; ex altera vero parte campeſtris erat, & campos habebat cultos: poſt ſubuerſionem vero Sodomæ, & vicinarum Ciuitatum, ferunt aliqui ibi factum fuiſſe mare mortuum, ſic dictum, quod nihil viuum in eo habitet; & mare ſalſum, quod ſalſæ ſint aquæ, & adeo condenſæ & turbidæ, vt ſi panni mergantur, potius ſordeſcant, quam mundentur; & mare ſolitudinis, quod circa eum maxime ſint ſolitudines; & mare Orientis, quod terram promiſſionis terminet verſus Orientem hyemalem. Mare vero dicitur Hebræorum more, quo omnem aquarum magnam congregationem mare nominare conſueuerunt; à Græcis vero Lacus, vel ſtagnum Aſphaltidis dicitur, quod bitumine abundet, vt iam diximus. Porro, licet poſt Vrbium illarum ſubuerſionem, lacus ſic extenſus fuerit verſus Sodomam & vallem prædictam (et ſi quæ pars vallis mãſit, inutilis facta eſt; vnde pro ſilueſtri, iuxta Hebreum eſt, deſerta ſeu vaſtata, qualis ſcilicet tempore Moyſi erat:) cæterum iam antea lacum iſtum extitiſſe, & Cornelius Tacitus, & multi alij vt vero ſimile, immo vt certum affirmant, vt eius nimia magnitudo inſinuat; cum eius longitudo ſexcentorum octoginta ſtadiorum ſit, & latitudo centum quinquaginta. Sed meo iudicio potior ratio eſt, quod Iordanis in eo ſe exonerare ſolitus eſt.

Cornelius Tacitus.

8 *Duodecim enim annis ſeruierant.*] Ex eo quod victi in primo bello, vt dictum eſt, tributum ſingulis annis Regi Elamitarum ſoluebant, tertiodecimo vero reddere renuerunt, quartodecimo eos denuo deuaſtauit.

9 *Et tertiodecimo receſſerunt.*] Ita & Septuaginta, at paraphraſtes Chaldæus vertit, rebellauerunt: & certe *Marad* verbum vtrumque ſignificat: vnde 4. Reg. 13. Moab receſſit à me; eſt idem verbum *Marad*, & tamen non receſſerat loci mutatione, ſed defectione.

מרד

מרד

10 *Percuſſeruntq; Raphaim, & Aſtarotcarnaim*] *Raphaim*, ideſt, Gigantes iuxta Hieronymum, *Zuzim* vero & *Emim* terribiles, & horrendos interpretatur: & Septuaginta magis ſenſum, quam literam ſequentes, fortiſſimos poſuerunt. Cæterū Raphaim, & Carnaim, & Zuzim, & Emim, & Chorræi, nomina ſunt gentium, ſic dictarum, iuxta nominis ſignificationem, ex fortitudine, vel magnitudine, vel aliquo ſimili, à quibus vrbes aliquæ ſic appellatæ ſunt, quod illas inhabitarent; & econuerſo aliqui ab vrbe, quam inhabitabant. Porro Aſtaroth, & Sabe, iuxta Hieronymum, nomina ſunt locorum, & vſque hodie Sabe Ciuitas ſic dicitur, fortaſſe à planitie, quam ſignificat, quod in ea ſita ſit: & Aſtaroth iungi debet cum Carnaim, vt ſit ſenſus, in regione dicta Aſtarothcarnaim. Chariatim etiam nomen eſt loci, à quo Sabe cognominatur, ſicut nos

רפאים
זוזים
אימים

dicimus

dicimus *Cuenca de Guete*, *Medina de rio ſeco*. Iam, veroſimile eſt, gentes prædictas, quas Aſſyrios Reges deuaſtaſſe hic dicitur, vel rebelles, vel inimicas fuiſſe illis tribus regibus, vel alicui illorum, quos primum Chodorlahomor comitatus eſt, vt eos contra Pentapolitas ſocios haberet; ſiue illorum pleroſque prædones, ferox, & crudele hominum genus ex raptu viuens, & horum ſimiles. Zuzim abiectæ conditionis homines, & Enim agreſtes ac duros, in montibus Seir habitatores, quòd omnes rapinis, & homicidijs vacarent, potentiſſimi Aſſyriorum Reges ideò percuſſerint ac deuaſtauerint.

11 *Et Chorrhæos in montibus Seir vſque ad campeſtria Pharan.*] Chorrhæi iſti ſunt Horrhæi, nam
ח in Hebræo ſcribitur per *Het*, cui in Latino reſpondet *Ch*, vt dictum eſt cap. 11. De Haram, quæ in Actibus Apoſtolorum dicitur Charam. Porro Chorrhæi montem Seir inhabitabant, qui dictus poſtea eſt Seir ab Eſau, de quo infra cap. 36. & ab eo deſcenderunt duces in monte Seir. Iam, vſque ad campeſtria Pharam eos perſecuti ſunt. Pharam autem nomen loci eſt, à quo campeſtria illa cognominabantur.

12 *Quæ eſt in ſolitudine*] Chaldæus legit, quæ adiuncta eſt deſerto.

13 *Reuerſiq; ſunt, & venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades.*] Reuerſi igitur à prædictis campeſtribus, quouſque illos perſecuti fuerant, venerunt ad fontem Miſphat, ideſt, iudicij; ſed hæc per prolepſim dicta ſunt, vt Hieronymus aduertit, quod ibi ex petra fons eruperit, & ibi iudicio Deus Moyſen & Aaron decreuerit morituros, ante ingreſſum terræ promiſſionis, vt habetur Num. 20. Nec deſunt, qui dicant, eo loco iudices illius regionis ad diſcernenda iudicia conuenire ſolitos. Iam ipſa eſt Cades, ideſt, ſanctum, quod ibi educendo aquas de petra, Dominus nomen ſuum ſanctificauerit.

14 *Et percuſſerunt omnem regionem Amalechitarum.*] Prolepſis eſt, nondum enim erant Amalechitæ; quorum manſio poſtea fuit inter Petram Ciuitatem, & Aegyptum. regionem vero illam percuſſerunt, deſtruendo quæcunque in agris erant, vt ex vi vocis Hebraicæ colligitur. nam & phraſi Hebræa Scriptura non ſolum gentes, ſed & agros percutere dicit. Hiſpane *talar la huerta, y los montes.* Porro Septuaginta legunt: & percuſſerunt omnes
שרה principes Amalech; & miror, quod cum *Sade* regionem ſignificet, niſi forte *Sara*, pro *Sade* legerint ex ſimilitudine *Res* cum *Daleth*. ר ד

15 *Et Amorrhæum, qui habitat in Aſaſon Thamar.*] Amorrhæorum ſiquidem habitatio in diuerſis locis extitit. nam aliqui in Libano monte, alij inter Sina, & Cades Barac, multi vltra Iordanem morabantur: gens omnium Chanæorum deterrima Gen. 15. & 18. & eo quod multi eſſent, quandoque Chananæi omnes, Amorrhæi dicti ſunt. illos igitur tantum percuſſerunt, qui habitabant in Aſaſon Thamar: quod oppidum, iuxta Hieronymum, & ex 2. Paralipp. 20. vocatum eſt poſtea Engaddi, balſami, & palmarum fertile, vnde & palmarum vrbs dicta; Thamar enim palma interpretatur.

16 *Et direxerunt aciem contra eos in valle ſilueſtri.*] Quæ vallis hæc ſic dicta eſt, vt ex libro Ioſue conſtat. Tunc quælibet populoſa Ciuitas ſuum Regem habebat; cuius ditioni & minores populi circumiacentes ſubditi erant; & quandoq; à Ciuitate præcipua regnum nominabatur.

17 *Vallis autem ſilueſtris habebat puteos bituminis*,] Vel quod ob propinquitatem maris ſalſi, putei aliqui, bitumen, ſicut & mare ſalſum, præberent, vel quod terra illa pro cemento eſſet apta, & bitumen dicta, *Greda* Hiſpane, & inde ad ædificia eam extraherent, & foueæ magnæ, quæ & putei dicuntur, remanerent.

18 *Ceciderunt q; ibi.*] Omnium quinque regum acies cæſæ, fuſæq; fuerunt, militumq; alij ibi ceciderunt, (non Sodomorum Rex) alij in montem fugerunt: nec puto in foueas incaute cum fugerent cecidiſſe, vt communiter verba hæc exponuntur; qui enim locorum difficilium, amfractuumq; peritiſſimi erant, vtpote regionis illius incolæ, quomodo cecidiſſent; ſed ceciderunt, ideſt, mortui ſunt; ſicut Leuitici 26. Cadent inimici veſtri gladio, ideſt, interficientur. & 1. Reg. 14. Cadebant ante Ionatham; vnde ſequitur: & qui remanſerant, ſcilicet, viui, fugerunt.

19 *Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum*,] Aſſyrij Reges, debellatis victiſq; Pentapolitis, eorum diuitias, & quæ ad cibum pertinebant, tulerunt, & ſpolijs onuſti in regiones ſuas reuertebantur.

20 *Nec non & Lot.*] Cum in Sodomis habitaret, & captiuum eum ducebant, & omnem eius ſubſtantiam; ſolet enim Deus iuſtos, & innoxios, propter malorum ſocietatem; temporali pœna mulctare.

c: *ex Pentapolitis.* — c: *& ſciebat Lot nepotem Abram.* — g: *.ſ. qui non longe habitabat à loco, vbi prælium commiſſum fuerat.* — h: *ab Heber auo, vel quod transfluuialis.* — m: *non longe diſtante.* — n: *ab homine iſto diuite ſic denominata.*

a b c d e f g h i k l m n
Et ecce vnus, qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre

b: *.ſ. filij fratris.* — g: *principis illius regionis.*

a b c d e f g h i k l m n o
Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner: Hi enim pepigerunt fœdus cum Abram. Quod cum

c: *.ſ. ab Aſſyrijs.* — f: *.i. nepotem, qui & frater tunc dicebatur.* — i: *.i. expertos.* — k: *.i. domi natos, & eruditos.*

a b c d e f g h i k l
audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos

i l m n o p q

quæ eſt in extremitate terræ ſanctæ Aquilonem verſus, & Paneas, & Cæſarea Philippi, & Nerona dicta. — *.ſ. in turmas varias.* — *alij legunt copijs.* — *cum ſopore eſſent oppreſſi, nec armis muniri poſſent.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

trecentos decem, & octo: & perſecutus eſt vſque Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte:

---

h

locus ad Aquilonarem partem terræ Sanctæ.

a b c d e f g h i K l m n o

percuſſitq; eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba, quæ eſt ad Læuam Damaſci. Reduxitque

---

o a b e

& Pentapolitarum, & Aſſyriorum. — *.i. nepotem.*

a b c d e f g h i k l m n

omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque & populum.

---

a i k

.ſ. ad gratias ei reddendas. — *.ſ. Abram.*

a b c d e f g h i k l m n o

Egreſſus eſt autem Rex Sodomorum in occurſum eius poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlahomor,

---

h i k l m n q

vel quod ibi prædia regis, vel quod ad ludum conuenire ſolitus fuerit Rex. — *vere homo, vtpote Rex, & Sacerdos.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r

& regum qui cum illo erant in valle Saue, quæ eſt vallis Regis. At vero Melchiſedech Rex

---

a b c d e f g h i k l m

quæ eſt iuxta Scitopolim, de qua infra cap. 33. & Ioann. 3. — *præſertim in ſacrificium, pro gratiarum actione, & portionem in ſolatium militum, vt ſacrum cibum, licet cibo non egerent.* — *tunc ſacerdotium primogenituræ erat annexum.* — *benedictione ſacerdotali precatus eſt bona Abræ.*

a b c d e f g h i k l m

Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei,

---

b e n o p

.ſ. Melchiſedech. — *.i. ſit à Deo.* — *Deo gratiarum actio eſt, benedictio, quæ ab homine fit.*

a b c d e f g h i k l m n o p

& ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelſus,

---

i K m n

.ſ. Abram. — *.i. ipſi Melchiſedech, vt ſacerdoti.* — *.i. ex omnibus belli ſpolijs.*

a b c d e f g h i k l m n o

quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit

---

f g h i

.i. homines. & mulieres. — *.ſ. ſpolia omnia Pentapolitarum.*

a b c d e f g h i k l m n o

autem Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei:

---

a b c o

modus iurandi, quaſi oſtendentis Deum veri teſtem. — *Hebraiſmus .i. nec minimam portionem.*

a b c d e f g h i k l m n o

Leuo manum meam ad Dominum Deum *excelſum poſſeſſorem cæli & terræ, quod à filo*

---

a b c d e e f g h i k l o

rem attritam, & veterem ex Hebræo importat. — *.i. calceamenti.* — *præter id, quod te vidente in decimas ſpoliorum obtuli.* — *ad differentiam eorum, quæ erant Aſſyriorum, quia omnia, quæ Pentapolitarum erant, tradidit eis.* — *non ad iactantiã, ſed ad Dei gloriam dixit:*

a b c d e f g h i k l m n o

ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas:

---

h k l

.i. milites non vxorati. vel ſerui mei. — *iure belli illis debitis.* — *confœderatorum:*

a b c d e f g h i k l

Ego ditaui Abram: exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum,

---

qui ve-

etiam ſi aliqui tantum ad ſarcinas, aqua tamen pars erit ac deſcendentis ad bellum. iure belli illis debitas. ſub. ſi volent.

qui venerunt mecum, Auer, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

S C H O L I A.

21 *Et ecce vnus, qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo.*] Quis nuncius iſte fuerit, non exprimit Scriptura: quod autem Hebræi de Og rege fingunt, à nullo Patrum admittitur: veroſimilius eſt, fuiſſe aliquem ex Pentapolitis, qui fugerant, & nouerat Lot nepotem Abram, quem ſciebat, non longius à loco, in quo prelium factum fuerat, habitare. Porro Hebræus Abram cognominatur, ab Heber, iuxta Hieronymum; & hinc & filij Iſrael Hebræi dicti ſunt: quamuis Auguſtinus cum multis alijs aliam aſſignent cauſam, vnde etiam Hebræus dictus ſit, ideſt, transfluuialis; quòd, ſcilicet, ex Meſopotamia veniens, transfacto flumine Euphrate, ſedes conſtituit in terra Chanaan: ex ea igitur regione, qua venerat, Hebræus, ideſt, transfluuialis dictus eſt: cui etiam Chryſoſtomus ſubſcribit: vnde & Septuaginta hoc loco, pro Hebræo, transfluuialem legunt. & licet Iudæi ægrè ferant, populum ſanctum, & linguam ab impuro, & idolatra Heber nomen ſortiri, tamen id certum eſt: & quem Abram patrem habuit ſecundum carnem, quid mirum, ſi & eius ſemen, & vulgaris eorum lingua ab illo denominetur, etiam ſi impurus, vt ipſi dicunt, fuerit? ſic Ioſeph. lib. 1. antiq. Euſebius in exordio ſuæ chronologiæ, Acatius apud catenam Græcam, Beda, Iſidorus, quam opinionem Auguſtinus cæteris prætulit li. 2. retract. c. 14. & 16. de ciu. Dei c. 3. & 11. & lib. 18. cap. 39. quo nomine vocati ſunt tantum, qui ab Heber recta ſerie, vſque ad Abraham, & ab hoc, vſque ad Iacob & poſteros eius; in quibus ſolis viguit veri Dei fides, cultus, ac religio, & ſi multi alij fuerint ab Heber, vt Ammonitæ, Moabitæ, ſic ab Abraham Iſmaelitæ, & ab Iſaac Idumæi, & Amalecitæ, qui nec Hebræi dicti ſunt, nec eorum lingua Hebræa.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 74. in Gen. Origenes. Diod. Tarſen. Theod. q. 60. in Gen. Rupert. in 12. Gen. Chryſ. ho. 35. in Gen.

22 *Qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Eſchol, & fratris Amer.*] Obſcurum hyperbaton dicit Auguſtinus, & licet, tres iſtos de genere Amorrhæorum Germanos cōmuniter fuiſſe dicant, ipſe tamen ſatis probabiliter ſubintelligendum filium eſſe cenſet, ſicut & in multis alijs Scripturæ locis; vt, cum dicimus, Iacobus Alphæi, ſubintelligitur, filius; ſic & Mambre filius fratris Eſchol, & fratris Amer. vnde cum hic primus, à quo & vallis denominata, connumeratus ſit, ne iterum eius nomen repeteretur, infra vltimo loco, vt Iunior, recenſetur.

Aug. de locu. in Gen. To. 3.

23 *Hi enim pepigerant fœdus cum Abram*] quanta eſſet iam tunc Abræ familia, ex trecentis decem & octo vernaculis, quos infra recenſuiſſe dicitur, præter ſenes, pueros, mulieres, & qui gregibus intenderent, ſatis apparet. & quam inclitus, qui cum his fœdus inijt, qui quaſi principes regionis illius erant: quod ex vi vocis Hebrææ *Bahal*, à qua & *Bahale* innuitur, quod, ſcilicet, quaſi cum ſuperioribus fœdus pepigerit.

בעל
בעלה

24 *Numerauit expeditos vernaculos trecentos decem & octo,*] *Chanah*, à quo *Canichain*, ideſt, vernaculos, & incipere aliquid, & erudire prima rudimenta importat. vnde ſenſus eſt, quos Abram domi nutrierat, & docuerat, ſeu qui in domo eius creſcere cęperunt, & erudiri. Ex quo Hebræi in valle Mambre ferunt, Abram quaſi in celebri vniuerſitate plures ſcientias docuiſſe, & Theologiam præſertim, ideſt, veram Dei cognitionem: ex diſcipulis autem eos ſelegiſſe, qui domi ab ineunte ætate nutriti, & eius domeſtici erant; eos quidem expeditos ad bellum, non tyrones, ſed expertos; nec ſenes, aut pueros, aut vxoratos, vt Albinus aduertit; vnde infra iuuenes nominat; & hos armis muniſſe: qui enim inermes, faciles ſunt ad fugam, in quibus Abræ prudentia in bellicis rebus dignoſcitur. Chaldæus legit: & armauit pueros ſuos natos in domo ſua. Septuaginta legunt ſicut nos; niſi quod expeditos vertunt, vbi nos vernaculos legimus.

חניכין

Alb. q. in Gen.

25 *Et perſecutus eſt eos vſque ad Dan.*] Iuxta Hieronymum, & Albinum, Dan Phœnices oppidum eſt, quod & Paneas dicitur, ad Libani radices ſitum, à Sydone vndecim leucis diſtans. Hoc Cæſarea Philippi poſtea dictum eſt; & Lais; cum antea à Danitis, Dan diceretur: Agrippa vero in Neronis gratiam, Neronam nuncupauit: iuxta quam, Dan, & Ior fontes, haud procul, à ſe diſtantes, in vnum iunguntur, quibus fœderatis, Iordanis fluuius deinde appellatur.

Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.

26 *Et diuiſis ſocijs irruit ſuper eos nocte, percuſſitq; eos.*] Quinta nocte Abram conſecutum fuiſſe Reges Aſſyrios teſtatur Ioſephus. Porro diuerſas militum turmas conſtituit; vt hinc, & inde, varijſque locis inimicos inuaderent, eisq; ſic maiorem incuterent timorem; exiſtimantibus multas eſſe hoſtium acies: ex confœderatis, vt Hebræi teſtantur, aliquibus ad ſarcinas relictis; ſed paratis, ſi opus eſſet, ad bellum: & cum Aſſyrij graui eſſent ſopore depreſſi ex labore belli, & itineris, & abſque hoſtium formidine, nocte quidem, (ſicut Iudam Machabæum. 2. Machabæor. 8. conſueuiſſe legimus,) antequam armis muniri poſſent, in eos irruit.

Ioſeph. 1. ant. cap. 10.

27 *Et perſecutus eſt eos vſque ad Hoba, & Phœnicem, quæ eſt ad Læuam Damaſci.*] Locorum ſunt nomina ad Aquilonarem partem terræ Sanctæ, in qua Damaſcus ſita eſt, eo vſque ex partis victorijs feroces Reges fugientes perſecutus eſt, vt Seuerus Sulpitius perpendit.

Sulpit. in ſua hiſt.

28 *Reduxitq; omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum.*] Qui enim eius manus euaſerant, ita in fugam propere compulit, & præda exuit, vt de paranda fuga tantum ſolliciti eſſent, omnibus relictis; vnde & captiuos, & ſubſtantiam eorum reduxit, & non pauca, ex Aſſyriorum propria ſubſtantia, ſpolia reportauit.

29 *Egreſſus eſt autem Rex Sodomorum in occurſum eius.*] Hebræorum mos eſt, vbi ad alia properant, breuiter, quæ acciderint, indicare: & ſic qua, pompa occurrerint, & pleraque, quæ in ſimilibus contingere ſolent, conſulto prætermittit Moyſes.

Hier. q. hebr. in Gen.

30 *In valle Sabe, quæ eſt vallis regia.*] Septuaginta, campum, vertunt, quem hodie iuxta Hieronymum Palæſtini Aulonem vocant. Porro egregia quæque, regia appellari ſolent; vel quod ibi prædia regis, vel quod ad ludum cum aulicis ſuis conuenire rex ſolitus eſſet, vt Hebræi autumant. Chaldæus legit: in valle plana, vbi erat locus refrigerij regis.

Orig. Tom. 1. Didim. Hieron. epiſt. ad Euagrium Tom. 3.

Aug. q. 109. no. & vet. teſt. Aug. hær. 34.

Ignatius epiſt. ad Philadelphos.

Hier. ad Euagrium Tom. 3. Iſidorus. Alb. q. in Gen. Io. Annius in æqui. Xenoph. Epiph. hær. 55

31 *At vero Melchiſedech.*] Origenes in primo tomo, & Didimus eius ſectator, teſte Hieronymo, angelum putant fuiſſe. Hirax Ægyptius, qui multa Græce, & Ægyptiace in Hexameron elaborauit, filium Dei dicit, qui in humana figura apparuerit. Melchiſedechani, quorum auctor fuit Theodorus Argentarius, dicunt, fuiſſe ſpiritum Sanctum, qui in hominis ſpecie apparuit. Horum mentem viſus eſt ſequi Auguſtinus; ſed cum in hæreſum catalogo, ad Quoduultdeum, & hanc connumeret, (quem tractatum eſſe Auguſtini, Epiſtolæ, quæ initio illius circumferuntur, ſatis euidenter oſtendunt,) & cum nec hoc retractauerit, proculdubio falſo imputari Auguſtino opus illud, vel hanc ſaltem quæſtionem, liquido conſtat. Iudæi ferunt: Melchiſedech hominem fuiſſe, & virum Sanctum, & virginem dicit Ignatius: ſed quod ex meretrice & fornicario viro progenitus ſit, Moyſen eius genealogiam ſubticuiſſe, idem affirmant Suidas, & Theodor. q. 63. in Gen. Ex Patribus vero plerique ſatis probabiliter exiſtimant, fuiſſe Sanctum Sem, filium Noe: inter quos Hieronymus, Iſidorus, Albinus: & Ioannes Annius ſubſcribit. Vſque ad Eſau, & Iacob tempora Sem vixiſſe, ex annorum vera computatione certum eſt; quam non eſt ſecutus Epiphanius. Sem generatio, ſub nomine Melchiſedech, in Scripturis non eſt: & ideo abſque genealogia deſcribitur, & huic vt primogenito Sacerdotium annexum erat. Hoc vnum certum eſt, hominem verum fuiſſe, vtpote Regem Salem, & ſacerdotem, & ſic communiter in illa regione cognitum, & nominatum; quis autem fuerit, præſtat cum Scriptura ſilere, quam certo affirmare, fuiſſe Sem, aut Chananæum cum Egeſippo & alijs licet grauiſſimis, aut alium abſque vlla certa coniectura fingere. Porro Melchiſedech proprium nomen non eſt; ſed epitheton Regis Salem; ſicut nunc Imperatores Cæſares appellamus; & eſt ex tribus dictionibus conflatum, ſcilicet, Rex, meus, iuſtitiæ; tali ſiquidem titulo Salemitæ Regem ſuum decorabant.

Egeſippus. S. Dionyſ. de cæl. Hier. c. 9. Irenæus. Hippolytus. Euſeb. Cæſar. Euſeb. Emiſſ. Apollinar. Euſtachius.

Hier. ad Euagrium. Aug. ſer. 71. de tempore. Beda in 3. c. q. Anſel. in 7. ca. epiſt. ad hæb. Io. Annius in æqui. Xenoph.

32 *Rex Salem.*] Hanc non fuiſſe Hieruſalem, ſicut Ioſephus putauit, aſſerunt Hieronymus, Auguſtinus, Beda, Anſelmus, & Ioannes Annius; ſed oppidum iuxta Scithopolim Vrbem, quod vſque hodie appellatur Salem, vel Salim Ioannis 3. vbi & palatium Melchiſedech ex magnitudine ruinarum oſtenditur, de quo Gen. 33. Et tranſiuit in Salem ciuitatem regionis Sichem, quæ eſt in terra Chanaam. Dan ſiquidem cum extremitas ſit terræ Sanctæ, Aquilonem verſus, longe diſtat à Hieruſalem, neque obuiam eſt reuertentibus à Dan in conuallem Mambre; necdum forſan erat Hieruſalem, quæ non multum diſtat à Caluariæ loco, vbi Chriſtus paſſus eſt, cum longe ab omni vrbe infra cap. 22. deſcribatur, qui mons ſecundum communem traditionem idem eſt cum illo, vbi Iſaac immolandus fuerat, vbi Hieruſalem poſtea ædificatam puto ab eodem Melchiſedech pro ſacrificijs; ſicut & Salem, ſiue Salim, vbi multitudo erat aquarum, pro luſtrationibus ædificauerat, & baptiſmatibus. nam & baptiſmus in lege naturæ ſacramentale quoddam fuit vſque ad Chriſtum, à quo Sacramentum inſtitutum eſt; & vtraque vrbs ſacerdotalis fuit, vt refert Annius.

הוציא

33 *Proferens panem, & vinum.*] In Hebræo eſt: *Hozi*. Vulgatus vertit: Proferens. Non igitur ex vi vocis contendimus, (vt hæretici putant) appoſitum eſſe verbum ſacrificale, ſed tantum ſignificat adducere, ſeu proferre tamen pro loci exigentia ſæpe in Scriptura vſurpatur pro adductione hoſtiæ ad immolationem, vt Iud. 6. vbi bis habetur idem verbum, & aperte ſignificat adductionem hoſtiæ: & idem videmus in dictione *Ebi*. Geneſ. 4. quæ proprie ſignificat adducere; & multis alijs in locis reſtringitur ad ſacrificium, vt idem ſit quod offerre. In gratiarum igitur actionem pro Victoria Abrahæ, Melchiſedech ſacrificium obtuliſſe deprehenditur: quod vt innueret Vulgatus, addit: Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, & licet in regijs Biblijs non ſit *Chi*, ſed *Res*, ideſt, &, copulatiua, & in Græca, & Chaldaica lectione legatur: Erat autem; optime tamen Vulgatus rationalem appoſuit, ſcilicet, enim, ſæpe ſiquidem copulatiua pro rationali in Scripturis ponitur, vt infra cap. 20. habet enim virum. Iuxta Hebræum eſt: Et ipſa habet virum, & cap. 30. experimento didici, quia benedixit mihi Dominus. Iſa. 64. Tu iratus es; quia peccauimus tibi. Iuxta Hebræum eſt: & peccauimus tibi, & Luc. 1. & benedictus fructus. Hebraiſmus eſt. pro, quia benedictus fructus. Rurſus nec referre oportet quando dicitur: Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, ad id ſolum, quod ſequitur: Et benedixit ei, ſcilicet, Abrahæ; quia accentus medius, qui interponitur ab Hebræis, & dicitur *Soph paſuch*, indicat ibi terminari periodum, & ad ſuperiora non ad inferiora referri debere dictionem rationalem, enim. Hunc ſenſum ſequutus eſt R. Samuel Marrochianus de aduentu Meſſiæ cap. 18. ad Iſaac Iſraelitam contra Iudæos, qui myſteria fidei obnubilare contendentes dicunt, non in ſacrificium, ſed in refrigerium militum obtuliſſe, idem refert ſanctus Hieronymus. Et quidem ſcio, morem fuiſſe antiquitus redeuntibus è bello, parta victoria, obuiam exire cum pane, & vino ad milites refocillandos. vt Iud. 8. vbi refertur Gedeonem profligatis Madianitis, & inſectantem fugientes, petijſſe à viris Socoth, vt ipſi & militibus panem darent, illos autem reſpondiſſe: Numquid manus Zeb, & Salmana iam eſt in manu tua, vt tradamus exercitui tuo panes: Quin & idem innuitur. 1. Reg. 9. & quandoque ex humanitate quadam fieri ſolere & his, qui ex longinquo itinere feſſi, penuria cibi, & potus laborarent, apparet Deuteron. 23. cum Dominus Amonitis, & Moabitis maledixit, quia noluerunt, inquit,

הביא

כי
ר

R. Samuel cap. 18.

Hier. epiſt. ad Euagrium.

vobis

Philo de Abraham. Clem. Alex. ſub finem lib. ſtrom. Theod. q. 63. in Gen. Cypr. epiſt. 3. ad Cæcilium lib. 2. epiſt. Euſeb. Cæſar. lib 5. demonſt. Euang. c. 3. Amb. lib. 5. de ſacramē. c. 1. Epiph. hær. 55. Hier. ad Marcellam & epiſt. ad Euagrium. Irenæus. Hippolytus. Euſeb. Cæſar. Euſeb. Emiſſ. Apollinaris. Euſtachius. Hieron. qq. in Gen. Chryſ. [illegible] 35. in Gen. & ho. [illegible] Aug. ep. 95. & lib. 16. de ci. Dei c. 22. lib. 17. c. 17. & lib. 18. c. 35. & in Pſ. 109. & lib. [illegible] cont. ad[uerſ. le]g. & proph. c. [illegible] Theod. in Pſ. 109. Leo ſer. 2. Euſeb. Emiſſ. ſer. de paſchate. Primaſius in 5. c. ep. ad heb. Amb. in Pſal. 109. Eucher. in Gē. lib. 2. c. 18. Caſſiod. in Pſ. 109. Remigius in Pſ. 109. Euthim. in Pſ. 109. Oecumen. in 5. c. ep. ad Heb. Anſelm. ibidē. Theophilactus ibidem. R. Moſes. R. Leui. R. Samuel. R. Phinees. R. Salomoh.

vobis occurrere cum pane, et aqua in via, quando egreſſi eſtis de Aegypto. Sicq. fateor iuxta præfatam conſuetudinem, portionem quandam panis et vini etiam ad refectionē ſeruorum Abrahę dediſſe, quamuis non indigerent, qui ex ſpolijs cibos abunde reportabant; vt ex fine huius capitis deprehenditur. Cæterum cibus iſte non profanus, ſed quaſi diuinus, pars vtpote oblationis, datus tamquam cōmenſalibus, ſic Philo, Clemens Alexandrinus, & Theodoretus, ſicut poſtea in hoſtia pacifica, pars quædam cedebat in eſum offerentium. Et benedictio non vulgaris, ſed ſacerdotalis ſuperioris, & nobilioris ſacerdotis fuit, qua Melchiſedech Abrahamum benedixit. Denique tunc Melchiſedech panem, & vinum in ſacrificium obtuliſſe pro Abrahæ victoria, non ſolum in Canone Miſſæ innuitur, cum dicitur: Quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech; ſed communi Patrum conſenſu roboratur. ſic tenuerunt Cyprianus, Euſebius, Ambroſius, Epiphanius, ſanctus Hieronymus Epiſtola ad Marcellam & ad Euagrium, ex ſententia antiquorum Patrum Irenæi, Hippolyti, Euſebij Cæſarienſis, & Emiſſeni, Apollinaris, & Euſtachij: idem Hieronymus in Geneſim, Chryſoſtomus, Auguſtinus ad Innocentium Papam, & in libris de ciuitate Dei, & ſuper Pſalmos, & contra aduerſarios legis, & Prophetarum; Theodoretus in Pſalmos, Leo Papa de anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, Euſebius Emiſſenus de Paſchate, Ambroſius ſuper Pſalmos. Eucherius in Geneſim, Primaſius in Epiſtolam ad Hebræos, Caſſiodorus, Remigius & Euthimius in Pſalmos, Theophilactus, & Anſelmus in Epiſtolam ad Hebræos. Accedunt, & teſtimonia, quæ referuntur ad idem ex Bereſith Rabba. R. Moſes Hadarſan contendit Melchiſedech tunc Meſſiæ ritum incruentæ ſacrificationis aliquando introducturi, ſpeciem & perſonam ſuſtinuiſſe. & R. Moſes, & Salomoh in hunc locum aſſerunt, ex Rabbinorum veterum ſcriptis, Melchiſedech hoc ſacrificium obtuliſſe, vt Moſaicæ legis ſacrificia farinacea, & libamina repręſentaret. Cæteras quoque res Melchiſedechis plenas fuiſſe myſterij. R. Leui e Talmudicis aſſeuerat. & Rabbi Samuel, ſuper hoc cap. & Rabbi Phinees in capit. 22. Numer. Denique in Scriptura Chriſtus Dominus dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, propter hoc ſacrificium panis & vini; nam alia, ſcilicet, benedicere, & accipere decimas, communia ſunt & alijs ſacerdotibus.

כהן
כהנים

34 *Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi.*] Licet enim *Choben*, & regem, & ſacerdotem ſignificet. vt 2. Reg. 2. Et filij Dauid *Chobanim*, ideſt, principes erant; ſiquidem cum ex tribu Leui non eſſent, nec ſacerdotes fuiſſe conſtat; frequentius tamen pro ſacerdote ponitur, ſicut & hoc loco. vnde & benedixit, & decimas accepit, & litauit; ſic & Paulus interpretatur vbique; capite enim 6. ad Hebræos ait: ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus, non dicit, princeps factus, & cap. 7. opus eſt ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & illud Pſalm. idem innuit. Tu es Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & communis eſt Patrum conſenſus, inter quos aperte id aſſerunt ſanctus Paſchaſius, Ratbertus Abbas Corbicienſis, & Iunilius Firmicius Maternus ad Conſtantem, & Conſtantinum de erroribus profanarum religionum.

S. Paſcha. de corp. & ſangu. Chriſti. Firmicius lib. [illegible] c. 19.

35 *Et dedit ei decimas ex omnibus.*] Sermo Amphibologicus eſt, quis, cui decimas dederit, iuxta Hieronymum, tam in Vulgata, quam apud Septuaginta. Cæterum licet decimarum quota poſtea lege taxata ſit, ex ijs, quæ iure naturæ, & morali homo Deo in gratitudinem offerre debet, & diuini cultus miniſtris in ſuſtentationem debentur; vnde & apud gentes ex communi horreo paſcebantur; nam & leges, quædam naturalis et moralis iuris determinationes ſunt, et cum nec ante legem eſſent miniſtri determinati diuini cultus; ſed ſacerdotium primogenituræ erat annexum, quibus cum occurrebant, quiſque ſponte dabat, quod ſibi bonum videbatur. At vero Abram, vt Iſidorus, Paſchaſius Abbas, et Albinus aduertunt, ſpiritu prophetico ſciens melius ſacerdotium futurum in populo gentium, quam Leuiticum, quod ab ipſo naſciturum erat, occurrenti Melchiſedech, qui & figura Chriſti, & à meliori benedictus, & decimas ex omnibus, quæ reduxerat, offerens ei, in eius lumbis Leui decimatus eſſe dicitur. Chaldæus legit: & dedit ei vnum ex decem de omnibus. Porro de præda obtulit decimas licite, iuxta Ambroſium. Quod enim Auguſtinus prædam militibus interdicere videtur, militare, dicens, propter prædam iniquum eſſe, ſanctus Thomas eatenus dictum interpretatur, quatenus militibus, etiam in iuſto bello, non tam propter iuſtitiam, quam propter prædam militare, ex praua mentis intentione, peccatum eſt.

Hier. q. hebr. in Gen. Iſid. in [illegible] S. Paſchaſ. de corp. & ſang. Chriſti. Alb. q. in Gen. Amb. lib. 1. de [illegible] Aug. ſer. 19. de verb. [illegible] S. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 1. ad 3. & ad heb. 7. lec. 1.

36 *Benedictus Abram Deo excelſo.*] Chaldæus coram Deo excelſo, ideſt, à Deo: alij benedictum, ideſt, laude dignum interpretantur; ſed præſtat prima expoſitio; vnde ſubditur: quo protegente, &c. quaſi dicat, inter multa, quæ à Deo accepiſti, & hoc vnum eſt, vt eo protegente, &c.

37 *Qui creauit cælum, & terram.*] Iuxta Hebræum: poſſeſſoris cæli, & terræ. *Kana*, ſiquidem poſſidere etiam ſignificat; vnde Targum: cuius poſſeſſio eſt cælum, & terra. Septuaginta legunt, ſicut & nos, creauit: nec diſcordant hæc inter ſe; ſic enim poſſidet, quaſi illorum conditor.

קנה

38 *Quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.*] Iuxta Hebraici ſermonis vim, protectionis nomine, traditionem ſubintellige, ſicut Oſeæ 11. vbi dicitur: Protegam te Iſrael, interpretantur, tradam te Iſrael: quod ſint comminantis verba. Certe verbum *Magam*, & protegere, & dare ſignificat, et Septuaginta vertunt, tradidit; amplius ſiquidem ſubintelligitur, quam protegere; ſic, ſcilicet, quod tradiderit Deus illos in manibus Abræ. Impar quippe erat Aſſyriorum acies, quam vt cum illis conſerere manus prudens Abrā auderet, niſi in eius manibus Deum illos tradidiſſe cognouiſſet.

מגן

39 *Et dedit ei decimas.*] Ex quo ortum puto, dare Domino donaria ex inimicorum præda, ſicut in libris Num. et Deut. videbimus. Porro in lectione Septuag. legitur: et dedit Abram ei decimas:

ſicq; ſubintelligi debet in Vulgato, vt conſtet, quis, cui dederit, Abraham vtique eſt, qui decimas dedit. Iam victores conſueuiſſe de ſpolijs hoſtium, et manubijs decimas vouere ac perſoluere Dijs, Ioui, vel Apollini, vel Dianæ alijsve, teſtantur Herodotus lib. 1. Xenophon lib. 5. de Cyro, et li. 3. de rebus Græcorum.

40 *Da mihi animas.*] Phraſi Hebræa; homines, & mulieres, quas à captiuitate liberauerat, in priſtinam libertatem reſtitui petit; reliqua prædæ ſpolia, ex ijs, quæ à Pentapolitis fuerant ablata, Abramo libere concedit.

41 *Leuo manum meam ad Deum altiſſimum.*] Modus iurandi fuit Exod. 6. Deuter. 32. Ezech. 16. Deum veri ſpeculatorem oſtendendo; & aliquarum nationum adhuc vſu retinetur, eleuato in cælum digito iurare. Porro Græce eſt futuri temporis (leuabo) iuxta Hebræum, & Chaldæum eſt præteriti temporis (leuaui) verum frequens eſt in ſacris literis mutuus horum temporum abuſus, vt ita dicam.

42 *Quod à filo tegminis vſque ad corrigiam caligæ,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, nec minimam rem accipiam, Porro iuxta vim vocis *Serocb* rem detritam, et veterem ſignificat. שרך

43 *Ex omnibus, quæ tua ſunt.*] Ad differentiam eorum, quæ erant Aſſyriorum; quæ enim à Pentapolitis erepta fuerant, illis reddidit, qui omnes ſub nomine Regis Sodomorum, tāquam principalioris, ſubintelliguntur. Cuncta illis tradidit Abram, præter decimas; intellige, quas ipſis videntibus, et conſentientibus ipſi Melchiſedech dedit. Quinimmo, vt Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 3. aduertit, cum Abraham non eſſet ſub Sodomorum Rege, nec eius Regis ſumptibus, ſed ſponte, et proprio ſumptu adiuncto ſibi amicorum auxilio bellaſſet, ex lege militaris diſciplinę, Abrahami erant cuncta ſpolia in bello iuſto capta; ſed ex his, quæ tua ſunt dixit, quod eius antea fuiſſent; voluit tamen illi dare, maxime nę diceret, ego ditaui, ideſt, ex his, quę antea mea erant, ditatus eſt Abraham, nec ſe mecum generoſum oſtendit.

44 *Nę dicas, ego ditaui Abram.*] Non ad iactantiam, ſed ad Dei gloriam hoc dixit, cui promiſerat Deus bonorum multiplicationem, ideo noluit eius diuitias alteri tribui poſſe, ſed ſoli Deo.

45 *Et partibus virorum qui venerant mecum*] De fœderatis loquitur; nam quod iure belli illorum erat, dare noluit, nec potuit, etiam ſi illorum multi tantum ad ſarcinas deſtinati fuerint. ex quo Dauid regia poteſtate. 1. Reg. 30. poſtea ſtatuit, dicens: æqua pars erit deſcendentis in prælium, et remanentis ad ſarcinas.

CAPVT XV.

d e f g n o p
.i. locutus eſt Dominus. .ſ. quod te debellati reges deleant, vel quod in aliquo exceſſeris.
a b c d e f g h i k l m n o p
His itaque tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem dicens: Noli timere Abram,

a b c d f g h i
contra irruentes inimicos. Hebraiſmus eſt .i. cumulate, tibi benefaciam.
a b c d e f g h i x l m n o
ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abram: Domine Deus, quid

a b c d g h i m n o
.i. quid mihi tot proderunt, ſi filium heredem non habeo. .i. moriar, ſiue conſeneſco. .i. eius, qui cuncta diſtribuit, & diſpenſat cibaria. à quo, & Damaſcus Ciuitas.
a b c d e f g h i k l m n o p
dabis mihi? Ego vadam abſque liberis: & filius procuratoris domus meæ iſte eſt Damaſcus Eliezer.

g i k l
.i. filios. .i. ſeruus domi natus.
a b c d e f g h i k l m n o
Addiditq; Abram: Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus, heres meus erit.

a b c d l o p q r ſ a
.i. locutus eſt ei Deus. .ſ. vernaculus. Hebraiſmus .i. filius naturalis tuus.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
Statimq; ſermo Domini factus eſt ad eum, dicens: Non erit hic heres tuus: ſed qui egredietur de vtero

g
nocte.
a b c d e f g h i x l m n o p
tuo, ipſum habebis heredem. Eduxitq; eum foras, & ait illi: ſuſpice cælum, & numera ſtellas,

ſi potes.

e e f g h l m n o p q a

.i. quod numerari nequeant, per hyperbolen. *ſ. innumerabile.* *.i. filij, qui ex te deſcendent.* *ſ. promittenti.* *.i. iuſtificatus eſt amplius per fidem formatam, itaq. reputatum .i. imputatum, q. d. iuſtificatus amplius apud Deum.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

ſi potes. Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum. Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad

l m

ciuitate, in qua natus erat Abram, ſic Ioſeph. 1. antiq. & Eupolemus apud Euſeb. de præpar. Euang. lib. 9. c. 4.

a b c d e f g h i K l m n o

iuſtitiam. Dixitq. ad eum. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem

n o a b c h m n o p a b c

in ſemine .i. in filijs, licet enim Abrā promiſerit, in filijs tamen dedit. *ſ. inſtinctu diuino.* *modum quæris, & inſtrui, in quo beneplacitum ſit Deo, ne impediatur poſſeſſio aliquo delicto.*

a b c d e f g h i k l m n o p

tibi terram iſtam, & poſſideres eam. At ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſſum, quod

k n c

ex his tribus animalium ſpeciebus poſtea facta ſunt ſacrificia in lege.

a b c d e f g h i k l m n

poſſeſſurus ſum eam. Et reſpondens Dominus: Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram

i

ſ. cicurem, iuxta Hebræum: pullum columbarum.

a b c d e f g h i k l m n

trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam. Qui tollens vniuerſa hæc,

f g h i k l k m n o p

ſ. einſdem animalis. *modo, quo inter homines fœdera iniri ſolita erant.* *.i. hinc, & inde, ſ. ex oppoſito.* *vnde nec in ſacrificijs diuidi conſueuerunt, nec in fœdere humano occidi.*

a b c d e f g h i k l m n o p

diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit: aues autem non diuiſit.

S C H O L I A.

1 H*IS itaque tranſactis*] Iuxta Hebræum aliqui vertunt: poſt hæc verba: ſic Chaldæus, & Septuaginta. Hebraica ſiquidem phraſi, ſic poſt aliqua narrari reliqua ſolent.

2 *Per viſionem*] Chaldæus paraphraſtes: in Prophetia. Hebræi ſiquidem viſionem non ſolum appellant illam, quæ nocte fit, ſed omne prophetiæ genus: vnde & Prophetas videntes vocant. quare hoc loco non eſt intelligenda viſio illa, quæ Hebraice dicitur *Marbe*, ideſt, viſio ſimpliciter; ſed *Mahaſſe*, quod eſt, viſio prophetica: de qua Gregorius Nazianzenus in ſermone de Spiritu ſancto. Habent itaque viſionem ſimul cum prophetia; quomodo Abdias, & Iſaias viſiones ſuas prophetias vocarunt. ſed de his ſuo loco fuſior erit ſermo.

מראה מחזה *Greg. Nazian ſer. de Spiritu ſancto.*

3 *Noli timere Abram*] Timuit Abram Reges, quos debellauerat, ne, congregato exercitu, ſicut contingere ſolet, eum delerent: maxime ſi ex Dei voluntate id fieret, eo quod in aliquo ipſe exceſſiſſet; iuſti enim eſt vereri omnia opera ſua.

4 *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis*] vtriuſque timorem excludit; dum ſe protectorem contra irruentes inimicos, & præmium ob fraternæ dilectionis opus bonum pollicetur. Porro *Magen*, protector, ſeu ſcutum, à *Ganan* verbo, quod eſt protegere: & Græce eſt verbum *Iperaſpizo*, ſignificans ſcuto tegere, ac defendere, quaſi dicat, ope mea, quaſi ſcuto quodam tegam te, atque defendam. Iam, ego merces magna nimis, idiotiſmus eſt; ideſt, cumulate tibi reddam.

מגן גנן ὑπερασπίζω.

5 *Quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis*] Naturaliter homo hæredem proprium deſiderat in bonis, iuxta quem appetitum quid proderunt (inquit Abram Deo) multa, quæ pollicieris; parum mihi præſtare videntur, cum filium hæredem non habeam: ita Ioſephus. Porro, vado, ideſt, moriar; ſeu vado, ideſt, conſeneſco, & ſine liberis ſum iam ætatis prouectæ.

Ioſeph. 1. ant. c. 10.

6 *Et filius procuratoris domus meæ; iſte eſt Damaſcus Eliezer*] Apud Hieronymum Aquila vertit filium potum dantis; Theodotion, filium eius, qui ſuper domum meam eſt. Vulgatus vero, procuratorem, quem Hieronymus interpretatur villicum, qui vniuerſa cibaria familiæ ſuæ diſpenſet, & diſtribuat: iſtum autem nominauit, quod forſan cogitauerat eum adoptare in filium, vnde ſubditur: Et ecce vernaculus meus hæres meus erit. Hinc & in Hebræo *Meſcch*, ideſt filius relicticius; quaſi dicat, quem relinquere hæredem inſtituo. Septuaginta dictionem *Meſech* in ſua verſione legunt; non quod proprium nomen putarint, alicuius, cum

Hier. q. hebr. in Gen. משק

continuo

continuo nomen referant, hic eſt Damaſcus Eliezer, ſed ob fœcunditatem illius vocis, vt ſæpe alias fecere, ſicq; aliter Aquila, aliter Theodotion, aliter Vulgatus tranſtulerunt. Porro, ab hoc denominata eſt Damaſcus Ciuitas iuxta Hieronymum, & Albinum; cuius & principatum obtinuit: licet Ioſephus id cuidam filio Aram filij Sem tribuat. Iam Damaſcus Eliezer in Hebræo dicitur *Dameſec Elieger*. nec deſunt qui eumdem putent eſſe, quem exiſtimauit futurum hæredem, eum dixit filius relictionis domus meæ, Hebraiſmo, ideſt, is cui curam rei familiaris commiſi; ſed præſtat de eius filio intelligi, qui vernaculus Abræ fuit; eius autem pater, qui & procurator iam à principio peregrinationis Abræ, prouectæ deſcribitur ætatis.

Hier. q. hebr. in Gen.
Alb. q. in Gen.
Ioſeph. 1. anti. c. 4.
דמשק אליעזר

7 *Sed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem.*] In Hebræo eſt *Minteecha*, ideſt, ex intimis; quod ſemen ex toto animantis corpore fluat: vnde Septuaginta: qui egredietur ex te, ideſt, ex intima gignentis ſubſtantia. Chaldæus vertit, ſed filius, quem genueris. quare, qui egredietur de vtero tuo, idiotiſmus eſt, pro filio naturali: & ne id de filio ancillæ poſtea putaret dictum fuiſſe, infra c. 17. apertius illi id inſinuat, vt Aug. aduertit.

ממעך
Aug. 16. de ci. Dei c. 26.

8 *Suſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes.*] Nocte hæc contigiſſe oſtenditur, dum numerare ſtellas iubetur. nec eſt quod in ſomnijs hanc viſionem factam fuiſſe dicamus, cum conſequenter nulla expreſſa mutatione ſubinferatur; credidit Abram Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam; quando enim in ſomnijs tantum fides adhibetur, non eſt alicuius meriti, cum dormiens ſui compos non ſit. vnde & in textu dicitur: Eduxit eum foras, ideſt, extra tentorium. non igitur in ſomnis cœli ſydera numerare iuſſit. Ad hæc, temporalia huiuſmodi præmia, (ſiue de ſemine carnali, ſiue etiam ſpirituali fidelium vtique prole intelligas) tamquam accidentaria, & promiſſa, & reddita, reſpectu operis meritorij, catholice intelligenda ſunt: primaria ſiquidem ſunt augmentum gratiæ, & beatitudo.

9 *Credidit Abram Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam,*] ideſt, iuſtitia hæc, ſcilicet fides, & credulitas ei reputata ſunt apud Deum, relatiuum ſiquidem *Mappik*, in fine verbi non ad ſuperiora refertur, ſed aliquando ad ſequentem dictionem. Cæterum præſtat cum Patribus, immo & cum ſancto Paulo, fidem illam reputari ad iuſtitiam, ideſt, per fidem illam, quæ formata erat, iuſtificatum amplius Abram: nam etſi in iuſtificatione multi motus concurrant, ſicut quandoque proinde iuſtificatio tribuitur motui pœnitentiæ, aliquando charitatis; ita ſæpe & motui fidei, tamquam radici iuſtificationis: nec huic obſtat Auguſtinus tractatu 29. in Ioannem, vbi diſcrimen aſſignat inter hoc quod eſt, credere Deo, ideſt, Deo dicenti fidem habere (quomodo Iacobi 2. etiam dæmones credunt,) & credere in Deum, quod ſolum contingit per fidem formatam: quæ doctrina, ad loquendum de diuerſitate actuum fidei, merito in vſu eſt apud Scholaſticos in 3. d. 23. loquendi tamen modus apud Hebræos, non permittit, iuxta prædictam diſtinctioné, multa ſacræ Scripturæ loca interpretari, vt in præſenti loco, & Ioan. 12. multi ex principibus crediderunt in Ieſum, non tamen fide formata; nam de eis ſubditur: dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. Et 1. Ioan. 5. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe: Qui non credit filio Dei, mendacem facit eum; quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo. Ecce pro eadem re, & eadem ſignificatione poſuit, credere in Filium Dei, & credere Filio Dei, & Latinus interpres aliquando ſeruat hunc Hebraiſmum, interdum mutat in modum loquendi Latinis vſitatum. Præterea multæ cauſæ aſſignantur, ob quas Abræ fides hoc loco commendatur, cum ſæpe alibi crediderit, quòd ſcilicet præſtantiſſima fuerit, conſtans ſcilicet, & de nobiliſſimo obiecto, & arduo, & quòd non ex circumciſione crederetur iuſtificatus, ſicut nec eius poſteri, ſed ex fide. Et illa, quam Paulus ad Rom. 4. ſcribit, ad noſtram vtique eruditionem.

10 *Vnde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſum eam.*] Licet petere ſignum ad fidem præbendam, cum Dei verbum cognoſcitur, tentare Deum ſit; non tamen cum modum quærit quis, vel vt de aliquo inſtruatur, quod Dei beneplacitum ſit, ne effectus promiſſionis impediatur. vnde Abram, quòd poſſeſſurus ſum, inquit, nec ex aliquo meo demerito impedietur. Adde, Abram diuino inſtinctu ſignum hoc petijſſe, âſſerit S. Thomas.

Aug. 16. de ciu. Dei c. 24.
Chryſ. ho. 36. in Gen.
Theod. q. 64. in Gen.
S. T. 22. q. 97. ar. 2. ad 3.

11 *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium*] In Hebræo pro trima, & trienne eadem vox eſt, ſcilicet, *Meſulas*; quæ proprie trinum, vel ternarium numerum ſignificat; & ſic poſſet referri ad animalium numerum, ſicut Chaldaica tranſlatio facit, ſed R. Abraham, & noſter Vulgatus, & Ioſephus ad numerum annorum referunt. Porro futura ſacrificia in lege ex his tribus animantibus deſignatur: ex quorum vnaquaque ſpecie triplex ſacrificium in lege poſtea fieri conſueuit: vnum vocabatur hoſtia pro peccato; nam & in alicuius admiſſi peccati expiationem fiebat; alterum dicebatur hoſtia pacifica; quòd, ſcilicet, pro aliquo obtento, vel obtinendo beneficio à Deo, offerebatur; tertium erat hoſtia in holocauſtum, quæ tota in honorem diuinum incendebatur.

משלש
R. Abrahem
Ioſeph. 1. anti. c. 10.

12 *Turturem quoque & columbam.*] Nam & in lege Moyſi futurum erat, vt de auibus prædictis communis oblatio, & ſacrificium fieret. quod enim ex paſſeribus priuatum erat, tantum ſcilicet, in emundationem leproſi. Porro turtur in Hebræo *Thor*, à *Thur*, quod eſt cogitare, & meditari; nam & turtur, ad modum meditantis, intus muſſitare videtur. Columba verò in Hebræo dicitur *Gozal*, & ortum habet à verbo *Gozal*, quod eſt rapere; vnde quidam putant, hic ſolum intelligi pipionem, quòd à roſtro matris cibum rapere videatur. Sed ego exiſtimo cicurem intelligi, & non ſolum pipionem, ſed etiam maiorem: ex eo autem ſic dici, quod domeſticæ ſic fiant, & tunc cicures dignoſcantur, cum è manu cibum capiunt.

תר
תור
גוזל
גוזל

13 *Diuiſit per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit*] Ideſt, partes eiuſdem animalis contra ſe inuicem poſuit: quæ populum Iſrael in Aegypto quaſi mortuum, & à Deo derelictum figurant. Porro erat & ſpatium medium inter has animalium partes altrinſecus poſitas, quomodo fœdus inter ſe homines celebrare conſueuerunt, & per

Theo. in Hier.

medium illud ſpatium incedere, reum mortis illum oſtendentes, qui fœdus corrũperet, cuius ritus meminit Ierem. cap. 34. Et tranſierunt inter diuiſiones eius.

14 *Aues autem non diuiſit*] Quia nec diuidi in ſacrificijs ſolebant, ſed nec in confirmationem pacti inter homines occidi conſueuerunt, at hoc futurum erat pactum hominis cum Deo.

---

a b c d f g
ſ. propter ſanguinem. *.i. muſcæ.* *ſ. nondum in ara poſita.* *ſ. per diem.*
a b c d e f g h i k l
Deſcenderuntq. volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq. ſol occumberet,

---

a e f i K l
.i. extaſis. *prius fuit horror, quàm ſopor; & eſt Hyſteron proteron.* *.i. qui ſ. ex tenebris incuti, & augeri ſolet.* *non natura vrgente, ſed à Deo immiſſus eſt ſopor.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictumq. eſt ad eum:

---

a b g h i k l m p
iuxta Hebraum: ſciendo ſcias, ideſt, certo ſcias. *ab Iſaac cœpit.* *.i. Chanaam, & Aegypto.* *ſ. in Aegypto.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos

---

d e g m
ſiue à principio peregrinationis in Iſaac, ſiue hoc toto tempore in Aegypto, quod probabilius eſt. de quo Exodi 12. *ſ. Aegyptios.* *.i. puniam.*
a b c d e f g h i k l m
ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo:

---

d e f g l m n o p
ſ. de Aegypto. *ſ. auri, & argenti, & veſtium, quæ ab Aegyptijs mutuo acceperant, & Deus eis donauit.* *Hebraiſmus. i. morieris.* *Hebraiſmus. i. in bonorum omnium copia.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in

---

a b e g h i k l
explicatio eſt eius, quod in pace dixerat, & exprimit etiam annoſitatem. *quæ in Caleph completa eſt.* *.i. ad terram Chanaan* *.i. non ob eorum potentiam, vel multitudinem differo, ſed quod non ſint completæ iniquitates eorum.* *.i. tempus completum expulſionis eorum ob peccata.*
a b c d e f g h i k l
ſenectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ ſunt

---

a b b g h i k
.i. non peruenerunt ad metam, quando expellere illos decreui. *quo nomine omnes Chananæos intelligit hoc loco.* *repetit, vt commodius proſequatur, quæ de ſacrificio dicere cœperat.*
a b c d e f g h i k l m n
iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus. Cum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo

---

d g h i K l m
.i. paruus furnus. *facem igne accenſam intelligit hic.* *qui ſymbolum Dei, ſicut in Rubo.* *ad modum, quo ſolebant homines, qui fœdus inibant; ſed & ſacrificia conſumpſit.*
a b c d e f g h i k l m n n
tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In illo

---

h i l m o p
.i. populo Iſraelitico. *ſ. Chanaan.* *ſ. Rinocorula, qui eſt terminus Palæſtinæ, verſus Auſtralem plagam.*
a b c d e f g h i k l m n o p
die pepigit Dominus foedus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti

---

a b e f g h i &c.
hoc completum eſt in Dauid. 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18. *qui eſt etiam terminus Palæſtinæ, Aquilonem verſus.* *gentes decem ſunt, quæ Chanaan incolebant.*
a b c d e f g h i k l m
vſque ad fluuium magnum Euphratem, Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, &

---

b
.i. gigantes, qui in Baſſan.
a b c d e f g h i k l
Pherezæos, Raphaim quoque, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

SCHO-

S C H O L I A.

11 *Deſcenderuntq. volucres ſuper cadauera*] Antequam ſcilicet, in ara cadauera ponerentur; & propter ſanguinem Ioſephus deſcendiſſe volucres ſcribit. quare probabile eſt muſcas fuiſſe, quibus Aegyptiorum moleſtia in filios Iſrael præfigurabatur.

Ioſeph. 1. anti.

16 *Et abigebat eas Abram*] Quia per totum diem, vt fieri conſuetum erat, expectabant, antequam ſacrificium incenderetur.

17 *Sopor irruit ſuper Abram, & horror magnus*] Prius fuit horror, quem tenebræ & incutere, & augere ſolent: ſopor autem iſte non fuit natura vrgente, ſed à Deo immiſſus fuit: nimirum extaſis, qualis in Adamo, cum ex eius coſta mulierem Deus efformauit: ſic enim Hieronymus aduertit. vnde & eadem vox Hebræa vtrobique eſt appoſita, ſcilicet *Thardema*, Græce *Cataphora*, Latine ſopor, ſeu extaſis.

Hier. q. hebr. in Gen. תרדמה καταφορά

18 *In terra non ſua*] Quia & terra Chanaan, licet promiſſa Abræ, non tamen tradita: & licet filij eius nati eſſent in ea, oriundi tamen ex Chaldæa, & transfluuiales communiter dicebantur, vſque ad exitum de Aegypto, & non de terra Chanaan.

19 *Et affligent eos quadringentis annis*] Hic annorum numerus non ab Aegypti afflictione, vt Iſidorus, & Albinus aduertunt; ſed ab eo tempore computandus, quo & ſemen Abræ fuit in Iſaac, & per conſequens peregrinum etiam in terra Chanaan, & Aegypti. prædictorum igitur verborum hyperbaton ſic intelligendum eſt; vt anni ad peregrinationem referantur, quæ, completa Aegypti captiuitate, & ipſa quoque finita eſt. a natiuitate ſiquidem Iſaac, vſque ad natiuitatem Iacob, ſexaginta anni; Iacob autem cum in Aegyptum deſcendit, centum triginta annorum erat, quibus ſi addas ducentos viginti, iuxta Hebræorum ſupputationem, quibus fuerunt in Aegypto, erunt quadringenti. vnde non dicitur peregrinum ſemen in Aegypto, ſed in terra non ſua. licet ex Tichonij regulis per ſynecdochen, aliqui tempus illud interpretentur, trecentos, ſcilicet, quinquaginta, pro quadringentis. Scio, alios tempus hoc, quod in textu dicitur quadringentorum annorum, exiſtimare, reuera fuiſſe quadringentorum quinque annorum. Nam B. Paulus ad Galat. 3. à promiſſione prima Abræ facta, vſque ad legem, numerat quadringentos triginta annos, à quibus demere oportet viginti quinque à promiſſione, vſque ad ortum Iſaac; ſiquidem Abram ſeptuaginta ſeptem annorum promiſſionem accepit, centeſimo vero anno vitæ ſuæ natus eſt ei Iſaac; Scriptura tamen, more ſolito, hoc loco, vt inquit Auguſtinus, numerum paruum quinque annorum ſuppreſſit ſub iſto magno quadringentorum annorum, & ita numerum iſtum contendunt computandum à natiuitate Iſaac: hyperbaton vero prædictorum verborum, iuxta Auguſtini mentem interpretandum 16. de Ciu. Dei, c. 24. vt totum hoc tempus non intelligatur tranſigendum in ſeruitute, ſed complendum, & finiendum, ſicut Gen. 11. iuxta Septuaginta dicitur; dies Thare in Charra fuiſſe ducentos & quinque annos, non quòd omnes ibi acti ſint, ſed quia ibi completi. vel, vt ibidem Auguſtinus dicit, cum in prædictis verbis duæ res denuncientur, & peregrinatio, & ſeruitus, quod dicitur de quadringentis annis, referri debet ad peregrinationem, non ad ſeruitutem. Hæc dicta ſint ex prædictorum Patrum mente. Nec enim minus veroſimile puto de deſcenſu Iacob in Aegyptum, vſque ad filiorum Iſrael inde egreſſum, iuxta literæ ſeriem, & aliorum locorum Scripturæ conſonantiam, intelligi poſſe, vt latius ſuper cap. 12. Exodi, in noſtris ſcholijs videre eſt, ſcholio 69.

Iſidorus. Alb. q. in Gen.

Tichon reg. 5 de temporibus.

20 *Ego iudicabo*] Hebraiſmus eſt, ideſt, ego puniam ipſos Ægyptios, cui genti ſeruient filij tui: percuſſit enim illos decem plagis, vt in Exodo deſcribitur.

21 *Egredientur cum magna ſubſtantia*] Hoc intelligitur ſecundum illud Exodi 12. quod ſecum aſportauerint vaſa aurea, & argentea, & veſtes, quæ mutuo ab Ægyptijs acceperant, & Deus illis donauit.

22 *Tu autem ibis ad patres tuos in pace.*] Duplex Hebraiſmus eſt, ire, ſcilicet, ad patres, ideſt, mori; & in pace, ideſt, in omni bonorum abundantia, & tranquillitate. quod autem additur, in ſenectute bona, explicatio eſt eius, quod dixerat, in pace; in qua & annoſam ſenectutem expreſſit.

23 *Generatione autem quarta reuertentur huc*] Auguſtinus conatur inquirere veritatem huius, & illius, quod in Exodo dicitur; quinta generatione egreſſos fuiſſe de Aegypto; vnde & Septuaginta hic vertunt, quinta generatione. Sed quod commodius hac in parte reperi, eſt; quinta quidem, computando generationes per lineam ſacerdotalem, pro prima, Leui; pro ſecunda, Caath; pro tertia, Aram; pro quarta Aaron; vt habetur Exodi 6. & pro quinta, Eleazar; qui cum Ioſue terram filijs Iſrael diſtribuit, Ioſue 14. quamuis & non computando Leui, quartam generationem completam fuiſſe in Eleazaro teſtatur Iulianus Pomerius Toletanus Archiepiſcopus: ſi vero ſupputes per lineam Regiam, pro prima generatione ſit Iudas; pro ſecunda Phares; pro tertia Eſron; pro quarta Caleph, qui fuit filius Eſron 2. Paral. 2. & hic ingreſſus eſt terram promiſſionis num. 14. & Ioſue 14. Porro non deſunt, & valde probabiliter, qui generationem quartam, quartum ſæculum intelligant; ſæculum vero annorum centenarium dicunt, vt ſit ſenſus, generatione quarta, ideſt, poſt quadringentos annos; quod latius videre eſt in noſtris annotationibus in 12. cap. Exodi.

Aug. q. 10. noui, & vet. teſt.

Pome. l. 3. contra Iudæos.

24 *Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum*] Iuxta Theodoretum hoc dictum eſt, ne putarent, propter inhabitantium multitudinem, aut potentiam, Deum non illis continuo terram illam tradidiſſe; non igitur hac de cauſa, ſed eo diſtulit, quòd iniquitates Amorrhæorum, quo nomine omnes gentes Chanaan inhabitantes intelligit, nondum completæ erant, ideſt, ſecundum diuinum iudicium nondum tempus puniendi illos, excluſione ab illa terra, aduenerat. Porro temporali pœna

Theo. q. in Ge.

quandoque

S.T. 12.q.87. ar. 8. quandoque filij propter parentum peccata puniuntur, vt S. Thom. docet; maxime quando nec parentum pœnis corriguntur, ſed iniquitatibus ſuis, patrum in delictis menſuram implent. iuxta enim diuinorum iudiciorum abyſſum, eſt quandoque in peccatis certa meta; de qua Chriſtus: Implete menſuram patrum veſtrorum; quam cum hominum peccata attingunt, infallibiliter Deus certa & decreta temporali pœna punit, etiam ſi alias culpam condonauerit, vt de Dauid legitur, cui Nathan dixit: Tranſtulit Deus peccatum tuum, nihilominus in filij morte punitus eſt, nec gladius de domo eius receſſit. Sic & Anaſtaſius ex Theodoreto dictum hoc interpretatur. ſed quæ hæc meta ſit, & penes quid attendatur, non tam ex grauitate peccati, quam ex diuini iudicij conſtitutione, forſan ob peregrinum peccandi modum, attendenda eſt, vt innuitur Leuit. 18. Deut. 9. & 12. Prou. 2. Iſaiæ 3. Hieremiæ 17. quia & pœna accidentalis eſt: ſed de his aliquando iterum redibit ſermo.

Anaſt. q. in Scrip. Theo. in proph. minores.

25 *Cum ergo ſol occubuiſſet*] Repetit hoc, vt commodius, quod de Abram ſacrificio dicere cœperat, compleret, & dilatio hæc moram Dei ad liberandum Iſrael de Aegypto præfigurabat.

26 *Et apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas*] Clibanus furnum paruum importat; lampas vero ignis, hic, quaſi facem igne accenſam: vnde & Iudic. 15. eodem nomine *Lapid*, vtitur pro face: tranſire vero per diuiſiones (ſicut ſolebant homines in fœdere ineundo) voluit Dominus ſub hoc ſymbolo ignis, quo vſus fuerat in rubo. vnde & ſtatim ſubditur, in illo die pepigit fędus Dominus cum Abram. Porro & ignem ſacrificium conſumpſiſſe arbitror, vt Deus ſibi placitum oſtenderet, nam iuxta Hebræorum conſuetudinem quidam dicunt, tranſire hoc loco, pro abſumere poſitum eſſe, vel potius tranſire abſumendo.

לפיד

27 *Semini tuo dabo terram hanc*] De ſemine Iſraelitico, ſcilicet, populo loquitur Dominus.

28 *A fluuio Aegypti, vſque ad fluuium magnum Euphratem*] Euphrates fluuius eſt terminans Palæſtinam Aquilonem verſus; fluuius vero Aegypti non Nilus, ſed paruum flumen eſt, quod Rinocorula appellatur, & terminus etiam Palæſtinæ eſt à parte Auſtrali, de quo Iſaiæ 27. quem Strabo eruptionem quamdam Euphratis per ſubterraneos meatus illapſam putat. hunc fert Auguſtinus per vrbem quamdam tranſire, quæ & Rinocorula dicta eſt, non procul à mari Syriaco, ex narium amputatione ſic dictam, eorum, qui illam ædificauerant; quorumdam ſcilicet latronum, quos Artiſanes Aegypti Rex in altum deſerti, amputatis naribus, remiſit. Porro hoc completum fuiſſe in Dauid 2. Reg. 8. & 3. Reg. 4. & 1. Paralip. 18. apparet. vel ſaltem impleri cęptum, & implendum, niſi gentis improbitas obſtitiſſet. Quod autem quidam opponunt, tunc Hebræos colonias ſuæ gentis illuc non emiſiſſe, nec vt ſuis poſſeſsionibus potitos, parum præſtat, quaſi vero non ſufficiat, Dauid, & Salomonem vltra fines à Ioſue deſignatos multis prouincijs ſubactis, partim voluntarijs imperaſſe. Hiſpaniarum vtique regnum, vſque ad Italiam, & Indos pertingere dicimus, etiam ſi Hiſpani non incolant regiones illas, & Valenciæ regnum Chriſtianorum erat, etiam ſi illius bona pars à principio ab Agarenis habitaretur.

Aug. q. in Ioſue, & Diod. l. 2. hiſt.

29 *Cinæos, & Canezeos*] Decem gentes numerat, quæ terram Chanaan incolebant; inter quas Raphaim gigantes ſunt, qui habitabant in Baſſan Deut. 3. Ex his, filij Lot, Moabitæ ſcilicet, & Ammonitæ duas illorum ſortes tenuerunt; tertiam vero Eſau. Iſraelitis itaque ſeptem regionis illius portiones relictæ ſunt. Hebræi enim hic ſubintelliguntur, ita vt omnes vndecim eſſent; Raphaim autem cum Amorrhæis computandi ſunt. Porro, pro Cinæos, & Raphaim, Chaldaica litera habet, Salamæos, & gigantes.

CAPVT XVI.

Igitur Sarai, vxor Abram, non genuerat liberos: ſed habens ancillam Aegyptiam *nomine*

c c f g h i K l m n o

,i. inſtinctu diuino. forſan expectato tempore ſoluto ad ſimilia. .i. ſterilem reddidit. .ſ. facto primum coniugio.

a b c d e f g h i k l m n o

Agar, dixit marito ſuo: Ecce concluſit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam,

f g h i k m n

quaſi proprios reputabat. non libidine, ſed filiorum deſiderio. vt daret in vxorem, non in ſociam domeſtica cura, vnde & concubina dicta eſt, & ancilla manſit.

a b c d e f g h i K l m n o

ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cumq. ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiam

m n o p a b

diuina conceſſione, quæ facta fuit & Patriarchis. & forſan omni populo Iſrael, habendi ſcilicet plures vxores.

a b c d e f g h i k l m n o p

ancillam ſuam poſt annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro

ſuo

c d e i x l m n o p
.i. congreſſus cum ea. *ſ. & putans, in filio Abra promiſſiones implendas, intumuit.* *non ſicut antea ad nutum obediendo, & aliquo forſan ſigno externo.*

a b c d e f g h i k l m n o p
ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam.

a b c d e f g h n o p q
Muliebri more putans ex blanditijs, quas apud Abram experiebatur ancilla eius, naſci deſpectum. *dicitur vulgo, mal me pagais.* *.i. vt tecum coniungatur, vt vxor.* *.ſ. Agar.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
Dixitq. Sarai ad Abram: inique agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ

g h i k l m
Hebraiſmus eſt, i. ius dicat contra te, pro me.

a b c d e f g h i k l m n o
videns quod conceperit, deſpectui me habet: Iudicet Dominus inter me, & te. Cui reſpondens

b c d e f g h i k l m n o
quia non ſumpſerat eam ad ſocietatem, vnde manebat ſicut antea ancilla. *Hebraiſmus eſt .i. in poteſtate tua.* *.i. te gere circa illam, vt bene viſum fuerit.* *rationabiliter, quaſi humiliante ipſam.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r
Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet. Affligente igitur eam Sarai,

a b c d e f
verſus Aegyptum. *modo humano loquitur, ipſi enim Dominum deprecanti, vt eius miſereretur, miſit angelum ad illam.*

a b c d e f g h i k l m n o p
fugam inijt. Cumq. inueniſſet eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine, qui eſt in

n o p a b c d p a b h i k l m n o p
deſertum Sur, quod & Agara ab Agar, inter Arabiam & Aegyptū, in quo & mons Sina ſitus eſt. *.i. qua itur in Sur, & inde in Aegyptum, quo illa, vtpote Aegyptia, feſtinabat.* *q. d. agnoſce te ancillam, & ei te humilia, nec te illi præferas.* *Non quod ignoret. ſed vt ex eius reſponſione conuenientius illam arguat.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
via Sur in deſerto, dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis, & quo vadis? quæ

b c d
Hebraiſmus eſt .i. à præſentia, vel à furore, ſiue propter Sarai.

a b c d e f g h
reſpondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.

S C H O L I A.

1 NON genuerat liberos] Aliqui legunt, ſibi liberos, ſibi, ideſt, Abræ; mulier ſiquidem data eſt in adiutorium viro ad prolem, quæ magis viris aſcribitur, quorum vi, genitura maxime perficitur. hinc Lucæ 1. Elizabet vxor tua pariet tibi filium. ſed quia in Chriſti conceptione commiſtio ſeminis non fuit, ideo Iſaiæ 7. & Matth. 1. Ioſepho non dixit Angelus, pariet tibi filium, ſed ſimpliciter pariet filium.

2 *Habens ancillam Aegyptiam, nomine Agar.*] Hanc ferunt fuiſſe filiam Regis Pharaonis, quam vna ex eius vxoribus, contemplata quid ibi Dominus propter Abram fecerit, tradidit Sarai in ancillam. Sed hoc non videtur veroſimile. Si enim de aliqua ex conſanguineis vxorum Pharaonis id dixiſſent, magis appareret credibile, ſed Scriptura id nō dicit, ſed ſolum fuiſſe Aegyptiam, & ancillam Sarai, & religione Hebræam, vt dicit Philo. *Philo de Abraham.*

3 *Ecce concluſit me Dominus*] Hebraiſmus eſt, ideſt, ſterilem reddidit.

4 *Ingredere ad ancillam meam*] Intelligendum eſt iuxta id quod infra dicitur: & dedit eam viro ſuo vxorem, non enim quaſi fornicario concubitu, de Abram, & Iacob ad concubinas acceſsiſſe, dicendum eſt, ſicut S. Thomas aduertit. adde, diuino oraculo id Saram Abrahæ ſuaſiſſe, non ſolum Ioſephus aſſerit, ſed & Auguſtinus confirmat. *S.T. 22. q. 154 ar. 2. ad 3. Ioſeph. 1. anti. Aug. 20. contra Fauſt. c. 32.*

5 *Si forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios.*] In Hebræo eſt, ſi quo modo ædificer ex ea, vt Hieronymus adnotat; & addit, quo modo forſan intelligendum eſt illud Exod. 1. Benedixit Deus obſtreticibus, & ædificauerunt ſibi domos. idiotiſmo igitur Hebræo, ædificari ex ea, eſt ſuſcipere ex ea filios, quos quaſi proprios reputabat. vnde & *Ben*, ideſt, filius, à *Banah* ortum habet, quod eſt ædificare, & vulgata phraſi ſic etiam loquimur, *es de la caſa de los Cerdas*, ideſt, *hijo de los Cerdas, ò de la caſa de los Guzmanes*, pro ſobole, *ò linaje*. *Hier. q. hebr. in Gen.* בן בנה

6 *Tulit Agar Aegyptiam.*] Experta iam ſuam ſterilitatem, ex deſiderio ſobolis, tulit Agar, vt in vxorem marito ſuo daret.

7 Et

ug.22. con-aF auſt,c.23 heod. q. 66. Gen. aban.in Gē. lb q.inGen.

7 *Et dedit eam viro ſuo vxorem.*] Auguſtinus, Theodoretus, Rabanus, Albinus, & ex recentioribus multi hoc abſque vlla reuelatione, aut diſpenſatione feciſſe dicunt, quod ſic conſuetum, & licitũ eſſet; vtpote nondum lege aliqua, aut naturę iure prohibitum, habere ſimul plures vxores; vnde Auguſtinus, vbi mos fuit, culpa non fuit. ſed præſtat dicere, diuina diſpenſatione, aliquibus Patriarchis, & forſan omni Iſraelitico populo conceſſum, vt propagaretur gens, in qua Dei cultus eſſet, licet aliqui prædicta conceſſione vti noluerint; eſt enim contra ſecundum matrimonij finem, qui eſt ſocietas in ijs, quæ ſunt domeſticæ curæ, & filiorum educatione: vnde Innocentius III. cap. Gaudemus, de diuortijs: Nulli vnquam licuit inſimul plures vxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum: quod & Ambroſius, & Auguſtinus alibi affirmare videntur, & Ioſephus, diuino inſtinctu Sarai, famulam marito in vxorem tradidiſſe ſcribit.

nnocentius3. Ambr. l.1. de Abram.c.4. Aug. to. 6. de nuptijs c.8. rop.fin. Ioſeph.1.ant. ap.10.

8 *Deſpexit dominam ſuam*] In quo Scriptura non exprimit. forſan non ita ad nutum, vt antea obediendo, vel oculorum motu, vt ex vi Hebraici ſermonis innui videtur; vel aliquo alio externo ſigno, quo, qui aliquem deſpiciunt, vti ſolent. iam enim quaſi in filio ſuo complendas omnes Abræ promiſſiones putauit, & quaſi ab illis excluſam Sarai deſpexit, & ipſa intumuit.

9 *Inique agis contra me*] Muliebri more ſuſpicata eſt, ex fauore, & blanditijs, quas Agar apud Abram experiebatur, oriri.

10 *Ego dedi ancillam meam in ſinum tuum*] Hebraiſmus eſt, ideſt, tibi illam coniunxi ad coniugalem copulam.

11 *Iudicet Dominus inter me, & te*] Hebraiſmus eſt, ideſt, ius dicat, culpabilem puniendo: aut ius contra te pro me dicat, qui mihi ingratus, ſuperbam vides, & ſuſtines; mihi præfers, nimium illam amans. huiuſmodi, ſolent quæribundę eſſe vxores, & moleſtare maritos.

12 *Ecce ancilla tua*] Per huiuſmodi matrimonia, quæ diuturna, & vera erant quantum ad coniugalem copulam, quandoque non aſſumebantur mulieres ad ſecundum officium, ſcilicet, vt eſſent ſociæ in domeſtica adminiſtratione, ſicut & Gellius etiam apud gentes id fieri conſuetum refert (quamuis in illis, in quibus non fuit diuina conceſſio, nec verum matrimonium erat) ſed ſi ancillæ erant, remanebant in eodem ſtatu. vnde illæ tantum, quæ in ſocias ſumebantur, dictæ ſunt vxores, & earum filij heredes; aliæ vero, concubinæ appellabantur; vnde & earum filij ex fornicatione naſci dicti ſunt, vt Ioan. 8. & ex adulterio, vt Auguſtinus, & refert Gratianus can. dixit Sara. 32. q. 4. Improprie tamen, & abuſiue, quomodo Auguſtinus, & aliqui alij ex Patribus intelligendi ſunt, qui, nulla facta coniugij mentione, Abram excuſare tantum videntur, quod non libidine, & Sarai conceſſione acceſſerit ad ancillã. vnde & Leo Papa can. Non omnis 32.q.2. ait: Non omnis mulier viro coniuncta, eſt vxor viri; & adducit exemplumde Agar. Cum igitur ad ſocietatem non aſſumebantur, vxores dictæ non ſunt, ſed concubinæ: cæterum, quantum ad actum coniugalem, veræ erant vxores, & abſque vllo peccato erat ad illas acceſſus.

Gel.l.18. .6.

Aug. l.2. contra aduerſarium legis c.9.

13 *In manu tua eſt, vtere ea, vt libet*] Hebraiſmus eſt, in manu tua, ideſt, in poteſtate tua; quod manu poteſtas puniendi, & vindicandi oſtendatur. Porro, vtere ea, vt libet, ideſt, ita gere te cum illa, & de illa diſpone, ſicut de ancilla tibi viſum fuerit.

14 *Affligente igitur eam*] Rationabiliter quidem, cum eius inſolentiam puniret; vnde & eadem vox Hebræa eſt hic, ſcilicet *Hanah*, quæ infra, cum ei angelus dixit, humiliare, ſed illi iam tumeſcenti viſa eſt afflictio intolerabilis.

15 *Cumq. inueniſſet eam angelus Domini*] Modo humano loquitur, quaſi obuiã ei factus, quam quæſiuiſſet: cũ enim dominũ deprecata eſſet, vt eius miſereretur, ſicut Ioſephus teſtatur, miſit angelũ ad illã. *Ioſeph.1. anti. cap.10.*

16 *Iuxta fontem aquæ in ſolitudine, quæ eſt in via Sur in deſerto*] Sur deſertum eſt inter Cades & Barad, extenditurq. vſque ad mare rubrum, quod ad Ægypti confinia peruenit, & verſus Ægyptum iter ceperat Agar, & deſertum Abgara Syriace ab Agar eſt appellatum, & mons Sinai in eodem ſitus eſt. Porro in via Sur, id eſt, quæ ducit ad Sur.

17 *Agar ancilla Sarai*] Quaſi dicat: ſeruilem te reſpectu Sarai agnoſcere debes, ac proinde nec ei præferri, ſed humiliari oportet; reuertere, nec vltro procedas, alioquin morieris. ſic refert Ioſephus. *Ioſeph.1. anti. cap.19.*

18 *Vnde venis, aut quo vadis*] Non quod ignoraret, angelus interrogat; ſed vt ex eius reſponſione conuenientius ipſam argueret.

19 *A facie Sarai dominæ meæ ego fugio*] Dominam vocat, quia ipſa non erat aſſumpta ad ſocietatem, ſed permanebat ancilla; & dum ſtatum humiliter confeſſa eſt, angelus commode humiliari eam oportere docet. Porro, à facie, communi Hebraiſmo, ideſt, à præſentia, vel, propter Sarai. Cæterum hoc loco etiam furorem Sarai importat, ſæpe enim facies pro furore ſumitur, vt Pſalm. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & Pſal. 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, & Thren. 4. Auerte faciem tuam à peccatis meis; & Iob 41. Quis reſiſtere poterit vultui tuo; & Oſeæ 7. Humiliabitur ſuperbia à facie eius.

e f g h l m n
iuxta Ioſephum, alioquin morieris *Hebraiſmus, illi .ſ., vt domina tua.*
a b c d e f g h i k l m n o
Dixitq. ei angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. Et

a c b d e g h i
in perſona Dei dixit. *Hebraiſmus. i. in maximo numero prolem tuam conſtituam.* *.i. filios.* *Hyperbole eſt .i. vix numerabitur.*
a b c d e f g h i k l
rurſum: Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.

e f g h m n o p
forſan ſuſpitata eſt ſe abortaſſe. *.i. exauditio Dei,* *nam orauit Deum, vt eius miſereretur.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Ac deinceps: Ecce, ait, concepiſti, & paries filium: vocabisq. nomen eius Iſmael, eo quod audierit

b c d e f g h i k l
.i. quod ſola, anxia, & neſciens, quod conſilium de ſe caperet, & quo ſe reciperet, & audiuit etiam orationẽ in afflictione factam. *quod ſicut onager ſilueſtris, & vagus, & in incertis ſedibus habitaturus.* *quod & vicinos impugnaret, & ab illis impugnaretur, q. d. neminem timentes poſteri eius, de quibus etiam fit ſermo.*
a b c d e f g h i K l m n o
Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium

g h k l m a
ad manendum, & ad prælia, cum oportuerit. *vocando illum Deum, vt ſtatim ſubditur, vel vocauit .i. inuocauit, Chaldæus: orauit in nomine Domini.*
a b c d e f g h i k l m
contra eum: & e regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula. Vocauit autem nomen

f i i
ſub. dicens. *.i. miſertus es.* *Chaldæus: videns omnia.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Domini, qui loquebatur ad eum: Tu Deus, qui vidiſti me. Dixit enim: Profecto hic vidi

a e f i l
quod faciem non eſſet intuita ſimilitudinis, in qua angelus apparuit, & cum voluiſſet (angelo diſparente) ipſum intueri, terga tantum viderit recedentis. *.i. dictus eſt.* *qui & fons, nam omnis puteus fons eſt, licet non è conuerſo.* *.i. immortalis.* *.i. miſerentis.*
a b c d e f g h i k l m
poſteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, puteum viuentis, & videntis me.

a b c d e f l p
& nunc demonſtratur, & dicitur puteus Agar. *edoctus ab Agar, eius, quod ei angelus prædixerat.* *.i. auditio Dei.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Ipſe eſt inter Cades & Barad. Peperitq. Agar Abræ filium: Qui vocauit nomen eius Iſmael.

h i
modus loquendi Scripturæ, in filijs, qui ex naturali commiſtione maris & feminæ orti ſunt.
a b c d e f g h i k l
Octoginta & ſex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Iſmaelem.

S C H O L I A.

ענה 20 *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius*] Eadem vox Hebræa, ſcilicet, *Hanah*, eſt hic appoſita, quæ ſupra pro affligente, vt diximus. Porro Ioſephus refert, adiunxiſſe angelum: (Ioſeph. l. 1. anti. c. 10.) nec vltro procedas, alioquin morieris. Iam, ſub manu illius, Hebraiſmus eſt, ideſt, humiliare illi, & eſto ei ſubiecta; vnde & communis phraſis etiam apud nos eſt, eſſe ſub manu alicuius, ideſt, eſſe ei ſubiectum, & ſubditum voluntati illius.

21 *Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum*] In perſona Dei loquitur: Non enim poteſt angelus propria virtute prolem concedere: & his verbis iam ſe manifeſtat cæleſtem eſſe, non terrenum hominem. Porro Hebraiſmus eſt, multiplicans multiplicabo, ideſt, in magno numero prolem tuam conſtituam: quod ſatis in Agarenis videmus, ex quo, iuxta ſectam ſuam, plures habent vxores.

22 *Et non numerabitur præ multitudine*] Hyperbole eſt, ideſt, vix numerari poterit.

23 *Ecce concepiſti, & paries filium*] Dicunt aliqui, eamdem eſſe hic vocem Hebræam, quæ Iudic. 13. quæ ſignificat, concipies; hinc Hebræi, quos aliqui ex noſtris ſequuntur, affirmant, præ itineris moleſtia Agar abortaſſe, & denuo fuiſſe diuinitus viuificatum fœtum. Sed certe non eſt talis vox, ſed potius eadem, quæ Gen. 38. præteritum ſonans, vnde optime Vulgatus vertit, concepiſti: quare non oportet miracula conſtituere. quamuis forſan ipſa putauerit ſe aborſum paſſam: in quo deceptam aſſerens angelus, conſolatus eſt eam.

24 *Iſmael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam*] Iſmael, ideſt, exauditio Dei, & hic primus, cui, antequam naſceretur, diuinitus eſt impoſitum nomen; afflictionem vero Agar vocat, quam habuit per deſertum ſola incedens, & cum labore, anxia, & ignorans quod de ſe conſilium caperet, & ad quos ſe reciperet, & forſan dubia de aborſu.

25 *Hic eſt ferus homo*] *Phere*, ideſt, onager, iuxta Hieronymũ, quod præ cæteris animantibus homines fugiat. qua metaphora Agarenos vagos, in- (פרא Hier. q. hebr. in Gen.) certisq. ſedibus deſcribit futuros, & ciuilium morum inexpertes; & ipſe Iſmael dilexit nemora, & venationes, & à iuuentute ſagittarius fuit, infr. 21. c.

26 *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.*] Quod qui ab eo,omnes gentes, quibus deſertum ex latere iungitur, incurſautes, ab eiſdem impugnantur; & cunctis gentibus agarenos infeſtos nouimus.

27 *E regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula*] Madianitis,& Arabiæ populis Iſmaelitas imperaſſe ex Gen. 37. cap. ſatis conijcitur: quod & prædictæ gentes Iſmaelitæ vocatæ fuerint, quæ omnia, Iſmaelem virum bellicoſum extitiſſe, atque in omnes manus inieciſſe fixis tentorijs ad bellum, oſtendunt, & in Agarenis etiam apparet, cunctis gentibus bellum indixiſſe, ex quo ſectam ſuam armis tuendam acceperunt.

28 *Tu Deus, qui vidiſti me*] Diſparente angelo, Deum, aut cæleſtem nuncium in perſona Dei agnoſcens,Dei nomine inſigniuit,dicens: Tu Deus, qui vidiſti me, ſicut & Gregorius animaduertit de angelo,qui in perſona Dei cum Moyſe loquebatur, quem ideo & Deum, & Dominum nominabat. Porro Deum videre,frequenter in Scriptura,Deum miſereri alicuius, importat: vt Gen. 22. & Threni. 1. 4. Reg. 14. Ezech.16. & alibi, ſicut & hoc loco, quòd conſolatus eam per angelum fuerit in anguſtijs,quib⁹ premebatur,& apparere ſoleat afflictis. *i. Gregorius.*

29 *Profectò hic vidi poſteriora videntis me.*] Forſan quod non viderit faciem eius, qui cum ea loquebatur,illius ſcilicet ſimilitudinis, in qua angelus ei apparuit,qnam cum intueri voluiſſet, diſparente,terga tantum videre potuit, quamuis Hebræi alias componant, huius loci expoſitiones iuxta diuerſas tranſlationes ſermonis Hebraici.

30 *Propterea appellauit puteum illum, puteum viuentis,& videntis me*] Antea fons dictus eſt,quod omnis puteus fons ſit, non tamen è conuerſo, vt Auguſtinus aduertit. Porro viuentis nomine, immortalitas deſcribi ſolet, quod ſemper viuat.Num. 14. Iſaiæ 49. Ierem. 14. & 22. Ezech.5.16.34.35.& alibi. videntis autem dicitur,modo expoſito, vt ſit ſenſus; puteus eius,qui eſt immortalis, & me afflictam videns,conſolatus eſt,& ab afflictione leuauit; qui puteus,iuxta Hieronymum, oſtenditur, & puteus Agar denominatur. Iam, appellauit, pro eo, quod dictus eſt,ſiue impoſitum eſt ei nomen. ſunt enim,qui ab Abram ſic dictum exiſtiment. *Aug.ſup.Ioan* *Hier. q. hebr. in Gen.*

31 *Ipſe eſt inter Cades, & Barad*] Barad locus eſt medius inter Cades & Hebron.

32 *Qui vocauit nomen eius Iſmael*] Admonitus ſcilicet Abram ab Agar, eius, quod ipſi angelus prædixerat.

CAPVT XVII.

k l
per ſeipſum, & non per angelum in ſimilitudine quadam creata.
a b c d e f g h i k l m
Poſtquam vero nonaginta & nouem annorum eſſe coeperat, apparuit ei Dominus: Dixitq.

c d f g h l
q.d. præſtare potero,quæ tibi pollicitus fuero. *Hebraiſmus. i.fac quæ meo aſpectu digna fuerint,ſiue da operam, vt mihi placeas.* *.i. tendens ad perfectionem.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus. Ponamq. foedus meum inter

d e f g h l m n
Hebraiſmus, per exaggerationem, non ſolum prole, ſed & bonis cumulabo, vtroque nimis. *.ſ. in gratiarum actionem.*
a b c d e f g h i k l m n o p
me,& te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem: Dixitq. ei

b c d e f i x l
q. d. ſicut à me ſum, ac proinde indeficiens; ita pactum meum firmum, ac ſtabile erit. *non ſolum per Iſaac ſuis, ſed & per Iſmaelem, & Eſau.*
a b c d e f g h i k l m n o
Deus: Ego ſum, & pactum meum tecum, erisq. pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur

c f g
.i. pater excelſus. *.i. pater multorum.* *cauſam impoſitionis illius nominis reddit.*
a b c d e f g h i k l m
nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te.

c e f g h i k l m n
in prole, & bonis. *.i. patrem multarum gentium dabo te, vt ſupra dixerat.* *vt patet ex libris regum, completum.*
a b c d e f g h i k l m n
Faciamq. te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, regesq. ex te egredientur.

l m n o p q r

.i. poſteros tuos. .i. etiam te vita functo. futuris ex ſemine tuo, ſiue ex filijs tuis, & temporibus ſuis, ſeu ætate ſua.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis

b c d e f g h i k l p q

dum ſ. ſemen, vt tuum erit. hoc eſt pactum, & fœdus, quod cum Abraham iniit, & cum ſemine illius. qui omnium Deus per creationem eſt, vnius populi per ſpecialem cultum, & veram fidem & appellationem. .i. poſteris tuis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

foedere ſempiterno: vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Daboq. tibi & ſemini tuo terram

c d e g h i k l

.i. non ſolum quam peregrinatus es, ſed omnem terram Chanaan. .ſ. dum ſemen fuerit Abrahæ. per ſpecialem familiaritatem, & denominationem.

a b c d e f g h i k l

peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, eroq. Deus eorum.

i K l n p q

.i. cuſtodi. .i. ſignum pacti. .i. poſteri tui. .i. te vita functo.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in

r a b e f o p

.i. filijs, quos habebunt, & ſui ſæculi ſingulis. .i. ſignum pacti. .i. poſteros tuos.

a b c d e f g h i k l m n o p

generationibus ſuis. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & uos, & ſemen tuum

f g k l m

quia per parientem, peccatum; & per filium ſ. Christum, remedium. quia per generationem peccatum originale contrahitur, & Chriſtus adhuc ex ſemine Abrahæ naſciturus erat.

a b c d e f g h i k l m

poſt te: Circumcidetur ex vobis omne maſculinum: & circumcidetis carnem præputij veſtri,

d e l m

proteſtatiuum, & diſtinctiuum. iam dicti, quod populus Dei, & Deus ipſorum. quia antea non pane ſolidatum corpus, vnde nec animalia tunc oblationibus, & ſacrificijs apta. Nec poſt, ne ex amore parentes retardarentur à debito.

a b c d e f g h i K l m n o p q

vt ſit in ſignum foederis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne

q a b c d f h

fœmina non nupta, gratia parentum, nupta, gratia maritorum, qui circum ciſi erant de populo Dei. .i. veſtris ſæculis, & temporibus. .i. domi natus. licet non domi natus, per emptionem tamen acquiſitus.

a b c d e f g h i k

maſculinum in generationibus veſtris: tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur, &

a b c d e f h i k l m n o p

.ſ. voluerit tam populo veſtro, quam ritibus veſtris aſcribi. .i. ſignum pacti. indelebile, vt pacti recordemini. .i. inuiolabile, dum ſemen fuerit Abrahæ.

a b c d e f g h i k l m n o p

quicumque non fuerit de ſtirpe veſtra: eritq. pactum meum in carne veſtra in foedus æternum.

a e f g i h i k l m n

ſiue adultus, ſiue non. niſi ob impedimentum ſacramento alio legis naturæ ei occurrerint, quia tunc ſaluabitur quidem, licet tẽporali populo non aſcribatur. .i. homo ille. .i. non ſaluabitur cum ſanctis, nec numerabitur in populo, vt vnus de illo, etiam ſi de ſtirpe Abrahæ ſit.

a b c d e f g h i K l m n o

Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia

a b c d

in adultis, quantum de ſe eſt, culpabiliter, in pueris quaſi nullum fuit reſpectu illorum, licet non per culpam propriam.

a b c d

pactum meum irritum fecit.

SCHO-

S C H O L I A.

1 **A**PPARVIT ei Dominus.] Ex nomine tetragrammaton, quo Scriptura vtitur in hac apparitione, & ex multis alijs, quæ hoc innuere videntur, ſatis probabiliter exiſtimant aliqui, non Angelum, ſed ipſummet Deum hic Abramo locutum fuiſſe; quandoque enim per ſe ipſum, & diuinum verbum in ſimilitudine humana, quandoque per angelum apparuiſſe, & locutum fuiſſe credimus; & ſic Patrum variè circa hoc ſententiæ intelligi poſſunt, eorum ſcilicet, qui angelum fuiſſe contendunt; inter quos Auguſtinus, Hilarius, Cyrillus, & Gregorius; & aliorum, qui ipſummet verbum diuinum, de quibus ſunt Tertullianus, Iuſtinus Martyr, Euſebius, Ambroſius, Nicephorus, Philippus presbyter, & Cantacuzenus.

Aug. 11. in Gen. ad liter. Hilarius 12. de Trin. Cyr. in 3. cap. Ioan. Greg. in praf. mor. Tertul. contra Iudæos de natiuit. Chriſti. Euſeb. l. 7. demonſtr. Euan. c. 3. & l. 1. hiſt. Eccl. c. 2. Iuſtin. contra Tripho. Ambr in c. 1. ad Coloſſ. Nicep. l. 1. hiſt. Eccl. c. 2. & 5. Phil. lib. 2. in Iob. c. 20. Cantac. ap. 12.

2 *Ego Dominus ſum omnipotens*] Quod dixit, vt quæcumque ei promitteret, poſſe Deum opere complere non dubitaret. Omnipotens autem vere dicitur Deus per reſpectum ad poſſibile abſolute, quacumque potentia fieri poſſit; quod enim poſſibile non eſt abſolute, ideſt, quod ex terminis contradictionem implicat. ſic S. Thomas.

S. T. p. p. q. 25. a. 8. corp.

3 *Ambula coram me, & eſto perfectus*] Septuaginta: complace coram me; Chaldæus: ſeruies coram me. ſubintelligendum eſt ad nutum obſequens. ambulare quippe more Scripturæ, aliquando pro co, quod eſt viuere, ſeu conuerſari ſumitur, vt Pſalm. 14. & 100. & ad Rom. 8. Ambula ergo coram me, Hebraiſmus eſt, ideſt, ſic viue, vt mihi beneplacitum cognoueris, & opera fac digna meo aſpectu. Sumiturq. hic loquendi modus, ex quo nihil ita hominum mores, greſſus, actiones, verbaq. componit, quam ſi coram principe ſuo quis ſe aſtare iudicet, qui cuncta videat, & contempletur, grata ne ſint ei, an diſpliceant, iuxta illud Lucæ 2. In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo. Porro, & eſto perfectus, tendere ad perfectionem importat, ſicut Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, non quòd iuuenis ille continuo illud faciens, perfectus foret, ſed per illud ad perfectionem tenderet. Septuaginta legunt: eſto irreprehenſibilis.

4 *Et multiplicabo te vehementer nimis*] Sæpe de his fœdus repetit, quod ſecurum illum reddat. Porro idiotiſmo iſto maximam prolis multitudinem, & bonorum affluentiam intelligit.

5 *Cecidit Abram pronus in faciem*] Non genuflexione, ſed ſuper faciem poſtratus, quod coram Regibus, & Principibus in honoris ſignum fieri conſueuit, ſicut nos reuerenter genuflectimus; & Magos Chriſto ſimili poſtratione reuerentiam exhibuiſſe legimus. qui omnes externi motus animi pietatem & reuerentiam præſeferunt, ac ideo adorationes vocari cœptæ ſunt.

6 *Dixitq. ei Deus, ego ſum, & pactum meum tecum*] Quaſi dicat; cum à meipſo eſſe habeam, & non ab alio, *y no de à carreo*, ita indeficiens ſum, & immutabilis, ac proinde & pactum meum firmum erit, & ſtabile.

7 *Eriſq. pater multarum gentium*] Quia non ſolum Iſraelitarum, ſed & Iſmaelitarum, à quibus Agareni; & Idumæorum, ab Eſau; & licet non ſecundum carnem, tamen ſpiritualiter pater omnium credentium.

8 *Sed appellaberis Abraham*] Vnam ex literis, vt iuxta Hieronymum aduertunt Hebræi, ſui ineffabilis nominis addidit Deus nominibus Abrahæ, & Saræ, ſcilicet *He*, quæ apud Græcos, & Latinos ſonat A; apud Hebræos vero eſt ex literis quieſcentibus; & iuxta aliquos nomen Abraham, ex duabus dictionibus conſtatur, Abram ſcilicet, & Hamon, vnde, niſi ob cacophoniam, Abramhamon eſſet dicendum, quod patrem multarum gentium ſignificat, vt ſtatim in ſacro textu (ſicut & de alijs nominum ſignificationibus fieri ſolet) ſubditur, quod non plene attendentes aliqui id negarunt. antea ſiquidem Abram, patrem excelſum ſignificabat, quod etiam ſine numeroſa prole contingere poſſet. Cæterum ex hac nominis noua impoſitione ſeu mutatione, cum Abraham circumcidi præcipitur, vt Magiſter Hiſtoriarum aduertit; tam in veteri lege, cum circumcidebantur, quàm in noua, cum Baptiſmatis aquis tinguntur, nomina imponi ſolent. quinimmo & ſolenne fuit, vt quos Dominus ad ſingulare munus elegerit, nouum etiam nomen illis indat, per hoc ſignificans, eos oportere alios eſſe, quàm fuerint, ſicut in Abraham, Sara, Ioanne & Petro factum legimus: putaremq. hinc originem ſumpſiſſe, quòd & Pontifices, & Reges, cum ad eam dignitatem aſſumuntur, nomen immutent, ſicq. & Pharao Ioſepho nomen nouum indidit.

Hier. q. hebr. in Gen. ה

9 *Et ponam te in gentibus*] Ideſt, faciam ex te gentes multas oriri; & eſt quod ſupra dixerat, patrem multarum gentium faciam te; quod etiam reſpectu illorum, qui ab Iſmaele, & Eſau propagati ſunt, plures intelligi volunt. ab illo itaque multæ gentes ortæ ſunt, quales Iſmaelitæ, Idumæi, Madianitæ, & Iſraelitæ.

10 *Regeſq. ex te egredientur*] Ex libris Regum hoc impletum fuiſſe, ſatis aperte conſtat. Idumæorum præterea, & Madianitarum, & Amalechitarum gentes, & earumdem gentium Reges quamplurimi ab Abrahamo nomen traxerunt.

11 *Et ſtatuam pactum inter me & te*] Quod apud Græcos teſtamentum, pactum etiam eſt iuxta Hieronymum (licet aliquibus abſque rationabili cauſa aliter viſum ſit) quod quandoq. per methonimiam ſignum pacti pactum etiam vocatur, ſicut cum circumciſio ipſa in hoc cap. infra & pactum & ſignum nominatur.

Hier. q. hebr. in Gen.

12 *Inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno*] Auguſtinus etiam, iuxta profanos aſſerit, ſi tempore, quo creatura durat, (quæ æterna non eſt) pactum perſeueret, æternum dici. Sed huic addendum eſt, quod ſupra animaduertimus, tempore, ſcilicet, quo durat, vt ſemen Abrahæ; at cum per peccatum iuxta dictum Chriſti Domini, iam ex patre diabolo potius fuerint, non iã populus Dei, nec Deus illius populi, ſ. filiorũ Abrahã

Aug. tom. 4. in Gen.

ſecundum carnem, licet ſemper in filijs Abrahæ ſecundum fidem fœdus hoc permanſerit. Porro ſi ad carnalem generationem hæc referantur, conſtat non fuiſſe ſempiternum, ſed ad longum tempus: nam *holam*, Hebræis, non ſolum ſempiternum, ſed etiam diuturnum ſignificat. Iam, poſt te, ideſt, te mortuo, at generationibus ſuis, ideſt, ſuo ſæculo, vel ætate, Hebraiſmi ſunt.

עלם

S.T. 1.2.q.102 ar.5. ad 3.

13 *Vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.*] Hoc fuit pactum, ſecundum S. Thomam, vt qui per creationem Deus eſt cunctorum, per ſpecialem, & verum cultum ſit Deus fidelium, & fideles, populus eius, vt aduertit Didymus Alexandrinus; quod antea fuit in Iſraelitarum populo, modo in Chriſti Eccleſia, & populo Chriſtiano. adde, multam illorum curam prædictis verbis polliceri, & diuinum ſubſidium.

14 *Daboq; tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis, & omnem terram Chanaan.*] Quoniam non omnem terram Chanaan peregrinatus fuerat Abram, ideo additur: & omnem terram Chanaan, quaſi dicat, non ſolum eam, quam tu peregrinatus es. Quod vero ſubditur: In poſſeſſionem æternam, intelligi debet, ſicut diximus, dum ſemen tuum fuerit; & etiam quod addit: Et ero Deus eorum, ſimiliter ſpeciali modo, per verum ſcilicet cultum, fidem rectam, verbum Dei, & communem appellationem, vt dicatur populus Dei, & Deus eorum, qui per creationem Deus omnium eſt.

15 *Et tu ergo cuſtodies pactum meum.*] Imperatiue intelligendum eſt, ideſt, cuſtodi. De pacto vero loquitur vnius fidei, & cultu vnius veri Dei. Quod vero ſubditur: Et pactum meum, quod obſeruabitis, per methonymiam, ſignum pacti, ſcilicet circumciſio, pactum dicitur.

16 *Circumcidetis ex vobis omne maſculinum.*] Abraham, ex quo promiſſionibus Dei credidit, præſertim de futuro ſemine, ideſt, Meſſia, meruit ſibi dari primo ſignum hoc, vt Paulus ad Rom. 4. docet, quod re vera fuit illius pacti ſignum, & proteſtatiuum fidei vnius veri Dei per ſpecialem cultum, per quem à cæteris gentibus ſecernebantur: qua etiam ratione merito primo datum fuit Abrahæ, qui ex Dei mandato ab infideli populo ſegregatus eſt. Porro, cum hoc ſignum etiam ad delendum originale peccatum ſit à Deo traditum, quod non à matre, ſed à patre contrahitur, ideo maſculus circumcidi præcipitur, qui licet ex vi circumciſionis, vel ex ſola circumciſione, non iuſtificetur (quo modo intelligendi ſunt Chryſoſtomus multis in locis, & Theodoretus, qui aliter, quam par eſt, verbis ſentire videntur) iuſtificantur tamen ex fide venturi, adhibita externa circumciſione. Feminis vero ſacramentum initiationis non deerat ex lege naturæ, ſacrificium ſcilicet cum parentum fide, quod in lege veteri admiſſum (vt Strabus & S. Hieronymus aduertunt) cum Deo ſiſtebantur, fieri conſueuerat, & ad populum illum, pertinebant etiam ratione circumciſionis, non propriæ, ſed innuptę, gratia patrum, nuptæ vero maritorum gratia, qui circumciſi erant.

Ioſeph. l. anti. Theod. q. 67. in Gen.

Chryſ. ho. 27. & 29. & 40. Theod. q. 67. in Gen. S.T. 3.p.q.62 ar. 6.

Strabus. H. q. q. hebr. in Gen. S. Tho. 12. q. 81. ar. 1. ad 2. & ar. 5. ad 2. & 21. q. 102. a. 5. ad 1. & 3.p.q.66 ar.7 ad 3. & q.70. ar. 1. ad 3.

17 *Et circumcidetis carnem præputij veſtri.*] Vbi primum inobedientiæ ſtimulum ſenſit homo, vt Albinus aduertit, obedientiæ ſignum recipit, quo originalis macula ex fide Chriſti venturi deleretur, qui cum adhuc ex Abrahę ſemine futurus erat, merito in propagationis inſtrumento ſignum fieri præcipitur, & in carne, vt ſic nec initi pacti obliuio eſſe poſſit, nec futuri remedij, in ſemine ſcilicet Abrahæ, nempe, Chriſto domino, quod & ante eius aduentum per ipſius fidem, circumciſione adhibita, originale peccatum delebatur.

Alb. q. in Gen.

18 *Infans octo dierum circumcidetur in vobis.*] Octauo die, non antea, cum valde tenelli eſſent, & grauiter lædi poſſent. (Plutarchus qu. Romanis qu. 102.) & quaſi quoddam nondum ſolidatum reputantur: vnde nec animalia ante iſtum diem offerebantur in oblationem, aut ſacrificium, Leuit. 22. & Iuſtricius eſt dies octauus, etiam apud gentes, in quo & nomina filijs, quibus à patre ſecernerentur, imponebantur: nec amplius differebatur circumciſio, ne creſcente parentum amore in filium, ne ex dolore à debito retardarentur; quæ enim de correſpondentia, & planetarum influxu circa hos dies dicuntur, irrationabiliter dici iudico. ſi vero ante octauum diem puerum mori contingeret, ſaluari poterat in fide parentum cum aliquo externo ſigno, & ſimiliter, ſi ob debilitatem, etiam poſt octo dies circumcidi non poſſet. in his enim caſibus adhiberi poterant, quæ in lege naturæ remedia ad peccatum originale fuerant.

S.T. 12. q. 102

19 *Tam vernaculus, quam emptitius.*] Ideſt, tam is, qui domi natus eſt, quam is, quem per ſolam emptionem acquiſieris.

20 *Et quicumque non fuerit de ſtirpe veſtra.*] Inter vos tamen commorari, & veſtro populo & ritibus aſcribi voluerit; ſic intelligendum eſt.

21 *Eritq; pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum.*] Ideſt erit ſignum hoc in carne veſtra, tamquam indelebile eius pacti & fœderis ſignum, vt ſcilicet ſim vobis in Deum, & vos in populum; quod æternum erit, dum ſcilicet ſemen, vt tuum, permanſerit. Porro hoc loco repetuntur in textu Hebræo quaſi eadem verba: circumciſione circumcidetur natus domi tuæ, & emptus argento, & ſic habentur in Chaldæo; quæ non ſunt expreſſa in Vulgato; licet ſint in Hebræo, vbi frequentes eſſe ſolent huiuſmodi repetitiones.

22 *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit.*] Auguſtinus cum Græcis legit: Maſculus, cuius præputij caro in die octaua circumciſa non fuerit. Quare coactus fuit hunc locum exponere de paruulis, & dicere Deum minari paruulis mortem æternam, quæ peccato originis debetur; quia pactum ſcilicet, de non edendo de ligno boni & mali, irritum fecerunt: illud enim pactum ſolum paruuli præuaricare potuerunt. De quo videndus eſt Auguſtinus de ciuitate Dei, & libro ſecundo de peccato originali, & libro ſecundo de nuptijs, & concupiſcentijs. Cæterum verba illa, in die octauo, non ſunt in codicibus Hebraicis, nec in Chaldæa, nec in noſtra Vulgata correctiori editione. Quare certe hic ſermo eſt de adultis, qui, vel ſe, vel filios circumcidere renuunt, & de pacto circumciſionis; cum expreſſe in hoc capite dicatur: Hoc eſt pactum, quod obſer-

Aug. 16. de ciu. Dei. c. 27. & l. 2. de pec. orig. c. 30. & 31. & l. 2. de nuptijs, & concupiſcentijs, c. 11.

nabitis, circumcideretur in vobis omne maſculinum.

22 *Delebitur anima illa de populo ſuo.*] Auguſtinus ſequens Græcorum lectionem, & de infantibus intelligens, per verba hæc, priuationem vitæ æternæ intelligit; quod nullum aliud eſſet remediũ ad peccatum originale, de lege ordinaria, pueris poſt octauum diem à natiuitate, niſi circumciſionis. Iſidorus etiam licet de adultis interpretetur etiam vult interminationem vitæ æternæ prædictis verbis intelligi, tum quod adultis ex genere Abrahæ, de lege ordinaria, non eſſet aliud remedium ad peccatum originale, niſi circumciſionis, tum quod ſub peccati mortalis pęna ad illam tenerentur adulti ex genere Abrahæ, vt ſe ſcilicet circumciderent, & paruulos ſuos poſt octauum diem. Cæterum licet ſic reuera eſſet, vt ſub peccati mortalis reatu, pactum circumciſionis ſeruare tenerentur, & per conſequens priuationem vitæ æternæ mererentur: tamen prædictis verbis ſolum minantur pęnas alias minores, licet alias grauiſſimæ eſſent: vt ſcilicet non eſſe de populo Dei; per circumciſionem enim, tantum populo Dei aſcribi poterant, etiam ſi de ſtirpe Abrahæ nõ eſſent, nec participes eſſent diuinarum promiſſionum, illi peculiari populo factarum, nec ius haberent poſſidendi terram promiſſam, quæ omnia exterminandi voce, ſeu delendi de populo, intelliguntur; verumque enim verbum *Charab* importat, exterminare ſcilicet, & delere, quæ omnia pertinebant ad quandam velut excommunicationem, vt ita dicam; ſiquidem pęna hæc paſſiua in Scripturis ponitur, contra eos qui cæremonias aliquas omitterent. vt Exod. 12. & 31. Leuitici 7. 17. 18. 19. 20. & 23. Num. 18. & 19. quæ omiſſiones non videntur dignæ tanta pęna, qualis eſt priuatio vitæ æternæ, vt ſcilicet, qui tetigerit cadauer, qui ſe aqua non abluerit, & huiuſmodi. Quod autem Iudæi interpretantur de morte corporea, quod ſub corporeæ mortis interminatione præcepta fuerit circumciſio, & ſic, quod ante quinquageſimum annum obirent, qui illam negligerent, & quod ſine liberis diſcederent, non eſt adeo certum; immo nec alicui graui fundamento innititur; ex facto enim Moyſi, quem angelus occidere voluit, quod filium non circumcidiſſet, non licet inferre, communem hanc pęnam omni populo iniunctam fuiſſe. כרת

23 *Pactum meum irritum fecit,*] ideſt, non ſeruauit, ac proinde quantum de ſe eſt, irritum fecit & nullum, & ſignum fęderis mei neglexit.

.i. princeps mea, ſeu domina mea. — *.i. princeps, ſiue domina.*

Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram.

fœcunditatem tribuens, cum ſit ſenex, & ſterilis. — *.i. largiturus multa bona, quæ ſubduntur in textu.* — *quia, & Iſraelitæ, & Idumæi ex eo.*

Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum, eritque in nationes,

vt in libris Regum completũ deprehenditur. — *.ſ. filio, iux. Hebræum, ex ea ſit Chaldæus, ſcilicet Sara, Septuaginta ex eo .ſ. filio.* — *in gratiarum actionem.* — *proſtratus Deum adorando.* — *præ exultatione, non ex irriſione, aut diffidentia.*

& Reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, dicens in corde

non dubitantis, ſed admirantis verbum eſt. viſteu tal coſa. — *confert naturæ inſufficientiam cum magnitudine promiſſi.* — *non renuendo, aut diffidendo de promiſſo, ſed dubius de ſenſu, & ſollicitus de Iſmaele.*

ſuo: putaſne centenario naſcetur filius? Et Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad Deum:

quaſi dicat hoc mihi ſatis eſſet ſi Iſmael, &c. — *Hebraiſmus .i. viuo, vel te ſeruante; & eius vitam approbante.* — *expreſſius loquitur, quam antea.*

Vtinam Iſmael viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, ה

.i. riſus, ex riſu .ſ. Abrahæ. — *quod .ſ. tecum etiam pepigi.* — *.ſ. dum ſemen Abrahæ fuerit.* — *.i. poſteris.*

uocabiſq; nomen eius Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini יצחק

.i. ipſo etiam iuſto functo; — *.i. ſequentia bona largiar illi.* — *numero & magnitudine illius ſobolem.*

eius poſt eum. Super Iſmael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo

enim

duodecim enim Reges filios habuit, à quibus tota Arabia nuncupata eſt. *in numero, & potentia.* *quod. ſ. verum ſtatui, quod ſ. populus meus, & ego Deus eorum cum ſigno circumciſionis, & de Meſſia ex eius poſteris.*

eum ualde: duodecim Duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Pactum uero meum

ſ. Dei.

ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. Cumq; finitus eſſet ſermo loquentis

i. diſparuit viſio quaſi in calum tendens. *iuxta iniunctum Dei.*

cum eo, aſcendit Deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes

i. domi natos. *qui domui ſua, & populo Dei aſcribi hoc ſigno voluerunt.*

uernaculos domus ſuæ: vniuerſosq; quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ:

omnium.

& circumcidit carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abraham

vnde & Agareni tertiodecimo anno circumciduntur.

nonaginta & nouem erat annorum quando circumcidit carnem præputij ſui. Et Iſmael filius tredecim

eadem die, & eadem

annos impleuerat tempore circumciſionis ſuæ. Eadem die circumciſus eſt Abraham, & Iſmael

qui ſe aſcribi domui illius, & populo Dei conſenſerunt. *i. domi nati.* *qui pretio ſeruiebant, & aſcribi populo Dei conſenſerunt.*

filius eius. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi quam emptitij, & alienigenæ pariter

circumciſi ſunt.

S C H O L I A.

Hier. q. hebr. in Gen.

24 *Sed Saram.*] Irridet & merito Hieronymus illos, qui vnum, r, additum nomini Saræ affirmant, ita vt cum duplici, rr, ſcribi & pronunciari debeat, & cum apud Græcos littera, r, centenarium ſignet, varia de hac re myſteria confingunt; cum tamen Saræ nomen non Græcum, ſed Hebræum ſit. ſolum igitur ei addita eſt, *He*, quæ quieſcens eſt, & iuxta Hieronymum vt, a, pronunciari debet, dicendo, Sara, & detracta eſt littera, i, cum qua principem domus ſignificabat, quaſi vnius domus matrem familias, Sara vero principem ſine addito, quaſi ſine limite multorum matrem ſignificat Græce *Arluſa*, Hebraice *Sarah*.

ה

שרה

ἀρλούσα

25 *Et benedicam ei.*] Non enim ſola naturæ vi, ſed magis gratiæ ſiue gratuito adiutorio, & miraculoſe concepit, quæ quaſi emortuam iam vuluam habebat, fecunditatis itaque benedictionem Deus illi contulit.

26 *Cui benedicturus ſum.*] ideſt, cui multa bona largiri decreui, quæ autem illa ſint, ſtatim ſubdit: eritq; in nationes, vt conſtat de Iſraelitico populo, & de Idumæis, ex Eſau; & addit: & Reges populorum orientur ex eo, quod ex libris Regum impletum fuiſſe notum eſt. Ioſephus addit: Et filios Iſaac Deum pollicitum Abrahæ iure belli occupaturos vniuerſam Chanaam a Sydone vſque ad Ægyptum.

Ioſeph. 1. ant. cap. 10.

27 *Cecidit Abraham in faciem ſuam.*] In gratiarum ſcilicet actionem Deum adorans, ſicut hoc eodem capite dictum eſt.

Chryſ. ho. 40 in Gen. Amb. in Gen. & lib. 1. de Abraham c. 4. Hier. q. hebr. in Gen. Aug. To. 3. de locis Gen. & To. 4. 16. de ci. Dei c. 26. Theoph. in iſtũ locum. Alb. q. in Gen. Rupert. l. 5. in Gen. c. 35.

28 *Et riſit in corde ſuo.*] Præ exultatione læti nuntij, vt iuxta verba Pauli ad Roman. 4. Patres Chryſoſtomus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Theophilactus, Albinus affirmant. vnde nec reprehenditur ſicut Sara, cum riſit. non igitur præ

incredu-

Hier. l. 3. contra Pelagia. Chryſ. ho. 40. in Gen. & ho. 6. de pœniten.

incredulitate aut irriſione, ſicut Sara. ſi enim Hieronymus,& Chryſoſtomus alibi videntur aliud ſentire,vel appoſitũ fuit ab alijs,(Chryſoſtomo in textu Græco,quia homilia 40.nõ eſt in codice Latino) maxime cũ alibi nobiſcum conſentiant,aut certe in melius ſententiam mutarunt. ridere quippe in ſacra Scriptura aliquando non irriſionis, ſed magis lętitiæ ſignum eſt, vt Prouerb. 31. de muliere forti dicitur: Et ridebit in die nouiſſimo & Lucæ 6.Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. vnde in Chaldaico legitur: & gauiſus eſt,vbi nos habemus: & riſit.

29 *Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet.*] Non dubitantis verba ſunt, ſed admirantis potius tantum beneficiũ, & conferentis illud cum impari naturæ facultate: quaſi dicat, mirabile quidem eſt. quandoq; enim nos præ admiratione rei, quam certo ſcimus, vidiſtis ne vnquam tale, dicimus: *Es poſſible que tanta merced ſe me haga, ſiendo tan viejo? viſteis tal coſa?* ſic 1.Reg.Numquid reuelatus fui? & Ezech. 8. Numquid non tu vides? in omnibus enim his tribus locis eadẽ particula *Ha* in Hebraico ponitur, eamdemq; vim retinet.

ה

30 *Vtinam Iſmael viuat coram te.*] Hebraiſmus eſt, ideſt, te conſeruante. paterno ſiquidem amore quem natum habebat diligens, de illius vita & bonis ſollicitus fuit; non quaſi impoſſibile, aut renuens quod de filio Saræ audierat, ſed quaſi præ beneficij exuberantia, etiam ſolo Iſmaele ſuperſtite,ſatis conſultum ſibi oſtendens:ſicut conſueuimus dicere,cũ à principe magno beneficio donati ſumus, ſi maius offert, non præ incredulitate, ſed prę oblati magnitudine; mihi quod habeo ſufficientiſſimum eſt, quo tibi inſeruire poſſim, *Io que tengo me ſobra y acierte yo con ello à ſeruir à v. m.* & non renuimus proinde oblatum. Nec deſunt, qui nec irrationabiliter dicant, Abraham non plene intellexiſſe verba Dei,ſicut ſonant,de filio Saræ,an ſcilicet ſecundum aliquod myſterium dicta fuerint, ſed in confuſo, vt lętum nuncium concepit.Non igitur infirmatus in fide, ſed dubius de verborum ſenſu, interim pro Iſmaele deprecatur: at Dominus & apertius de Iſaac exprimit, quod dixerat, & pro Iſmaele etiam exauditum fuiſſe Abrahamum indicat. Porro ſunt qui verba iſta: vtinam Iſmael viuat coram te, intelligant, quaſi dicat: ita pie ac ſancte degat, quo religioſis moribus tibi placeat; addendum tamen exiſtimo, ſic vt longęuam vitam à te mereatur; quod patet ex reſponſo Domini, maxime apud Ioſephum, futurum ſcilicet longęuum.

Ioſeph. l. anti. c. 10.

31 *Vocabiſq; nomen eius Iſaac.*] Quatuor fuiſſe aduertit Hieronymus, quorum ante natiuitatem pręcognita fuiſſe nomina legimus in veteri teſtamento, ſcilicet Iſmaelem, Iſaac, Salomonem & Ioſiam. Porro à riſu Patris, vt etiam Hieronymus ibidem aduertit, impoſitum eſt nomen Iſaac, ideſt riſus, vel quod lętitiam attulit parentibus eius natiuitas.

Hier. q. hebr. in Gen.

Hier. vbi ſup. & Aug. l. 16. q. in Gen. & Alb. q. in Gē.

32 *Et conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum,*] ideſt pactum, quod tecum pepigi, & cum ſemine tuo, de Iſaac & eius filijs intellige, quod ſcilicet populus meus, & ego Deus illorum futurus ſim,circumciſionis ſigno adhibito.

33 *Ecce benedicam ei.*] Deprecatus fuerat Abraham pro Iſmaele, vt ſcilicet filij eius reputarentur in ſemine propagando, & exauditum illum fuiſſe dicit Dominus, & benedicendum Iſmaelem; in quibus vero ſubdit: in multitudine ſcilicet, & magnitudine prolis. quamuis & Hebręi etiam dicant, iuſtum Abraham non ſolum pro temporalibus bonis Deum oraſſe, ſed etiam pro ſpiritualibus, exauditumq. fuiſſe; ac proinde Iſmaelem bene cum Deo vitam finijſſe.

34 *Duodecim Duces generabit.*] Duodecim enim filios Reges habuit, à quibus omnem Arabiam nuncupatam autumant. de quo infra cap. 25.

35 *Pactum vero meum ſtatuam ad Iſaac.*] Repetit iterum quod dixerat, & ſemper expreſſius loquitur.

36 *Aſcendit Deus ab Abraham,*] ideſt, diſparuit viſio: ex quo non internam, ſed magis in ſpecie ſenſibili, vel ſaltem imaginabili factam fuiſſe deprehenditur, dum viderit, vel ſaltem ipſi viſum fuerit, quaſi in altum aſcendendo diſparuiſſe.

37 *Eodem die circumciſus eſt Abraham, & Iſmael filius eius, & omnes viri.*] Prompta obedientia Abrahę apparet, qui non diſtulit iniunctum mandatum, ſed ipſe etiam centenarius quaſi opere compleuit, & filium tredecim annorum, & omnes domus ſuę viros, tam vernaculos, quam emptitios,& alienigenas qui iuxta diuinum ritum Abrahę familię aſcribi voluerunt, eadem die circumcidit. Porro Agareni nunc, iuxta Iſmaelis exemplum, tertiodecimo anno circumciduntur, non octauo die iuxta pręſcriptum Domini.

CAPVT XVIII.

c	d	e f g h	l m	n o p
.ſ. Abrahæ.	*in figura trium virorum, qui vere erant angeli a Deo miſſi, & illorum vnus in perſona Dei.*	*cum quo fœdus iniit. c. 14. & à quo vallis denominabatur.*	*quia adhuc in tabernaculis habitabat, propter greges.*	*iam fere media die, cùm peregrini ad hoſpitia declinare ſolent, vt more ſolito humanitatis officia eis exhiberet.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore diei.

Cum-

b c g i x l m n o

verſus iter commune, quod non multum à tabernaculo diſtabat. .i. angeli ſub virorum ſpecie. quia iter proximum erat. & viros eſſe credidiſſet ſitus apparebant. ne vlterius pergerent.

a b c d e f g h i k l m n o

Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet, cucurrit

---

b c e h i x m

vt .ſ. eos ad hoſpitium inuitaret. vbi ſedebat. .i. ſalutauit eos more tunc ſolito, ſe demiſſa in terram facie inturuauit, more Orientalium. illi, qui honoratior alijs apparebat.

a b c d e f g h i k l m n o p

in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, ſi inueni

---

p a b c d e f g h i k l m n o p a

Hebraiſmus quod oculis gratia, & fauor oſtendi ſolet. .i. ne tabernaculi mei hoſpitium prætereas. quia tunc pedeſtres, & excalceati incedere ſolebant. in aliquod refrigerium, propter puluerem, vel lutum.

a b c d e f g h i k l m n o p

gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes

---

b c d e d e g n l m

.i. cor laſſum quiete, & cibo recumbentes refocillate. quæ erat ante tabernaculum. vbi vmbra, & aura ſuauis perflabat. idiotiſmus, quo obſonia multa intelliguntur, quæcumque ſe offerent. fame, & itineris labore deficiens.

a b c d e f g h i k l m

veſtros, & requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellam panis, & confortate cor veſtrum,

---

a b c i K l m n

.i. iter cœptum proſequemini. occaſionem inuitandi innuit. q.d. eo quod circa tabernaculum meum contigit, hac hora tranſiſſe. Hiſpane, pues mi ſuerte fue que aeſta hora paſſaſſedes por aqui. hoſpitalitatis gratiam acceptantes dixerunt, pro, illorum vnus dixit. .i. buccellam panis nobis tribue.

a b c d e f g h i k l m n o

poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es.

---

a i k l m

vt cito laſſos reficeret. quia .ſ. laſſi ſunt, & ne à cœpto itinere retardentur. menſura eſt Palæſtinæ farinæ, & ſimilium. .i. floris farinæ.

a b c d e f g h i k l m n

Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce,

---

c i n o

tortas al reſcaldo. animi alacritatem curſus iſte oſtendit, qua eos recipit, & nolens eos à cœpto itinere retardari. & farina menſura, & vitulus oſtendunt liberalem Abrahæ animum.

a b c d e f g h i k l m n o

& fac ſubcinericios panes. Ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum

---

d f

.i. famulo, ſiue Iſmaeli, vt ad ſimilia aſſuefaceret illum. iuxta præſcriptum Abrahæ.

a b c d e f g h i x l m n o p

& optimum, deditq; puero: qui feſtinauit & coxit illum. Tulit quoque butyrum & lac, &

---

a h i

in typum forſan paſſionis Chriſti. vt reſpiceret, ſiquid eis deeſſet.

a b c d e f g h i k l m n o p

vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumque

---

a b e f g n o p

non proprie, cum non potuerit cibus in ſubſtantiam alius conuerti, ſed apparenter comederunt. .i. dixit vnus ex illis. non ex ignorantia, ſed vt commodius conceptum Iſaac annunciaret. non ita facile ante conſpectum hominum apparere ſolita.

a b c d e f g h i x l m n o p

comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt.

---

a b c d i k i k

.ſ. vnus ex tribus, qui honoratior videbatur alijs. Hebraiſmus .i. iterum veniam cum à cœpto itinere reuertar. more humano loquitur, quia homo credebatur. Hiſpane, dando os dios vida. viuente te, & uxore Chaldæus: quo uos eritis uiui.

a b c d e f g h i x l m n o p q

Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.

Quo au-

d
irriſione, & incredulitate.
a b c d e f g h i k l m n
Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. Erant autem ambo ſenes, prouectaq; ætatis,

b c d e e f g
quæ cum præ ſenectute deficiunt, ineptæ fiunt mulieres ad conceptum: .i. menſtrua. irriſione, non admiratione, ut Abraham.
a b c d e f g h i K l m n
& deſierant Saræ fieri muliebria. Quæ riſit occulte dicens: poſtquam conſenui, & Dominus

n a b c d e f i n
ad generandum ex me, ſcilicet, quaſi impotente, non uero ex adoleſcentiori, ut Cetura. *quæ .ſ. iam diu continui;* *.i. ille angelus, qui in perſona Domini loquebatur.* *hic cœpit quid diuinū ſe manifeſtare.*
a b c d e f g h i k l m n
meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus *ad Abraham: Quare riſit*

b
ex incredulitate, ideo redarguitur.
a b c d e f g h i k l m
Sara, dicens: Num vere paritura ſum anus? Numquid Deo *quidquam eſt difficile?*

a b c f g i K
.i. vt prædixi, ſeu promiſi. *non apparet quando, ſed non omnes apparitiones ſcriptura mandatæ ſunt.* *.ſ. anni ſequentis.* *humano more loquitur, dando nos dies vitæ.*
a b c d e f g h i K l m n o
iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

a b f g h
cum mendacio. *ex quo viderat occultum reuelaſſe virum illum.* *.i. ille, qui in Domini perſona loquebatur.*
a b c d e f g h i
Negauit Sara, dicens: Non riſi: timore perterrita. Dominus autem:

b c d e f
in quo etiam quid diuinum ſe manifeſtat, vel Dei nuncium.
a b c d e f
non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti.

S C H O L I A.

1 APPARVIT *autem ei Dominus in conualle Mambre*] vallis Mambre ſic denominata à Mambre, cum quo Abraham fœdus inijſſe legimus ſupra c. 14. Sex ſtadijs diſtat, teſte Hieronymo, ab Hebron, in qua quercus vſque ad Conſtantini tempora oſtendebatur, ſub qua Abraham habitans Deum hoſpitio recepit. Porro viſio hæc, qua Dominus Abrahæ apparuit, hæc eſt, quam ſtatim depingit ſub ſpecie trium virorum, qui & angeli erant Deum repræſentantes; licet Hebræi viſiones multiplicent. Iam ſunt qui in caſtigatioribus Hebræorum codicibus ſcriptum ferunt, Dominum, hoc in loco *Adonai* cum *Cames*, quo, apice ſubiuncto, in veteri teſtamento Deus verus intelligebatur, ſed incertum eſt ſic ſcriptum eſſe: in complutenſi eſt *Iehoua*, ſic & in Biblijs Regijs. יהוה

2 *Sedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.*] Cum ſol feruet, iam fere media die, cum peregrini ad hoſpitia declinare ſolent, Abraham ex more expectans, quibus humanitatis obſequia exhibere poſſet. quod autem Iudæi referunt, Deum tunc illi præcepiſſe, vt ſederet, dicens: nam & filijs tuis tamquam iudicibus aliquando ſedentibus, coram eis, quaſi reus, ſtabo: magis pietatis ſpeciem præſert, quam veri.

3 *Apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum.*] Quaſi ex itinere in via ſtabant, quæ non longe diſtabat. hos Gregorius Nyſſenus, & Arnoldus Abbas bonæ vallis, & aliqui ex recentioribus dicunt, Deum ipſum fuiſſe ſub ſpecie trium virorum. Alij putant, duos fuiſſe angelos, medium vero ipſummet Deum: ſed præſtat cum Auguſtino angelos confiteri; viros autem dici, quod in ſpecie viri apparuerint, vt D. Algerus aduertit; vnum autem illorum, qui honoratior reliquis videbatur, in perſona Domini ſemper locutum fuiſſe: hunc ferunt Hebræi fuiſſe Michaelē (qui interpretatur quis ſicut Deus? & Ioſephus refert ita Abrahæ illos indicaſſe,) qui vt conceptum Saræ, ex quo Chriſtus ſecundum carnem venturus erat, nunciaret, aduenerat; alterum Gabrielem (quo nomine fortitudo Dei ſignificatur) qui, vt Sodomorum Ciuitates deleret, Pentapolim petebat; tertium Raphaelem (cuius nominis interpretatio eſt medicina Dei) qui venerat, vt Abraham à circumciſionis vulnere curaret, & Lot cum familia de incendio liberaret. Quod vero in ſpecie viri apparuerint, cum reuera angeli fuerint, Manicheis non fauet, vt egregie docet. S. Thom. Porro, prope eum, Septuaginta: ſuper eum, indicantq; eos ex emi-

Greg. Nyſſ. li. de cognitione Dei cõtra Hebræos.
Arnoldus l. de laudib. B. M.
Aug. 16. de ci. Dei c. 29. ex Paul. ad Heb. 6.
S. Alger. li. de ſacr. cor. & ſã. Chriſti c. 6.
Ioſeph. 1. ant. cap. 11.
S. Th. 4. cõtra Gentes c. 29.

ex eminenti loco ſe oſtendiſſe.

4 *Cucurrit in occurſum eorum.*] Ne ſcilicet vlterius pergerent, & commode eos inuitare poſſet.

5 *Et adorauit in terra.*] Adorare hic, ſicut & alijs multis ſcripturæ locis, pro ea reuerentia ſumitur, quæ incuruando corpus, vel ſimili aliquo, viris honorabilibus eo tempore exhiberi ſolita eſt. homines quippe exiſtimauit eſſe, vt ex humanitatis obſequijs ſatis aperte deprehenditur, ſic Auguſtino placet, & amplexatus eſt eos, vt Ioſephus teſtatur. Quod autem hoc loco de Trinitatis myſterio referri ſolet, quod tres vidit & vnum ad orauit, ſecundum myſticum ſenſum, intellige. niſi forte Abraham dicamus Trinitatis myſterij haud ignarum, tres viros cum videret, (vt Auguſtinus innuere videtur) in corde ſuo vnum Deum in Trinitate adoraſſe, ſicut viri religioſi & contemplationi deditiquolibet externo motiuo ad diuina myſteria mente conuerti ſolent; & ſic intelligitur ſanctus Thomas, cum dicit, adoratione latriæ Deum adoraſſe; vel loquitur ſecundum opinionem illorum qui in tribus viris ſtatim Deum cognoſcendo adoraſſe putarunt, non ſecundum propriam mentem.

cap. ſeq. & 23. & 1. Reg. 20. & 2. Reg. 9.

Aug. 2. de Tr. c. 5. & tom. 4. q. in Gen. & tom. 5. 15. de ci. Dei c. 18. & Alb. q. in Gē. Ioſeph. 1. anti. c. 11.

Aug. 16. de ci. Dei c. 29.

S.T. 22. q. 84. ar. 1. ad 1.

6 *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis.*] Modus loquendi erat; *ſi me quiſiere hazer eſte fauor, o gracia.* in oculorum enim aſpectu fauor oſtendi ſolet. nunc dicimus, *ſi ſe ſirue, ſi me hiziere eſta merced, ſi no lo tengo deſeruido*, & ſimilia. Porro inter illos tres, ille quem allocutus fuit Abraham, cæteris venerabilior apparebat, & ideo ſæpe cum illo loquebatur, quandoque vero cum omnibus in plurali. Quod autem aliqui dicunt, nomine *Adonai* vſum fuiſſe hic Abraham, non ita certum eſt, cum Exod. 6. nomen *Adonai* non indicaſſe Patribus dixerit Dominus: quin & iuxta Hieronymum, non nomen proprium Dei, ſed dominatorem importans, etiam creaturis tribui poteſt.

7 *Afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore.*] Pedeſtres, nec forſan calceati tunc incedere ſolebant, & ideo lauate, inquit, in refrigerium pedes veſtros. Porro *Saban*, etiam proprie inniti, & recumbere ſignificat; ſic enim antiquitus comedere ſolebant recumbentes. ſubintelligendum igitur eſt requieſcere illud, innitendo ſcilicet arbori, baculis, vel ſimili; & recumbendo, quos laſſos ex via exiſtimabat, & ſub arboris vmbra, refrigeranteq; aura, æſtuante ſole.

שען

Gē. 24. & 43. & 1. Reg. 14. & Luca 14.

8 *Ponamq; buccellam panis, & confortate cor veſtrum,*] Idiotiſmus eſt linguæ, & nomine panis alia obſonia intelliguntur, ſicut ex multis alijs Scripturæ locis apparet; & modo ſic loqui ſolemus, *ſienteſe à comer vn bocado de pan*, & aliquando dicimus tantum, *vn bocado que coma v. m.* Porro verbum *Sabad*, fulcire etiam ſignificat, ſicut cum domus columnis aut fulcris fulcitur, ſic corpus pane & vino. itaque confortari, ſiue fulciri cor laſſum, refocillari eſt.

סעד

9 *Idcirco declinaſtis ad ſeruum veſtrum,*] dictio illa, idcirco, non refert cauſam, ob quam illi declinauerint, ſed occaſionem inuitandi eos. *pues mi ſuerte ha ſido que por aqui paſſaſſen*, & Hebraica dictio & idcirco, & ſiquidem, vtrumque ſignificat.

10 *Tria ſata ſimilæ commiſce.*] Satum iuxta Hieronymum modij & dimidij menſura Hebræis eſt, apud nos valet *quatro celemines y medio.* ſed credo eſſe nomen menſuræ, cuius quædam erant maiores, aliæ minores, & de iſtis hic loquitur, vnde in Hebræo eſt *Seim*, ideſt menſuras. & Septuaginta, tria metra, ideſt, tres menſuras, nihil de illis ſpecificant. Nec exiſtimandum eſt, ita minimas eſſe, vt trium hominum vnica refectione conſumi poſſent; erat enim Abrahæ familia maxima, & abunde hæc præparabantur, vnde & vitulum vnum occidit, ex quo ſatis oſtenditur, & panem abunde præparatum. Porro *Soleth* flos farinæ eſt, quam ſimilam latine dicimus; de qua Martialis:

סאים μέτρα

סלת

Nec potes ſimilæ dotes numerare nec vſus;
& Chaldæus Paraphraſtes legit etiam, ſimilæ.

11 *Et fac ſubcinericios panes,*] Hebraice *Hugoth nos, tortas al reſcaldo.*

עגות

12 *Et tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum,*] Sanctus Vigilius contra Eutichen, Abraham typo mortis Chriſti id feciſſe aſſerit, haud myſteriorum fidei inſcium; cui ſatis arridet, quod ſupra innuimus de viris religioſis, & contemplationi deditis, qui, qualibet oblata occaſione, hæc externa diuinis mente conferunt; ſicq; nec improbabile eſt, & Abraham, viſis tribus viris, Deum vnum in corde ſuo in Trinitate adoraſſe, & in huius memoriam tria ſata farinæ præparaſſe, & in typum paſſionis Chriſti vitulum occidiſſe: quem enim externis hoſpitalitatis officijs adeo intentum legimus, quid mirum ſi his meditationibus intus diuino amore flagrare credamus?

Vigilius li. 1.

13 *Deditq; puero.*] Hunc ferunt Hebræi Iſmaelem fuiſſe, quem hoſpitalitatis operibus addictum pater deſiderabat.

14 *Ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore,*] vt ſcilicet inſpiceret, ſi quid de neceſſarijs ad menſam deeſſet.

15 *Cumque comediſſent.*] Loquitur Scriptura, vt ſæpe, ſecundum id, quod exterius apparet; non enim fuit illa vera comeſtio, (vt Patres aduertunt Theodoretus, Gitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, Iunilius Africanus, & S. Thomas,) de cuius ratione eſt, vt ſit vitalis actio, & in alimentum conuertatur cibus, vel ſaltem conuerti poſſit in ſubſtantiam aliti, quantum eſt ex natura aliti, licet ex aliqua conditione non conuertatur, vt in Chriſto poſt reſurrectionem, quando iam corpus alterabile non eſt, vt Auguſtinus, Beda, & S. Thomas annotarunt: non tamen proinde in corpore aſſumpto, & phantaſtico poteſt eſſe vera comeſtio.

Theod. q. 68. in Gen.
Gitmūdus l. 1. de veritat. Eucharistia.
Iunil in Gen.
S.T. 3. p. q. 51. ar. 3. ad 5.
Aug. 16. 5. 13. de ciu. Dei ca. 22.
Beda 97. cap. in Lucam.
S.T. 3. p. q 55 ar. 3. ad 5.

16 *Vbi eſt Sara vxor tua.*] More Hebræorum dixerunt, pro, vnus eorum dixit; interrogat autem non ex ignorantia, iuxta Gregorium Nyſſenum, qui nouerat, vocari Saram, & concepturam, & ad oſtiū tabernaculi ridere, ſed vt conuenientius futurum conceptum nunciaret. erat autem Sara verecunda, nec ita facile ante hominum frequentiam apparere ſolita.

Greg. Nyſſen. in ſua Panoplia.

17 *Reuertens veniam ad te tempore iſto vita comite,*] Idiotiſmus eſt linguæ, ideſt, iterum veniam,

cum

cum reuertar à loco, quo propero. Quod vero additur, vita comite, more humano Dominus per angelum ſuum loquitur. quod Hieronymus dicit *Antropopatos*, & nos dicimus vita comite, *dando nos dios vida*. exiſtimabatur ſiquidem homo ab iis, cũ quibus loquebatur. quando autem fuerit reuerſus, non facile eſt aſſignare, nec enim omnes apparitiones ſcripturæ mandatæ ſunt.

Hier. q. hebr. in Gen. ἀνθρωποπαθῶς

18 *Et habebit filium Sara vxor tua.*] In his verbis, vel etiam cum proprio nomine Saram vocauit, cæpit maniſeſtari, Deum ſaltem per nuncium ſuum loqui, & Abraham intelligere cæpit, aut ſuſpicari quid diuinum de illo, vel ſaltem nuncium Dei eſſe: vnde & loquebatur velut cum Deo, aut cum eius perſonam gerente.

19 *Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi.*] Non riſus ſicut Abrahami ex admiratione fuit, ſed magis ex irriſione, & incredulitate; vt Auguſtinus aduertit, quæ & impoſſibile ſe filios habere dixit, teſte Ioſepho, quamuis poſtea admonita ab Abrahamo de verbis angeli, & quod angelus eſſet, poſtquam diſparuit, crediderit, & concepit iuxta illud Pauli ad Hebr. 11. fide ipſa Sara ſterilis, virtutem in conceptionem ſeminis accepit.

Tom. 4. q. in Gen.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11.

20 *Et deſierunt Saræ fieri muliebria,*] Chaldæus paraphraſtes, & deſierat eſſe Saræ conſuetudo mulierum. Porro cum ex ſenectute hæc deſinunt, vt medici affirmant, ineptam dicunt mulierem ad conceptum.

21 *Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?*] Ex his verbis colligunt Hebræi, non irrationabiliter à tempore, quo muliebria fieri deſierant, continuiſſe Saram, quouſque de diuino promiſſo certa, ob deſiderium prolis, viri voluntati obtemperauerit. Porro vetulum dicit Abraham, quaſi iam ad prolem ineptum, ex ipſa quidem Sara ita erat, vnde & Paul. ad Hebr. 11. generandi virtutem non vtrique, ſed Saræ ſolum dicit à Deo eſſe donatam. ſi autem vtrique donata fuiſſet, de vtroque vtique Apoſtolus prædicaſſet: tunc enim, etiam ſi centenarius, non deficiebat adeo illa ætate generandi vis, ſicut nunc, vnde, & prouectioris ætatis connubia ducebant, & ſic de Cetura poſtea filios habuit, vt Auguſtinus aduertit, & Paulus, cũ emortuum dicit, ita eſt intelligendus; nam medici affirmant ſenes quandoque in mutua coniunctione generare non poſſe, cum ex alio adoleſcentiore generare aut concipere poſſint.

Aug. tom. 4. q. in Gen. q. 35. de ci. Dei c. 28. Aug. Tom. 4. q. in Gen.

22 *Numquid Deo quidquam eſt difficile?*] In Hebræo pro, difficile, eſt *Ipale*, quod varia ſignificat; ſcilicet, abſcondetur, ſeparabitur, mirificabitur, difficile erit. quæ omnia huic loco ſatis congruunt: nam Deo nihil eſt abſconditum. ad Heb. 4. omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Rurſum nihil ab eo eſt ſemotum. Sapien. 8. Terram & cælum ego impleo: nihilq; eſt Deo mirabile, omnia etenim nouit. Denique nihil difficile apud ipſum. Pſal. 113. Omnia, quæcumque voluit fecit. Porro hoc loco ſcribit Ioſephus: non ſuſtinuerunt amplius ſimulare, ſed faſſi ſunt ſe angelos Dei eſſe, & quod miſſi eſſent, vnus nunciatum de filio, duo vero ad delendos Sodomitas.

יפלה

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

23 *Quæ riſit occulte.*] In Hebræo eſt *Bekirba*, ideſt, intra ſe; ſic Chaldæus paraphraſtes. Septuaginta legunt in ſe ipſa. ſed omnium idem eſt ſenſus.

בקרבה

e f g m n
.i. angeli ſub ſpecie hominum. .i. cæperunt ire verſus Sodomam. iuxta conſuetum morem illius.
a b c d e f g h i k l m n
Cum ergo ſurrexiſſent inde uiri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur,

a b c d e f g h i k l
quouſque deuia, & periculoſa loca pertranſirent. forſan apud ſe, non voce ſenſili. .i. non decet celare. .ſ. quæ exemplo doceat, quam horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis.
a b c d e f g h i k l m n o
deducens eos. Dixitq; Dominus: Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum: cum futurus ſit

a b c d e K
.i. in prolem. .i. numeroſam. .i. præcipuam, & fortem. .i. in eius ſemine .ſ. Chriſto per generalem generationis benedictionem.
a b c d e f g h i k l m n o p
in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ? Scio enim

m n q a c
.i. ſeruent legem Domini. .i. recte, & iuſte viuant.
a b c d e f g h i k l m n o p q
quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant

a c d e f g h i K l m n o
ad proximum bene ſe habendo. .i. immunitatem, & vita rectitudinem in iis, quæ ſunt ad Deum. .i. vt nullo appoſito impedimento ex parte illorum compleat Dominus promiſſa. iuxta Hebræum: ſuper Abraham. .i. quæ illi eſt pollicitus verbo.
a b c d e f g h i k l m n o
iudicium & iuſtitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum.

a c d e f g h h i
voce .ſ. ſenſibili. .i. angelus qui in perſona Dei loquebatur. iuſta vindicta ob impudentiam, & iactantiam peccantium. ſub horum nomine intelligit, & alias ciuitates, quas ſubuertit. ob multa peccata, addendo .ſ. peccata peccatis.
a b c d e f g h i
Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt,

ex eminenti loco ſe oſtendiſſe.

4 *Cucurrit in occurſum eorum.*] Ne ſcilicet vlterius pergerent, & commode eos inuitare poſſet.

5 *Et adorauit in terra.*] Adorare hic, ſicut & alijs multis ſcripturæ locis, pro ea reuerentia ſumitur, quæ incuruando corpus, vel ſimili aliquo, viris honorabilibus eo tempore exhiberi ſolita eſt. homines quippe exiſtimauit eſſe, vt ex humanitatis obſequijs ſatis aperte deprehenditur, ſic Auguſtino placet, & amplexatus eſt eos, vt Ioſephus teſtatur. Quod autem hoc loco de Trinitatis myſterio referri ſolet, quod tres vidit & vnum adorauit, ſecundum myſticum ſenſum, intellige. niſi forte Abraham dicamus Trinitatis myſterij haud ignarum, tres viros cum videret, (vt Auguſtinus innuere videtur) in corde ſuo vnum Deum in Trinitate adoraſſe, ſicut viri religioſi & contemplationi dediti quolibet externo motiuo ad diuina myſteria mente conuerti ſolent; & ſic intelligitur ſanctus Thomas, cum dicit, adoratione latriæ Deum adoraſſe; vel loquitur ſecundum opinionem illorum, qui in tribus viris ſtatim Deum cognoſcendo adoraſſe putarunt, non ſecundum propriam mentem.

cap. ſeq. & 23. & 1. Reg. 20. & 2. Reg. 9.
Aug. 2. de Tr. c. 5. & tom. 4. q. in Gen. & tom. 5. 15. de ci. Dei c. 18. & Alb. q. in Ge. Ioſeph. 1. anti. c. 11.
Aug. 16. de ci. Dei c. 29.
S. T. 22. q. 84. ar. 1. ad 1.

6 *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis.*] Modus loquendi erat, *ſi me quiſiere hazer eſte fauor, o gracia.* in oculorum enim aſpectu fauor oſtendi ſolet. nunc dicimus, *ſi ſe ſirue, ſi me hiziere eſta merced, ſi no lo tengo deſeruido,* & ſimilia. Porro inter illos tres, ille quem allocutus fuit Abraham, cæteris venerabilior apparebat, & ideo ſæpe cum illo loquebatur, quandoque vero cum omnibus in plurali. Quod autem aliqui dicunt, nomine *Adonai* vſum fuiſſe hic Abraham, non ita certum eſt, cum Exod. 6. nomen *Adonai* non indicaſſe Patribus dixerit Dominus: quin & iuxta Hieronymum, non nomen proprium Dei, ſed dominatorem importans, etiam creaturis tribui poteſt.

7 *Afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore.*] Pedeſtres, nec forſan calceati tunc incedere ſolebant, & ideo lauate, inquit, in refrigerium pedes veſtros. Porro *Saban*, etiam proprie inniti, & recumbere ſignificat; ſic enim antiquitus comedere ſolebant recumbentes. ſubintelligendum igitur eſt requieſcere illud, innitendo ſcilicet arbori, baculis, vel ſimili; & recumbendo, quos laſſos ex via exiſtimabat, & ſub arboris vmbra, refrigeranteq; aura, æſtuante ſole.

שען
Gē. 24. & 43. & 1. Reg. 14. & Luca 14.

8 *Ponamq; buccellam panis, & confortate cor veſtrum,*] Idiotiſmus eſt linguæ, & nomine panis alia obſonia intelliguntur, ſicut ex multis alijs Scripturæ locis apparet; & modo ſic loqui ſolemus, *ſienteſe à comer vn bocado de pan,* & aliquando dicimus tantum, *vn bocado que coma v. m.* Porro verbum *Sabad*, fulcire etiam ſignificat, ſicut cum domus columnis aut fulcris fulcitur, ſic corpus pane & vino. itaque confortari, ſiue fulciri cor laſſum, refocillari eſt.

סעד

9 *Idcirco declinaſtis ad ſeruum veſtrum,*] dictio illa, idcirco, non refert cauſam, ob quam illi declinauerint, ſed occaſionem inuitandi eos. *pues mi ſuerte ha ſido que por aqui paſſaſſen,* & Hebraica dictio & idcirco, & ſiquidem, vtrumque ſignificat.

10 *Tria ſata ſimile commiſce.*] Satum iuxta Hieronymum modij & dimidij menſura Hebræis eſt, apud nos valet *quatro celemines y medio.* ſed credo eſſe nomen menſuræ, cuius quædam erant maiores, aliæ minores, & de iſtis hic loquitur, vnde in Hebræo eſt *Seim*, ideſt menſuras. & Septuaginta, tria metra, ideſt, tres menſuras, nihil de illis ſpecificant. Nec exiſtimandum eſt, ita minimas eſſe, vt trium hominum vnica refectione conſumi poſſent; erat enim Abrahæ familia maxima, & abunde hæc præparabantur, vnde & vitulum vnum occidit, ex quo ſatis oſtenditur, & panem abunde præparatum. Porro *Soleth* flos farinæ eſt, quam ſimilam latine dicimus; de qua Martialis:

סאים μέτρα
סלת

Nec potes ſimilæ dotes numerare nec vſus;

& Chaldæus Paraphraſtes legit etiam, ſimilæ.

11 *Et fac ſubcinericios panes,*] Hebraice *Hugoth* nos, *tortas al reſcaldo.*

עגות

12 *Et tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum,*] Sanctus Vigilius contra Eutichen, Abraham typo mortis Chriſti id feciſſe aſſerit, haud myſteriorum fidei inſcium; cui ſatis arridet, quod ſupra innuimus de viris religioſis, & contemplationi deditis, qui, qualibet oblata occaſione, hæc externa diuinis mente conferunt; ſicq; nec improbabile eſt, & Abraham, viſis tribus viris, Deum vnum in corde ſuo in Trinitate adoraſſe, & in huius memoriam, tria ſata farinæ præparaſſe, & in typum paſſionis Chriſti vitulum occidiſſe: quem enim externis hoſpitalitatis officijs adeo intentum legimus, quid mirum ſi his meditationibus intus diuino amore flagrare credamus?

Vigilius li. 1.

13 *Deditq; puero.*] Hunc ferunt Hebræi Iſmaelem fuiſſe, quem hoſpitalitatis operibus addictum pater deſiderabat.

14 *Ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore,*] vt ſcilicet inſpiceret, ſi quid de neceſſarijs ad menſam deeſſet.

15 *Cumque comediſſent.*] Loquitur Scriptura, vt ſæpe, ſecundum id, quod exterius apparet; non enim fuit illa vera comeſtio, (vt Patres aduertunt Theodoretus, Gitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, Iunilius Africanus, & S. Thomas,) de cuius ratione eſt, vt ſit vitalis actio, & in alimentum conuertatur cibus, vel ſaltem conuerti poſſit in ſubſtantiam aliti, quantum eſt ex natura aliti, licet ex aliqua conditione non conuertatur, vt in Chriſto poſt reſurrectionem, quando iam corpus alterabile non eſt, vt Auguſtinus, Beda, & S. Thomas annotarunt: non tamen proinde in corpore aſſumpto, & phantaſtico poteſt eſſe vera comeſtio.

Theod. q. 68. in Gen.
Gitmūdus l. 1. de veritat. Euchariſtia.
Iunil in Gen.
S. T. p. p. q. 51. ar. 3. ad 5.
Aug. 16. 5. 13. de ciu. Dei ca. 22.
Beda 97. cap. in Lucam.
S. T. 3. p. q 55 ar. 3. ad 5.

16 *Vbi eſt Sara vxor tua.*] More Hebræorum dixerunt, pro, vnus eorum dixit; interrogat autem non ex ignorantia, iuxta Gregorium Nyſſenum, qui nouerat, vocari Saram, & concepturam, & ad oſtiū tabernaculi ridere, ſed vt conuenientius futurum conceptum nunciaret. erat autem Sara verecunda, nec ita facile ante hominum frequentiam apparere ſolita.

Greg. Nyſſen. in ſua Panoplia.

17 *Reuertens veniam ad te tempore iſto vita comite,*] Idiotiſmus eſt linguæ, ideſt, iterum veniam,

cum

cum reuertar à loco, quo propero. Quod vero additur, vita comite, more humano Dominus per angelum ſuum loquitur. quod Hieronymus dicit *Antropopatos*, & nos dicimus vita comite, *dando nos dios vida*. exiſtimabatur ſiquidem homo ab iis, cũ quibus loquebatur. quando autem fuerit reuerſus, non facile eſt aſſignare, nec enim omnes apparitiones ſcripturæ mandatæ ſunt.

Hier. q. hebr. in Gen. ἀνθρωποπαθῶς

18 *Et habebit filium Sara vxor tua.*] In his verbis, vel etiam cum proprio nomine Saram vocauit, cœpit manifeſtari, Deum ſaltem per nuncium ſuum loqui, & Abraham intelligere cœpit, aut ſuſpicari quid diuinum de illo, vel ſaltem nuncium Dei eſſe: vnde & loquebatur velut cum Deo, aut cum eius perſonam gerente.

19 *Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi.*] Non riſus ſicut Abrahami ex admiratione fuit, ſed magis ex irriſione, & incredulitate; vt Auguſtinus aduertit, quæ & impoſſibile ſe filios habere dixit, teſte Ioſepho, quamuis poſtea admonita ab Abrahamo de verbis angeli, & quod angelus eſſet, poſtquam diſparuit, crediderit, & concepit iuxta illud Pauli ad Hebr. 11. fide ipſa Sara ſterilis, virtutem in conceptionem ſeminis accepit.

Tom. 4. q. in Gen. Ioſeph. 1. anti. cap. 11.

20 *Et deſierunt Saræ fieri muliebria,*] Chaldæus paraphraſtes, & deſierat eſſe Saræ conſuetudo mulierum. Porro cum ex ſenectute hæc deſinunt, vt medici affirmant, ineptam dicunt mulierem ad conceptum.

21 *Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?*] Ex his verbis colligunt Hebræi, non irrationabiliter à tempore, quo muliebria fieri deſierant, continuiſſe Saram, quouſque de diuino promiſſo certa, ob deſiderium prolis, viri voluntati obtemperauerit. Porro vetulum dicit Abraham, quaſi iam ad prolem ineptum. ex ipſa quidem Sara ita erat, vnde & Paul. ad Hebr. 11. generandi virtutem non vtrique, ſed Saræ ſolum dicit à Deo eſſe donatam. ſi autem vtrique donata fuiſſet, de vtroque vtique Apoſtolus prædicaſſet: tunc enim, etiam ſi centenarius, non deficiebat adeo illa ætate generandi vis, ſicut nunc, vnde, & prouectioris ætatis connubia ducebant, & ſic de Cetura poſtea filios habuit, vt Auguſtinus aduertit, & Paulus, cũ emortuum dicit, ita eſt intelligendus; nam medici affirmant ſenes quandoque in mutua coniunctione generare non poſſe, cum ex alio adoleſcentiore generare aut concipere poſſint.

Aug. tom. 4. q. in Gen. q. 35. de ci. Dei c. 28. Aug. Tom. 4. q. in Gen.

22 *Numquid Deo quidquam eſt difficile?*] In Hebræo pro, difficile, eſt *Iipale*, quod varia ſignificat; ſcilicet, abſcondetur, ſeparabitur, mirificabitur, difficile erit. quæ omnia huic loco ſatis congruunt. nam Deo nihil eſt abſconditum. ad Heb. 4. omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Rurſum, nihil ab eo eſt ſemotum. Sapien. 8. Terram & cœlum ego impleo: nihilq; eſt Deo mirabile, omnia etenim nouit. Denique nihil difficile apud ipſum. Pſal. 113. Omnia, quæcumque voluit fecit. Porro hoc loco ſcribit Ioſephus: non ſuſtinuerunt amplius ſimulare, ſed faſſi ſunt ſe angelos Dei eſſe, & quod miſſi eſſent, vnus nunciatum de filio, duo vero ad delendos Sodomitas.

יפלה

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

23 *Quæ riſit occulte.*] In Hebræo eſt *Bekirba*, ideſt, intra ſe; ſic Chaldæus paraphraſtes. Septuaginta legunt in ſe ipſa. ſed omnium idem eſt ſenſus.

בקרבה

e f g m n
.i. angeli ſub ſpecie hominum; .i. cœperunt ire verſus Sodomam. iuxta conſuetum morem illius.
a b c d e f g h i k l m n
Cum ergo ſurrexiſſent inde uiri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur,

a b c d e f g h i k l
quouſque deuia, & periculoſa loca pertranſirent. forſan apud ſe, non voce ſenſili. .i. non decet celare. .ſ. quo exemplo doceat, quam horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis.
a b c d e f g h i k l m n o
deducens eos. Dixitq; Dominus: Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum: cum futurus ſit

a b c d e K
.i. in prolem. .i. numeroſam. .i. præcipuam, & fortem. .i. in eius ſemine .ſ. Chriſto per generalem generationis benedictionem.
a b c d e f g h i K l m n o p
in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ? Scio enim

m n q a c
.i. ſeruent legem Domini. .i. recte, & iuſte viuant.
a b c d e f g h i k l m n o p q
quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant

a c d e f g h i K l m n o
ad proximum bene ſe habendo. .i. immunitatem, & vitæ rectitudinem in iis, quæ ſunt ad Deum. .i. vt nullo appoſito impedimento ex parte illorum compleat Dominus promiſſa. iuxta Hebræum: ſuper Abraham. .i. quæ illi eſt pollicitus verbo.
a b c d e f g h i k l m n o
iudicium & iuſtitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum.

a c d e f g h h i
voce .ſ. ſenſibili. .i. angelus qui in perſona Dei loquebatur. iuſta vindicta ob impudentiam, & inſtantiam peccantium. ſub horum nomine intelligit, & alias ciuitates, quas ſubuertit. ob multa peccata, addendo .ſ. peccata peccatis.
a b c d e f g h i
Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt,

b c d e e f i m n o p

ex quo grauiora crimina, vel additis in dies circumſtantijs aggrauantibus turpitudinem. *vſque .ſ. ad metam vindictæ etiam temporalis.* *non quod neſcierit ſed vt iudices inſtruat.* *more humano loquitur .i. vtrū ita ſit iuxta rumorem.*

a b c d e f g h i k l m n o p

& peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me,

g h l

more humano loquitur, qui omnia ab æterno ſcit, & dicit: vt ſciam ſcilicet quomodo res ſe habeat, & qua pœna plectendi veniant. *duo angeli, ſed qui in perſona Domini loquebatur remanſit.*

a b c d e f g h i K l m n o

opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. Conuerteruntq; ſe inde, & abierunt Sodomam:

e f g i k

.i. angelo, qui in perſona Domini loquebatur. *vt conuenientius alloqueretur illum.* *.ſ. puniendo.*

a b c d e f g h i k l m n

Abraham vero ſtabat coram Domino. Et appropinquans ait: numquid perdes iuſtum cum impio?

f n

pro ciuitatibus. *pro locis illis.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta

f g h i k l m n o p u

.ſ. quod proinde polluant nomen tuum, quod rigidus, aut iniuſtus videaris. *humano more loquitur, ſciebat quidoque iuſtum pœna temporali puniri ex ſocietate malorum, vt patet de pueris, ſed volebat malos ex ſocietate bonorum ſaluari à pœna illa.* *.i. æqualis in punitione.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u

iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus ſicut

b c d e f g h i k l m n

.i. non decet te. *quia communem omnium iudicem miſericordem apparere licet iuſtum.* *.i. ſententiam puniendi ſic exequeris.*

a b c d e f g h i k l m n o

impius, non eſt hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. Dixitq;

a d e f g i K l n o

.i. angelus, qui in perſona Dei loquebatur. *quantum prodeſt bonorum ciuium ſocietas.* *.i. in ciuitatibus.* *pro omnibus locis.*

a b c d e f g h i k l m n o

Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis, quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco

c

.i. iterum locutus eſt.

a b c d e f g h i K l m n o p

propter eos. Reſpondensq; Abraham ait: Quia ſemel coepi, loquar ad Dominum meum cum ſim puluis

n o p a b k

verba humiliantis, & paruipendentis ſe. *q. d. non parces?*

a b c d e f g h i k l m n

& cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint? delebis, propter quadraginta quinque,

a b

pro, vniuerſas vrbes.

a b c d e f g h i k l m n

vniuerſam vrbem? Et ait: Non delebo, ſi inuenero ibi quadraginta quinque. Rurſumq; locutus

a b c m o

Abraham .ſ. ad angelum, qui in perſona Dei loquebatur. *.ſ. angelus, qui in perſona Dei loquebatur.* *.i. ob gratiam.*

a b c d e f g h i k l m n n o

eſt ad eum: Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter

b c d e f

more humano loquitur. non enim bonorum precibus indignatur, ſed ad modum indignantis non exaudit quandoq; ob peccata illorum, pro quibus orant.

a b c d e f g h i k l m n o

quadraginta. Ne quæſo, inquit, indigneris Domine, ſi loquar: Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta?

a c f k

angelus in perſona Dei. *.i. non percutiam ciuitates puniendo incendio temporali.* *.i. in ciuitatibus.* *.ſ. Abraham.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Reſpondit: Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, coepi, loquar ad Dominum meum:

Quid

c g n o p
.i. in Pentapolitis. angelus in perſona Dei. .ſ. Abraham. more humano loquitur.
a b c d e f g h i x l m n o p
Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris

k l n p q r
.ſ. de Pentapolitis. .ſ. iuſti. angelus in perſona Dei. .ſ. ciuitates. .i. ob gratiam. .ſ. iuſtos.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Domine, ſi loquar adhuc ſemel: Quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, non delebo propter decem.

a b d e f g i K l m n o
.i. diſparuit. .i. angelus, qui Dei perſonam gerebat. non expectans vlteriores preces. .ſ. Abraham. in quo habitabat, & ad id tabernaculum ibi tetenderat.
a b c d e f g h i K l m n o
Abijtq; Dominus, poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

SCHOLIA.

24 *Direxerunt oculos contra Sodomam,*] Ideſt, cęperunt ire verſus Sodomam. Idiotiſmus eſt linguæ, quod qui aliquo tendit, eo oculos conuertit.

25 *Et Abraham ſimul gradiebatur deducens eos*] Antiquus oſtenditur mos, quo conſueuerunt nobiles deducere, & ad aliquod ſpatium concomitari, quouſque deuia, & periculoſa loca pertranſierint.

26 *Dixit itaque Dominus,*] Forſan non verbo ſenſibili, ſed Moyſen more humano ſecum conferentem introducit, exprimens cauſam, ob quam Abraham conſcium huius facti, & iudicij fecerit.

27 *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?*] Non ad potentiam abſolutam Dei referendum docet S. Thomas, ſed ad congruentiam; ſicut Marci 6. Non poterat ibi virtutem vllam facere, id eſt, non erat congruum; nec decebat inter incredulos miracula operari. Porro huius facti frequens mentio fit in ſacro eloquio, vt ſciamus, quam horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis, eaq; de cauſa, ante ſcripturam, Abrahæ voluit Deus reuelare, vt narraret filijs ſuis, & diſcerent iudicium & iuſtitiam facere, & hoc eſt quod ſubditur, cum ſit futurus in gentem maximam, & robuſtam, ideſt, in prolem numeroſam, & præcipuam, & potentem, tanquam patri hæc referre oportet, vt nota ſcilicet faciat filijs ſuis, quos multos, & illuſtres habiturus eſt, vt ſimile iudicium caueant.

S.T.3.p.q.43. ar.2. ad 1.

28 *Et benedicendæ ſunt in illo omnes nationes terræ,*] Verba hæc in Abrahæ ſemine, Chriſto ſcilicet Domino impleta fuerunt, per quem facta eſt communis omnium benedictio, & redemptio, neq; de aliquo alio verificari queunt.

29 *Vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.*] Cuſtodire viam Domini, eſt legem Dei ſeruare. *Miſphah* vero, ideſt iudicium, licet aliquando punitionem importet, hic actum illum iuſtitiæ denotat, quo vnicuique, quod ſuum eſt, redditur: *Sadachah* autem, ideſt, iuſtitia, immunitatem, & munditiem á peccatis hoc loco ſignificat. Legem itaque Dei ſeruare filijs ſuis demandabit, & vt bene ſe gerant circa Deum, quo ad iuſtitiam; & circa proximum, quo iudicium obſeruent. Hebraiſmo itaque, facere iudicium & iuſtitiam, eſt recte & iuſte viuere.

משפח

צדקה

30 *Vt adducat Dominus ſuper Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum.*] Quaſi dicat, vt hæc illis demandans, & ſi ipſi iuxta parentis monita vixerint, nullum impedimentum apponant diuinis promiſſis ad Abraham factis, quin in ipſo & in ipſis proportionabiliter compleantur.

31 *Dixitq; Dominus.*] Ille ſcilicet angelus, qui in perſona Dei loquebatur, dixit ad Abraham voce ſenſibili.

32 *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum.*] Iuſtam Dei vindictam peccatis Sodomorum debitam idiotiſmo Hebræo deſcribit ſub clamoris nomine; qui hoc loco iuxta Auguſtinum, & Albinum impudentiam, & libertatem, & peccantium iactantiam denotat, qui nec verecundia, aut timore peccata celabant; ſed ſecundum illud Iſai. 3. immunditiam ſuam prædicabant, nec abſcondebant: & more principis loquitur, ad quem peccatorum rumor venit, debitam punitionem poſtulantium. Porro ſub nomine Sodomorum & Gomorrhæorum, vt Auguſtinus aduertit, ciuitates omnes intelligit, quas incendio ſubuertit. Iam, tria peccata ad Deum clamare in Scripturis legimus, vt videre eſt Gen. 4. & hic Gen. 18. & Iacobi 5.

Aug.q.in Ge. Alb.q. in Ge.

Aug.q.in Ge.

33 *Multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum.*] Multiplicatus dicitur clamor ex peccatorũ multitudine, non vno peccato ſcilicet, ſed peccatis peccata addendo diuinæ vindictæ motiua multiplicant. aggrauari autem dicitur peccatum, ex quo maiora, & grauiora crimina indies perpetrabant, vel eadem, additis circumſtantijs, quæ culpæ turpitudinem, & grauitatem augerent. Hebræi ferunt inſolita morte punitam fuiſſe puellam, quod pauperem aleret. quod Ezech. 16. innui, vel ſimile quid videtur, cum dicitur: Et manum egeno, & pauperi non porrigebant: & Ioſephus cauſam aſſignat quod male affecti circa peregrinos, ab eorum hoſpitalitate deſtiterint.

Ioſeph.1. anti. c. 11.

34 *Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt, ita vt ſciam*] Humano more loquitur, non quod ignoraret, ſed vt iudices erudiat (ſic Gregorius Nyſſenus, & Albinus aduertunt) ne pręcipites irruant ad irroganda ſupplicia, ſed, re exacte cognita, iuxta qualitatẽ delicti

Greg. Nyſſen. in ſua Panoplia. Alb.q in Gen.

ſit & plagarum modus, nec excedat: hoc eſt opere clamorem compleri, ideſt, delictum pœnæ inferendæ æquari. *Aug. q. in Gē.* Auguſtinus etiam non neſcientis, ſed irati & minantis verbum eſſe dicit, quaſi dicat; ſi ita eſt, *ellos me lo pagaran*. quare videbo, ideſt, ad modum videntis me geram; quamdiu enim non puniт delicta, habet ſe ad modum non videntis, at deſcendens ad puniendum, ſiue exequens punitionem videbit tunc, ſiue ad modum videntis delicta ſe habebit. Porro pro, compleuerint, in Hebræo eſt *Cala*, ideſt finis, ſiue conſummatio; quaſi dicat; ſi peruenerint ad metam malorum, ita vt puniri cōtinuò debeant. כלה Chaldæus paraphraſtes legit: Apparebo nunc, & diiudicabo, vtrum ſicut clamor, qui venit coram me, fecerint, conſummabo eos, ſi non egerint pœnitentiam; ſi autem egerint pœnitentiam, non vlciſcar.

35 *Abraham adhuc ſtabat coram Domino.*] Duobus angelis verſus Sodomam euntibus, remanſit aliquantulum cum Abrahamo, qui in perſona Domini loquebatur: ſic intelligendi ſunt, Iuſtinus in Triphonem, & Epiphanius in Acorato, qui ſcribunt Deum fuiſſe, ideſt, angelum in perſona Dei, ſiue Deum repræſentantem, *como el virey en vn reyno*. ad quem, vt commodius exorare illum poſſet, appropinquans ait, &c. Porro Chaldæus legit: Stabat in oratione coram Domino, perceptis ſiquidem tantis minis, vir optimus obſtupuit, & deprecanti ſimilis immotus manſit.

36 *Numquid perdes iuſtum cum impio?*] Ideſt, punies iuſtum ſicut impium, eo quod ambo in vna moreantur ciuitate? Hebraiſmus itaque eſt, ideſt, æqua erit vtriuſque conditio, iuſti, & impij? Chaldæus paraphraſtes: Numquid in furore conſumes? Septuaginta: Perdes eos?

37 *Si fuerint quinquaginta iuſti in Ciuitate.*] Pro omnibus illis ciuitatibus perdendis orabat Abraham; Hebræorum enim more, ſingulare pro plurali ponitur, ciuitates ſcilicet, pro ciuitatibus.

38 *Abſit à te Domine.*] Ex vi vocis Hebraicæ כללה *Chalilah* à verbo *Chalal*, quod eſt polluere, ſub his כלל verbis: abſit à te, ſubintelligitur: eo quod blaſphemabitur, & polluetur nomen tuum ab omnibus, quod videlicet ſis iniuſtus: hic enim eſt ſenſus illorum verborum.

39 *Non hoc eſt tuum, qui iudicas omnem terram,*] Chaldæus legit: Numquid iudex vniuerſæ terræ non vtique faciet iudicium? quaſi dicat: non decent hæc eum, qui orbem terræ iudicat. more communi loquitur; ſciebat enim Abraham pœnâ temporali quandoq; plecti iuſtum ex ſocietate malorum, & filios propter parentes, vt aduertit Albinus, *Alb. q. in Gen.* nec hoc quidem iniuſtum; ſed ſciebat, etiam malos quandoq; à pęna temporali liberari ex bonorum ſocietate, ſicut ex reſponſis Domini apparet, & hoc fieri poſtulabat ſanctus Abraham, quòd in eo magni iudicis munificentia, & humanitas reſplendeant.

40 *Si inuenero in Sodomis quinquaginta iuſtos in medio Ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.*] Poterat Dominus ſolos iuſtos ſaluare, ſicut fecit, vt Auguſtinus notat, *Aug. q. in Gē.* ſed voluit his verbis oſtendere quantum bonorum ciuium ſocietas præſtet; vt ex denario numero infra poſito ſatis oſtenditur; in cuius rei teſtimonium locum iſtum adducit. S. Antonius Eremita in ſua Melliſſa. *S. Anton. q. in Gen.* Porro *Toch*, ideſt, in medio non vere medium ciuitatis, ſicut alibi ſæpe, תוך ſed intra ciuitatem, ſeu in ciuitate ſignificat.

41 *Reſpondensq; Abraham ait,*] vſurpat Hebraiſmus ſæpiſſime, reſpondere, pro, dicere, vt Matt. 2. & reſponſo accepto in ſomnis, vbi reſponſum pro oraculo poſuit. Senſus ergo eſt, locutusq; eſt iterum Abraham ad Dominum.

42 *Cum ſim puluis & cinis.*] Idem vtroque nomine pulueris & cineris dicere intendit, & verba ſunt humiliantis & paruipendentis ſe, ex quo forſan ortus eſt mos aſpergendi caput puluere & cinere in ſignum humiliationis.

43 *Ne indigneris Domine, ſi loquar.*] More humano loquitur: non enim ad ſanctorum preces indignatur Dominus, ſed ad modū indignantis quandoq; non exaudit, propter illorum peccata, pro quibus orant.

44 *Abijtq; Dominus,*] Hebræi dicunt, Abrahamum non vltra addidiſſe verbum, quòd vidiſſet in diluuio, propter octo non fuiſſe alios ſaluatos, ſed ipſi tantum in arca ſalui facti ſunt; ſed certe iuxta ipſiuſmet verbum, ſiluit, qui dixerat, adhuc ſemel, & ita Dominus, quaſi non expectans vlteriores preces, receſſit. Porro Chaldæus legit: Et eleuata eſt gloria Domini, cum ceſſaſſet loqui cum Abraham.

CAPVT XIX.

b c — *alius, qui Domini perſonam gerebat. remanſit aliquamdiu loquens cum Abraham, & poſtea diſparuit.*
b c — *ſub ſpecie hominum.*
e — *.ſ. eodem die, quo ab Abraham diſceſſerant.*
g h — *ex more, vt hoſpites aduenientes ad hoſpitium inuitaret.*
n o p — *.ſ. credens homines.*

a b c d e f g h i k l m n o p
Veneruntq; duo angeli Sodomam veſperi, & ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cum vidiſſet eos,

c d — *.ſ. ne alio diuerterent.*
f g h i — *.ſ. reuerentiam ſolitam perſonis venerabilibus cum capitis, & corporis inclinatione exhibuit.*

a b c d e f g h i k l m n
ſurrexit, & iuit obuiam eis: adorauitq; pronus in terram, & dixit: Obſecro, Domini,

decli-

a d i k l
.ſ. ad hoſpitium. .i. ſerui. quod pedeſtres: & diſcalceati incederent, & propter munditiem, & quietem ſomni.
a b c d e f g h i k l m n o
declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini

a b c d e f n
exiſtimabat alio pergere. ſiue vnus omnium nomine. non ſunt mentiti, quia non aſſertiue, ſed more humano locuti, per terminos de comedimiento. .i. vehementer.
a b c d e f g h i K l m n o
in viam veſtram. Qui dixerunt: minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido vt

a b c l m n
.i. ad domum ipſius Lot. quod cito praepararetur. .i. viſi ſunt comedere, vt ſuperiori capite diximus.
a b c d e f g h i k l m n
diuerterent ad eum: ingreſſisq; domum illius fecit conuiuium, & coxit azima: & comederunt:

f l
ex rumore, qui percrebuit, adueniſſe iuuenes, elegantis formæ nefanda libidine concitati venerunt. qui iam haberet rationis vſum, adeo commune erat deteſtandum vitium.
a b c d e f g h i k l m n o
Prius autem, quam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem,

b c l n
ex quo quaſi humano more inquiſitio à Deo facta apparet, quod nullus ibi homo iuſtus. putabant enim viros eſſe. hoſpitij cauſa.
a b c d e f g h i k l m n o p q
omnis populus ſimul. Vocaueruntq; Lot, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte?

c n o
nefando concubitu. ne aditus alicui Sodomorum pateret.
a b c d e f g h i k l m n o p
educ illos huc, vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum occludens oſtium, ait:

c p
.i. concines. licet deſponſatæ eſſent.
a b c d e f g h i k l m n o p
Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt

a b c d f g h n
quaſi offerens materiam minoris mali paratus ad maius. ſciebat probabiliter, cum deſponſatæ eſſent ciuibus, non facturos tale ſcelus, ſed vt à cœpto diuertant, dixit. quia ſub ſpecie virorum.
a b c d e f g h i K l m n o p
virum: educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil

g h i m n o
Hebraiſmus. ſub mea protectione hoſpitalitatis lege. non annuentes precibus, nec monitis. etiam loco, quod corporis poſitione quaſi eos impediens erat, ad ingreſſum domus.
a b c d e f g h i k l m n o
mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt: recede illuc.

f g i k l m n
.i. gratioſe admiſſus, vt aduena. q.d. non ad hoc admiſſus, ſed videris tu iudicis perſonam vſurpare. grauiſſima impudentia.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Et rurſus: ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, numquid vt iudices? te ergo ipſum magis quam hos

a b c d e k l
te abutendo. ne illos prohiberet, ſed potius peregrinos traderet. .ſ. Sodomitæ. domus Lot.
a b c d e f g h i k l m n
affligemus. Vimq; faciebant Lot vehementiſſime: iamq; prope erat vt effringerent fores. Et ecce

c f g h i K l m n o p
.i. angeli ſub virorum ſpecie comprehendentes manum Lot. .i. in domum, nullo potente impedire. domus Lot. .ſ. Sodomitas. iuxta Hebræum: qui erant ad oſtium.
a b c d e f g h i k l m n o p
miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntq; oſtium: & eos, qui foris erant,

b l
.i. acriſia, ſiue auidentia. .ſ. nec videre.
a b c d e f g h i k l m n
percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent.

a e f g
.ſ. angeli. *non ex ignorantia interrogant, ſed vt magis grati animi beneficium in Lot oſtenderent.*
a b c d e f g h i k l m n o
Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios, aut filias, omnes,

a b c p q
.i. ad familiam, vel prolem pertineant. *.i. ex turpitudine, & inuerecundia, & inſtantia, quaſi vox a Deo petens eorum vindictam.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
qui tui ſunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum iſtum, eo quod increuerit clamor eorum

f g h i p q
deſtruendo ciuitates, & illos incendio. *.i. iuit:* *.i. deſponſatos.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
coram Domino, qui miſit nos, vt perdamus illos. Egreſſus itaq; Lot, locutus eſt ad generos ſuos,

a b c d e n o p
in uxores, quibus non dum tradita, & erant uirgines, ut ſupra dixit Lot. *ob peccata inhabitantium.*
a b c d e f g h i k l m n o p
qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus

g h
.i. non ſerio, ſed ioco.
a b c d e f g h i
ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.

S C H O L I A.

1 VENERVNTQ. *duo Angeli Sodomam veſpere ſedente Lot in foribus ciuitatis.*] Qui enim Domini perſonam gerebat, & cum Abraham aliquandiu remanſerat, diſparuit, & reliqui duo in forma virorum eodem die Sodomam applicuerunt, vnus, vt ciuitates ſubuerteret, alius, vt Lot cum familia liberaret. iuxta Hebræum quippe interponitur articulus *Be*, quo notatur, ſermonem eſſe, de quibus paulo ante mentionem fecerat. ſedebatq; Lot in foribus, non vt iudex populi illa die (ſicut Hebræi autumant) quo loco ſedere iudices tunc temporis conſueuerunt, cum infra dicatur ei, ingreſſus es vt aduena, nũquid vt iudices? ſed potius ſicut ex Abrahæ conſortio didicerat, & vt conſueuerat, horis, quibus peregrini ſe ad hoſpitia recipere ſolent, in foribus ſedens expectabat, vt eos inuitaret.

2 *Qui cum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitq; pronus in terram,*] Cum vidiſſet eos, putans homines eſſe, iuit obuiam, ne præterirent, aut alio diuerterent, vt ſcilicet commode inuitaret. Porro, adorare hic ſumitur pro reuerentia illa, quam exhibere antiquitus conſueuerunt venerabilibus hominibus, vt dictum eſt de Abrahamo præcedenti capite, cum eoſdem angelos ſub virorum ſpecie adorauit. quo loco etiam obſeruauimus, vnde lauandi pedes conſuetudo ortum habuerit.

3 *Minime, ſed in platea manebimus.*] Non fuerunt angeli mentiti, vt Albinus aduertit, licet in domum Lot demum declinare intenderent, non tamen ad primam petitionem, ſed quando quaſi cõpulſi, vt dicitur in textu, vt ſic magis humanitas, & pius Lot animus appareret; tum quod humano more non aſſertiue locuti ſunt, *por terminos de corteſia.* *Alb. q. in Gen.*

4 *Et coxit azima,*] Hebræi ferunt, ex obſeruantia, quam in domo Abrahæ didicerat, cum tempus paſchæ eſſet, quod poſtea lege ſancitum eſt. ſed hoc non videtur probabile, cum filij Iſrael in exitu de Ægypto, non ex obſeruantia, ſed magis, quod propere ab Aegyptijs compulſi ſunt exire, id fecerint in cuius memoriam poſtea azimis in paſchate veſci lege cautum eſt, ſic & Lot azima coxit, quod facile ſuperuenientibus hoſpitibus præpararentur, & vt panis eſſet recens, qui in hoſpitum gratiam dari conſueuit.

5 *A puero vſque ad ſenem*] De pueris iam ratione vtentibus ſermo eſt. Ita aſſueti nefandæ libidini erant, vt pueri etiam his intenderent: furibunda igitur libidine omnes acceſſerunt: quo etiam inquiſitio quaſi humano more apparet, quod eam fecerit Deus, vt eorum omnium videretur deteſtabile vitium, & inuerecunda deformitas, nec iuſtus vllus reperiretur de hominibus ratione vtentibus, vt Ioſephus deſcribit. Porro, cum angeli elegantioris formæ viderentur in corporibus aſſumptis, quamprimum intuiti eos fuerunt ad vrbis introitum, percrebuit de illis ſermo in ciuitate, & ſic omnes deteſtabili libidine accenſi conuenerunt. *Ioſeph. 1. anti. cap. 11.*

6 *Vt cognoſcamus eos,*] Hebraiſmo Scriptura concubitum, cognitionem, honeſta voce nominat.

7 *Egreſſus ad eos Lot poſt tergum occludens oſtiũ*] Ne quam primum aperiret oſtium, introirent Sodomitæ, ſic ad eos exiuit Lot, vt nulli poſſet patere ingreſſus, & continuo clauſit oſtium.

8 *Nolite quaſo fratres mei,*] Fratres Hebræo more vocat, quod conciues eſſent, & vt eorum animum leniret; neſcio enim quid beneuolentiæ præfert fratris vox, licet ſecundum morem dici ſoleat.

9 *Educam eas ad vos, & abutimini eis*] Sicut ad vexationem redimendam, vti licet parato ad vſuras, & quotam vſurariam polliceri, & reddere; ita parato ad grauiſſimum peccatum, licet materiam minoris proponere,& ſuadere, vt in illo quieſcat,quia illud non eſt malum perſuadere, etiam minimum,ſed impedire,& diſſuadere maius, iuxta Auguſtini, & S.Thomæ mentem; vt ſi quis videns aliquem ita indignatum contra proximum, vt occidere illum ſtatuiſſet,poſſem quidem licite rogare illum, vt inflicto aliquo vulnere deſiſteret ab vlteriori vindicta; non enim hoc eſt facere malum, ad euitandum malum,aut vt bona eueniant, ſed diſſuadere maius,oblata occaſione minoris mali;quãuis ijs verbis perſuadeat, quæ ad malum inducere videantur;præciſe tamen in caſu poſito,& ſimilibus potius eſt diſſuadere maius malum. Vnde Ioſephus refert,eis Lot ſuaſiſſe, vt continerent, aut ſi temperare nequirent, filias ſe pro illis eorum libidini exhibiturum. Adde, quod & Lot, cum filias ciuibus Pentapolitis deſponſatas offerret, ſatis probabiliter nouit, non eſſe illud facturos; ſed more humano locutus eſt, vt à cœpto ſcelere illos auocaret; ſicut cum quis alicui irato aduerſum ſe proprium pugionem porrigit, vt ipſum confodiat, ſciens tantum ſcelus non eſſe facturum,quomodo & Ruben Gen. 42. (cum patri dixit, duos filios meos interfice, ſi non reduxero Beniamin) vſus eſt. Et Dauid 1. Reg. 22. cum Ionathæ dixit: Interfice me,dum tamen ad patrem tuum non introducas. ex hoc igitur duplici capite excuſatur Lot à peccato,quem Petrus 2. canonica cap.2. iuſtum toties repetit oppreſſum,& à Deo liberatum; forſan ſi filias petijſſent, vir Dei, diuino fretus auxilio,alia via eas ab imminenti ſtupro ſeruaſſet. Porro,abutimini, iuxta Hebræum eſt: Sicut placuerit in oculis veſtris. ita Chaldæus. & eſt Hebraiſmus,ideſt,abutimini,hoc loco,cui concordant Septuaginta.

Ambr.l.3.de Abraham c.6

Aug.to.4.contra mendaciũ c.9.

S.Tho.q.1. de malo ar.5. ad 14.

Ioſeph.1. anti. c. 11.

Chryſ. ho. 43. in Gen.

10 *Quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei*] Chaldæus: ſub vmbra tegminis mei. Septuaginta: ſub tegmine trabum mearum,ideſt domus.idem eſt omnium ſenſus,& idiotiſmus eſt linguæ Hebraicæ, ideſt,ſub mea protectione;quod in domo mea ſint. qui enim inuitatus domum intrat, confidit nihil mali inferendum ſibi, ſed interim ſub patrisfamilias protectione manere; hoc enim hoſpitalitatis fides exigit.

11 *At illi dixerunt: recede illuc, & rurſus, ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices?*] Nec eius precibus, nec monitis annuentes, adhuc loco à ſe recedere inſtabant, ne eis accedendi ad domum impedimento eſſet: non enim ſolo verbo, ſed & corporis,& brachiorum poſitione, quaſi eorum acceſſum impediens,& detinens erat. Porro, quaſi gratuito dono abutens,quod ſcilicet receptus fuerit in ciuem,cum aduena eſſet, inſultant, quod quaſi iudicium vſurpans loqui videatur.

12 *Te ergo ipſum magis quam hos affligemus.*] Ex vi vocis Hebraicæ, abutẽdo illo, afflictio hæc innuitur: adeo enim improbi, & inuerecundi in deteſtabili illo vitio erant,vt homini venerando,& ſeni ſimilia dicere non erubeſcerent. quod autem additur: vimq. faciebant Lot, ne illos ſcilicet ab ingreſſu impediret,ſed poti⁹ peregrinos eis traderet.

13 *Et ecce miſerunt manum viri,vt introducerent ad ſe Lot*] Cœperunt ſe iam angelos manifeſtare, cum, nullo Sodomorum impediente, ad ſe Lot introduxerunt, ne moleſtiam vllam à ciuibus pateretur.

14 *Percuſſerunt cæcitate*] Iuxta Auguſtinum, non quod nulla viderent, ſed quæ videre deſiderabant,nec viderent,nec inuenirent. quam ideo cæcitatem Auguſtinus auidentiam vocat, alij acriſiam, voce Græca,ab ,a, quod eſt ſine, & criſis, quod eſt iudicium, ideſt, non valentes diſcernere quæ volebant.quæ acriſia multis modis fieri poteſt,ſecundũ varia,quæ in viſione concurrunt, medium ſc. obiectũ, organum viſus, & iudicium ſenſus communis, & maxime concurſus viſus incertitudo, cum perturbatione phantaſiæ, qua cæcitate percuſſos legimus,qui Eliſeum quærebant,4.Reg. 6. & Regem Babyloniæ humanam in ſe à bruti forma non diſcernentem, & Lucæ 24. notiſſimam Chriſti faciem à peregrina non diſcernentes, in Hebræo & apud Septuaginta eſt: Et fatigabantur ad inueniendum oſtium,quæ verba ſubintelliguntur in Vulgato. *Aug.43.in Ge.*

14 d. *Ita vt oſtium inuenire non poſſent*] Sunt ex recentioribus, qui putant intelligendum non de oſtio domus Lot,ſed de oſtio propriæ cuiuſque domus: Sap ſiquidem 19. dicitur: Percuſſi ſunt cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, vnuſquiſque trãſitum domus ſuæ quærebat. Sed certe Scriptura eo in loco comparat Sodomitis Aegyptios, qui cooperti tenebris denſiſſimis non poterant videre quod vellent, immo nec vnuſquiſque oſtium domus ſuæ, hæc ergo vltima verba non de Sodomitis, ſed de Aegyptijs dicta ſunt. Quod autem hoc loco de oſtio domus Lot ſit ſermo,& ſeries ipſorum verborum oſtendit, & ita intellexerunt Ambr.lib.1.de Abraham cap.6. Auguſtinus lib. 2. de ciu. Dei, cap. 19. Chryſoſtomus hom.43. in Geneſim.

15 *Delebimus enim locum iſtum*] Iam ſe amplius angelos Dei manifeſtant,& de generis,& filijs interrogant, non ex ignorantia, ſed vt grati animi beneficium in Lot magis oſtendant,dum eius cauſa ſi illos haberet,& non renuiſſent,ſaluarentur.

16 *Eo quod increuerit clamor eorum coram Domino*] Phraſi Hebræa Dei iuſta vindicta deſcribitur, eo quod & peccata multiplicata,& impudentia,& malorum iactantia,quaſi clamor ſint,exigantq. coram Deo vindictam.

17 *Ad generos ſuos, qui accepturi erant filias eius*] De filiabus loquitur, vt Hieronymus notat, quas virgines dixerat,quæ iſtis deſponſatæ,nondum traditæ erant in vxores,vt ſatis aperte litera docet. Porro,generos iſtos ex angelorum conſenſu liberare deſiderans, diuinæ vltionis admonuit ſanctum Lot. *Hier. q. hebr. in Gen.*

18 *Et viſus eſt quaſi ludens loqui*] Verbis ludere. aut factis, ideſt, irridere: vox Hebraica *Tſachach* ſignificat. quare ſenſus eſt: viſus eſt illis non ſerio, ſed ioco loqui. vnde Ioſephus, ſponſi enim earum, monentem de exeundo contempſerant, vt delirum, qui talia diceret. צחק

Ioſeph.1.anti. c.11.

Cum q.

a d
fere tota nocte in oratione, Lot pro populo inſiſtente, non tamen ex audito. *.i. vrgebant eum valde.*
a b c d e f g h i x l m n o
Cumq. eſſet mane, cogebant eum angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias,

i l n
Hebraiſmus .i. inter ſceleratos, vel ſceleris vltione. *expectante Dei miſericordiam, quaſi diſſimulare egreſſum videbatur, iuxta Hebraeum: Tardante.* *ſ. angeli:*
a b c d e f g h i k l m n o
quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo, apprehenderunt manum

l o
ſciebant ſiquidem illis Deum peperciſſe, ſiue eripere illos velle. *tanquam ductores, ſiue fuga duces angeli.*
a b c d e f g h i k l m n o
eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quod parceret Dominus illi. Eduxeruntq.

c d e g m n o
& verbo facto reliquerunt, ad vltionem vrbium reuerſi. *ſ. angeli.* *.i. conſultum puta tibi ſi vitam indemnem ſeruaueris.*
a b c d e f g h i x l m n o
eum, & poſuerunt extra ciuitatem: ibiq. locuti ſunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam:

a b e f K l m n
ne iter reſpiciendo retardaret. *q. d. ne ſiſtas, no pareis.* *ſ. in planitie vniuerſa.* *qui vicinus erat illis vrbibus.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t
noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu

a b h i l m n o
ſ. cum ſceleratis. *verba direxit ad eum, qui ipſum liberaſſe venerat.* *.i. acceptus ſum tibi, pues me hazeis tanta merced, y fauor.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ſimul pereas. Dixitq. Lot ad eos: Quæſo Domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram

b c l
.i. magnam oſtendiſti, ſiue maxima, erga me vſus es miſericordia. *.i. vitam.*
a b c d e f g h i k l m
te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, vt ſaluares animam meam,

a b c d e k l m q
venuit, & laborem aſcenſus, & quia nec erat, vbi ſe reciperet, multorum penuriam in deſerto, & frigus. *.i. infirmitas.* *pra defectu remedij in deſerto.* *ad radicem montis ſita.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
non poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar: Eſt ciuitas haec iuxta,

e k l m q
putauit non tanta & tam grauia eſſe ibi peccata, ſicut in vrbibus magnis, & ſe facilius pro ea impetraturum veniam. *q. d. facile eis condonari venia poteſt, cum pauci ſint.* *.i. ego:*
a b c d e f g h i k l m n o p q
ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea: numquid non modica eſt, & viuet anima

b m n o
ſ. angelus, qui eum liberare venerat. *.i. deleam incendio, ſicut & alias.*
a b c d e f g h i x l m n o p q r
mea? Dixitq. ad eum: Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbem, pro qua

c h i k l o
ideo ſupra dixerat, ne poſt tergum reſpiceret. ſ. ut feſtinaret. *ſciebat enim voluntatem Dei de incolumnitate Lot, & non poterat contraire.* *.i. exequi.* *de ijs, qua ad vltionem vrbiū pertinent.* *.i. in urbem modicam tamquam in tutum locum:*
a b c d e f g h i K l m n o
locutus es. feſtina, & ſaluare ibi: quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.

a g
quod modicam dixerit Lot. *.i. modica:*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt

Segor.

e f g h i k l n

& alias duas ciuitates, quæ erant in planitie, & in interiacentibus ſpatijs, quæ omnia nomine harum ciuitatum intelliguntur. *ardorem libidinis igne penſauit, fœtorem peccati ſulphure.* *ſ. abundanter, & copioſe.*

a b c d e f g h i k l m n o

Segor. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de

o a c d e h i k l m

.i. deſuper, & de terra ex ſitu eius, ut quidam. *comburendo deſtruxit.* *ut omnia obliterarentur, omnis progenies eraſa eſt.* *.i. planitiem.* *mulieres ob alia peccata, & pueros, ſiue infantes, qui aliquid patris ſunt. & quandoque pœna temporali, ob patrũ ſcelera puniuntur.*

a b c d e f g h i k l m n

cælo: & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, &

a b c d f g h i. k l m n

ita, vt neque plantatio, neque fructus ultra inde conſurgerent. *non ſemel, ſed ſæpe contra Dei mandatum ex inordinato affectu.* *ſ. Lot.* *ſic Chaldæus. poſt ſe. i. poſt tergum. Septuaginta: retrorſum. Iuxta Hebræũ: poſt eum. ſ. uirũ, cum incederet, poſt tergũ reſpexit.* *ex Dei iuſſu* *ut memoria eſſet pœnitẽtib. ne ad priſtina peccata reſpicerent.* *non ita facile liquabilis, ſed ad firmitatem petra, ad inſipientium monitionem, alioquin ſapientiæ ſymbolum.*

a b c d e f g h i k l m n

cuncta terræ virentia. Reſpiciensq. vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.

S C H O L I A.

19 *Cumq. eſſet mane, cogebant eum angeli*] Ferunt quidam, tota nocte Lot in oratione fuiſſe pro ciuitatis liberatione, nec exauditum; mane tamen volentes angeli Dei mandatum exequi, vrgebant vehementer Lot, vt Septuaginta vertunt, vt exiret, & hoc vocat hic Vulgatus cogere.

עון 20 *Ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis*] Ex vi vocis Hebraicæ *Hauon*, ideſt, ſcelus, hic pro punitione ſceleris, quidam intelligendum dicunt; cæterum tropus eſt, in ſacris literis, abſtractum pro concreto quandoque ſumi, & è conuerſo, vt ſcelus pro ſcelerato, vt ſit ſenſus, ne tu ſimul inter ſceleratos pereas.

21 *Diſſimulante illo, apprehenderunt manus eius*] Dolebat vicem populi, & diſſimulabat exire, expectans à Deo miſericordiam; angeli vero apprehenſis manibus illius, vxoris, & filiarum, quod ſcirent dominum illis pepercisſe, eduxerunt eos extra ciuitatem, quaſi duces fugæ ob futurum incendium, vt Ioannes Climachus deſcribit. *Ioan. Clim. de fuga inanis gloriæ grad. 1.*

22 *Et poſuerunt extra ciuitatem*] Poſuerunt, ex vi vocis Hebraicæ, reliquiſſe, etiam ſubintelligitur, quod factum eſt, poſtquam etiam alloquuti fuerunt eos de fuga in Segor. reliquerunt itaque illos, vt ad ciuitatis vltionem reuerterentur.

23 *Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum*] Quaſi dicat, noli ex amore, aut dolore eorum, quæ relinquis, retardari in via, reſpiciendo illa poſt tergum; erat enim prouerbium, ad inſinuandam itineris celeritatem: ne poſt tergum reſpicias, ſicut illud Euangelij: neminem per viam ſalutaueritis, ſic Hiſpane dicimus, *nõ ſeais oido ni viſto.* quod enim quidam putant Hebraiſmum eſſe, eiuſq. ſenſum, non te pœniteat, non adeo placet, niſi addas, ita vt ab incepto itinere retarderis. Porro, ſalua animam tuam, ideſt, vitam tuam, quaſi dicat, ſatis tibi conſultum puta, ſi hoc aſſecutus fueris.

24 *Nec ſtes in omni circa regione*] Iuxta Hebræum, regionis nomine, hic planitiem intellige, quaſi dicat: *no pareis en todo eſte llano.*

25 *Sed in monte ſaluum te fac*] Non intelligas montem verſus locum, vbi habitabat Abraham, vt Iudæi exponunt, ſed de alio propinquiori ipſi ciuitati.

26 *Quæſo, Domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti gloriam & miſericordiam*] Etſi cum duobus angelis loquebatur, ad illum tamen ſermonem dirigens, qui ipſum liberare venerat, quæſo, inquit, Domine mi, &c. Porro, inuenire gratiam phraſi Hebræa acceptum eſſe importat, *pues me hazeis tanta merced, y fauor.* Iam, magnificare eſt augere, & celebre reddere. gloria vero eſt cognitio, quæ de meritis alicuius habetur (*la opinion y concepto de las prendas de vno*) vt ſit ſenſus: magnum nomen tuum, & miſericordiam palam feciſti erga me, ſaluando vitam meam.

27 *Non poſſum in monte ſaluari*] Quidam dicunt Lot timuiſſe, ne mons vicinus ciuitatibus euerſis etiam rueret, ſed probabilius eſt timuiſſe & itineris laborem, & frigus præ ſenectute, cum non eſſent domus, vbi ſe reciperet, & multorum penuriam, ſi infirmari contigiſſet, & forſan præ timoris turbatione, quaſi non credentis angeli verbis ſe habuit, vt Auguſtinus qu. 44. in Gen. viſus eſt inſinuare: Quod enim Hebræi ferunt, loqui de monte iuxta locum, in quo Abraham morabatur; refugiſſeq. eius propinquitatem, quod comparatione illius imperfectior appareret, qui per reſpectum ad Sodomitas viſus erat iuſtus, ac proinde liberatus, irrationabiliter dicitur.

28 *Numquid non modica, & viuet anima mea*] Putauit non eſſe adeo grauia, nec tot peccata illius modicæ vrbis, ac proinde facilius illis veniam impetraturum, & ideo dixit: numquid non modica? cupiebatq. ſe ibi recipere, vt viueret anima eius, id eſt, ipſe.

29 In

29 *In hoc ſuſcepi preces tuas*] Iuxta Hebræum eſt: ſuſcepi faciem tuam, & eſt Hebraiſmus. at Septuaginta vertunt: Miratus ſum faciem tuam. ſed certe horum verborum difficilis eſt ſenſus, Vulgati autem facilis, eſt enim explicans Hebraiſmum: ſuſcipere faciem; ideſt, preces exaudire.

30 *Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc*] Sciebat angelus, Deum velle Lot incolumem permanere, nec ſe poſſe Dei voluntatem præterire, ac proinde dicebat, ſe quidquam facere non poſſe in illorum vltionem, quouſque Lot in locum tutum ſe recepiſſet.

צוער

Hier. q. hebr. in Gen:

31 *Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius Segor*] In Hebræo *Tſohar*, ideſt, parua; quod eam Lot modicam dixerit, vocata eſt Segor, ideſt, modica, cum antea Balæ, deinde Saliſſa, iuxta Hieronymum, dicta fuerit, quæ non in planitie, ſed ad radicem montis ſita eſt.

Alb. q. in Gē.

Strabo li. 16.

32 *Sulphur & ignem à Domino de cælo*] Ardorem libidinis, vt Albinus aduertit, igne penſauit, fœtorem vero & peccati turpitudinem, ſulphure. De cælo vero dicitur, ſicut & aquæ pluuiales de cælo deſcendere dicuntur, ideſt, de ſuperiori parte nubiloſa, quod ſcilicet nō ex ſitu terræ, aut de terra, vt Strabo irrationabiliter exiſtimauit; nam & conuerſio mulieris in ſtatuam, vtrumque miraculoſum fuiſſe indicat. Porro, Dominum à Domino pluere, Hebraiſmus eſt, quo ingruentem, & copioſum ſulphureum ignem deſcendiſſe deſcribitur; ſicut & montes Dei montes magni, & nix Dei, copioſa nix: quo modo loquendi & nos vtimur: *hizo el Rey, vn banquete de Rey*, ideſt, conuiuium regium & ſplendidiſſimum. quamuis non reijciam aliquorum mentem, eo quod multorum patrum ſit, qui pluralitatem diuinarum perſonarum hic innui aſſerunt, cum dicitur, Dominus à Domino, vt Philaſtrius, Cyrillus Idacius Clarus, Euſebius, Hieronymus, Irenęus, Baſilius, Marcellinus, & Concilium Syrmienſe, & alij quamplures ex Patribus. Notandum tamen obiter eſt, Syrmienſe illud Concilium, non quantum ad omnia, ſed tantum quantum ad confeſſionem fidei de diuinitate, & æternitate Chriſti contra Photinū vim habere. hoc dixi, quod ſub anathemate ibi talis interpretatio confirmetur; cum tamen à viris Catholicis & eruditis per ſolitum Hebraiſmum verba hæc exponantur.

Phil. l. de hęr. Idacius contra Varimandum. Euſeb. 1. Eccl. hiſt. 1. Hier. Oſee 1. Iren. l. 3. c. 6. Baſil. l. 5. contra Eunomiū. Marcel. ad Salomo. Epiſc. Conc. Syrm. can. 16. Iuſtin. in dialogo cum Triphone. Tertul. contra Iudaeos. Cypr. contra Iudaeos. Euſeb. l. 5. de demōſt. Euan. Hil. l. 5. de Tr. Cyril. l. 1. contra Iulianum.

33 *Et ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem*] Hebræi ferunt, ciuitates in rupe fundatas, & ipſam ſubuerſam; ſed certe demolita ædificia, ſiue igne conſumpta, etiam ſubuerſa dicuntur; omnē vero regionem, ex vi vocis Hebraicæ, hic planitiem intelligit, quam adhuc exuſtam apparere, & non aquis Aſphaltidis ſubmerſam quidam autumant; Ioſephus vero ſic exuſtam refert, vt neque plantatio, neque fructus ex ea vltra conſurgeret.

Ioſeph. 1. anti. cap. 11.

34 *Et habitatores vrbis, & cuncta terræ virentia*] Ideſt viros, & mulieres, quæ pariter nequam erant, alijs peccatis implicitæ, & immerſæ, & infantes, qui aliquid patris, ac proinde, ſicut quandoque bonis parentum fruuntur, ita vitijs parentum iuſte plectuntur, ſicut ſupra docuimus, & ita iuxta Auguſtinum, vt omnia obliterarentur, omnis progenies eraſa eſt. Porro & virentia etiam terræ interiacentis inter ciuitates cuncta deſtruxit, & ſuccendendo deturpauit. De qua re videndi ſunt Plinius lib. 5. cap. 16. Solinus cap. 37. Cornelius Tacitus lib. 5. hiſtoriarum, Ioſephus lib. 5. de bello Iud. c. 5. Borchardus par. 1. cap. 7. numero 38. qui mirabiles huius exitij effectus ſcribunt.

Aug. q. 1 3. no. & vet. teſt.

35 *Reſpiciensq. vxor eius poſt ſe*] Humano more, quo ægrius vetitis abſtinemus, vt Sulpitius deſcribit, nōn ſemel, ſed ſæpe iuxta Ioſephum contra Domini mandatum per angelum factum ex immoderato affectu reſpiciens, ac iter proinde retardās, cum iam ingreſſus eſſet Lot in Segor, foris ipſa retardata, & poſt tergum reſpiciens, in ſalis ſtatuam verſa eſt, & vt Hieronymus ſentit, in anima etiam perijt.

Sulp. in ſua hi. Ioſeph. 1. anti. c. 11.

Hier. ad Ruſt.

36 *Verſa eſt in ſtatuam ſalis*] Salis, non ita liquabilis, ſed ad duritiem petræ, quam Ioſephus vidiſſe ſe refert, & Thargum Hieroſolymitanum confirmat. quod ſi per angelum factum eſt, id erit, vt Dei inſtrumentum, non quidem in effectum propria virtute aliquid influens, vt S. Thomas docet. ſicut enim creatio, ita & naturarum ſubita conuerſio mutua, Dei ſolius opus eſt. Porro Auguſtinus ſic factum putat, vt ſal, quod in abditis corporis à natura latet, totum corpus infecerit, & ſic totum corpus ſal redditum ſit; eſſe autem ſal à natura in corpore humano, & lachrymæ, quæ ex felle turbato ab oculis defluunt, & quod ex pectore per os excutitur in tuſſi, vt ex eorum ſapore deprehenditur, & quod in flegmate miſtum eſt, ſatis aperte dicit inſinuare. Iam, Hebræi id factum dicunt, quod nocte præcedente, cum ad ciborum condimentum in conuiuio angelorum, quos homines putabat, ſal ab ipſa exegiſſent, dare renuit, iuxta morem patriæ, male iam affecta circa peregrinorum hoſpitalitatem. ſed præſtat cum Albino, & Optato Afro, iuxta illud Lucæ 17. dicere id factum fuiſſe, vt veluti ſal ſapientiæ factum hoc pœnitentes erudiret, ne ad priſtina peccata reuertendo reſpiciant; ſicut enim verbis, ita & factis Deus quandoque prædicat, quemadmodum & Prophetæ Dei ſpiritu acti, & verbis & factis multa prædixerunt. Et licet ad myſticum inſtitutum hoc videatur dictum, puto tamen eſſe ſecundum literalem ſenſum, quare ſcilicet in ſalis ſtatuam, & non in aliquod aliud à Deo conuerſa fuerit; conuerſionis vero cauſa, mandati tranſgreſſio fuit.

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

S. Th. q. 16. de malo. a. 9. ad 3. Aug. tom. 3. de mirab. ſ. Scrip.

Alb. q. in Gen. Opt. l. 3. & Auguſt. to. 5. 16. 8 ciu. Dei, c. 30. Luc. 17. memores eſtote vxoris Lot.

---

a — *qui tota nocte orauerat pro Pentapolitis, nec exauditus:*
e — f — *angelum in perſona Dei alloquens.*
i — *i. angelo, qui Domini perſonam gerebat.*
x — *ſ. pietate motus.*

a b c d e f g h i k l m n

Abraham autem conſurgens mane, vbi ſteterat prius cum Domino, intuitus eſt Sodomam, &

Gomor-

g h i
iam enim breui ſpatio copioſus ignis deſcenderat, & omnia exterminauerat. .i. extinctum, & ſubtiliorem cinerem.
a b c d e f g h i K l
Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: viditq. aſcendentem fauillam de terra,

b f n
vbi coquuntur petræ pro calce facienda. ſ. incendio. qui orauerat, maximè pro liberatione Lot.
a b c d e f g h i k l n
quaſi fornacis fumum. Cum enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahæ,

a i l m
educendo illum miniſterio angelorum, qui prædixerunt ei futurum incendiū, & exire vrgebant. timens communi ſubuerſione Segor perituram, quam terræ motib. ſæpe ſubuerſā nouerat. quam incolumem futuram angeli prædixerant, dum ipſe ibi maneret, ſed parum fidens eorum verbis, fidem ſuam non multi roboris eſſe oſtendit.
a b c d e f g h i k l m n o
liberauit Lot de ſubuerſione vrbium, in quibus habitauerat. Aſcenditq. Lot de Segor, & manſit

b i m n r
quo antea ſe recipere recuſauerat. parum fidens verbis angeli. quam nouerat ex terræ motibus ſæpe ſubuerſam quæ erat in monte.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca

a h i k l
ſ. Lot. recordatæ eius, quod Dominus ſæpe dixerat: Creſcite, & multiplicamini, in hoc caſu præceptum vrgere crediderūt.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitq. maior ad minorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus

a b K l m n o
exiſtimauit ſolum patrem ex viris ſuperſtitem in toto orbe, quem per ignem exterminatum putauit, quia futurum ſic aliquando a patre didicerat. i. ad congreſſum naturæ ordine & more ſolitum. q. d. eia:
a b c d e f g h i k l m n o
virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni,

a b c d e f h i K l m n n
quia perſpectam habebant patris pudicitiam, & aliter non facturum putabant, ſi ſui compos eſſet. Hebraiſmus, quo concubitus per dormitionem deſcribitur. quod licitum putauerunt, cum ſolum virum ſuperſtitē iudicarent. i. prolem.
a b c d e f g h i k l m n
inebriemus eum vino, dormiamusq. cum eo, vt ſeruarę poſſimus ex patre noſtro ſemen.

e f e f g h n o p
plus ſolito, & cum abundantia. ipſe afflictionibus mente diſtractus, & putans filias id facere, vt mœſtitiam eius leuarent. ſ. inebriatus eſt. i. ei ſe commiſcuit carnaliter.
a b c d e f g h i k l m n o p
Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa. & ingreſſa eſt maior, dormiuitq. cum patre:

d e f g h i k l
ex ſomnolentia, & mentis perturbatione. Hebraiſmus .i. non percepit concubitum filiarum, & putabat eſſe cū vxore, non memor mortis illius. ſubintelligendum eſt, nec in vigilia recordatus eſt facti.
a b c d e f h i k l m n o p q
at ille non ſenſit, neque quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. Altera quoque die dixit

e n o
.i. concubui. ita vt inebrietur.
a b c d e f g i k l m n o p q r
maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte,

b c d g
.i. ei commiſceberis. .i. prolem.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederunt etiam, & illa nocte patri ſuo

a b f n
ſ. & inebriatus eſt. .i. ei ſe commiſcuit. i. nec percepit filiam eſſe, ſed putabat ex ſomnolentia vxorem.
a b c d e f g h i k l m n o
bibere vinum, ingreſſaq. minor filia dormiuit cum eo: & ne tunc quidem ſenſit quando

conc

a c d e e
iuxta Hebræum: accubuerit ſ. filia. *ſ. nec in vigilia recordatus eſt eius, quod ſomnolentus fecerat.* *ſ. filia.*
a b c d e f g h i k l m n o
concubuerit, vel quando illa ſurrexerit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitq.

f g h m n o a
i. ex patre *ſ. eorum, qui fuerunt, & ſunt.*
a b c d e f g h i k l m n o
maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarum, vſque ad præſentem

k
qui & Benammi.
בנעמי
a b c d e f g h i k l m n
diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, ideſt filius populi

f g
i. eorum, qui fuerunt & ſunt.
a b c d e f g
mei: ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

S C H O L I A.

37 *Viditq. aſcendentem fauillam de terra, quaſi fornacis fumum*] Deſcenſus ſulphurei ignis adeo copioſus fuit, vt breui ſpatio totam regionem, & ciuitates deuaſtauerit: vnde Abraham, qui per totam noctem pro eorum liberatione orauit, pietate motus, cum mane verſus regionem reſpiceret, non deſcendentem ignem, ſed iam fauillam aſcendentem, vel paruo vento flante vidit, ad modum fumi, qui aſcendere ſolet ex fornace, in qua lapides ad calcem faciendam coquuntur.

Aug. q. in Gē. q. 45.

38 *Recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Lot*] Ex hoc loco facile deprehenditur, vt Auguſtinus aduertit, precibus Abrahæ maxime liberatum Lot, & non ſolum quia ipſe iuſtus. potuiſſet enim Dominus, & iuſte iuſtum Lot ex cohabitatione Sodomorum ſocium vicinis in temporali damno feciſſe.

Hier. q. hebr. in Gen.

39 *Aſcenditq. Lot de Segor, & manſit in monte*] Cum terræmotibus ſubuerſa ſæpe fuerit Segor, vt Hieronymus aduertit, vnde & Bale primum, deinde Saliſa dicta eſt, timuit Lot ne communi ruina amplius periret, vel quod illius Segor vitia non diſparia ab alijs eſſet expertus, ac pro certo cum alijs ſubuertendam putaret, ideo ad montem, ad quem antea ire refugerat, ſe recepit: quo facto non magni roboris fidem Lot fuiſſe colligunt Hieronymus, Auguſtinus, Strabo, & Albinus, cum angeli verbis parum fiderit, qui illum exauditum pro liberatione Segor dixerat, & ſe eiuſdem angeli miniſterio à Sodomæ incendio liberum fuerat expertus.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 46. in Gen. Strabo. Alb. q. in Gē.

40 *Et nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos, iuxta morem vniuerſæ terræ.*] Vno Auguſtino excepto, qui ſæpe referēdo, & nō ex propria mente diffiniendo loquitur, quem ex recentioribus aliqui ſequuntur) fere omnes patres ideo excuſant filias Lot à culpa concubitus cum patre, quod putauerint, ex vniuerſi orbis viris ſolum Lot ſuperſtitem; maxime cum ſæpe ab illo audierint orbem quandoque periturum per ignem, ſicut temporibus Noe per aquam, & tunc adimpletum crediderunt; & Ioſephus inquit: puellæ vero vniuerſum genus humanum extinctum ratæ, curantes, ne totum genus deficeret. hinc, ad exitum Lot, exiſtimat Theodoretus, Segor terræ hiatu ſubuerſam, licet incendio non perierit cum illis quatuor ciuitatibus de quibus Deut. 19. ſaltem filiæ Lot Segor ſubuerſam crediderunt, cumq. recordarentur verbi Dei, ſemel & iterum indicti, ſcilicet: Creſcite & multiplicamini. in hoc caſu, præcepto addictas ad multiplicationem ſe eſſe putauerunt, & licitum eſſe ex patre filios habere, quod ſolus in orbe eſſet vir: idq. libidine non feciſſe, cum, poſt conceptum, concubitus actum non iterauerint, Albinus optime aduertit; & cum patris pudicitiam noſſent, ſuſpicatæ ſunt, niſi in ebrietate eſſet, id non eſſe facturum. Porro, quod dicitur: iuxta morem vniuerſæ terræ, honeſtis verbis naturalis modus concipiendi per acceſſum ad virum deſcribitur. Iam, licet, vt vidimus, non ſolum filiæ Lot, ſed & Theodoretus, & Suidas putarint, Segor, tunc extinctam; cæterum non ita fuiſſe, ſed multo poſt tempore extitiſſe, conſtat Eſaiæ 15. ita & Ioſephus, & Hieronymus, & Borchardus, qui non amplius trecentis ante nos annis fuit, ſuo tempore adhuc fuiſſe ſcribit.

Aug. 22. contra Fauſt. c. 42 vſque ad 46. Orig. ho. 15. in Gen. Hier. de cuſtodia virgin. ad Euſtoch. Theod. q. 69. in Gen. Iren. l. 3. ſer. 58 Alch. q. in Gē Ioſeph. 1. anti. c. 11. Chryſ. ho. 44. Ioſeph. 1. anti. cap. 11. Thed. q. 69 in Gen. Alb. q. in Gen. Ioſeph. 1. ant. cap. 5. de bello Iud. c. 5. Hier. de locis Hebr.

41 *Veni inebriemus*] Non ad motum localem, ſed phraſi Hebræa, ad faciendum incitat, cum dicit ſorori: Veni.

42 *Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa*] Non fuit in ſpelunca miraculoſe productum vinum, vt Iudæi fingunt, ſed inter alia victualia ex Segor aſportatum; & licet ab intemperantiæ vitio non ex toto excuſent Lot, Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus & Strabo, nec filias, quæ ad id induxerunt, magna tamen ex parte excuſari debet, vt Theodoretus acute aduertit, quod cogitationibus varijs diſtractus, & afflictionibus attritus ex ſubita vxoris, & bonorum omnium amiſſione, non aduerterit immoderatum vſum vini, maxime cum à filiabus oblatum crederet, vt mœſtitiam & dolorem patris tēperarent cordis alacritate, quam vinum cauſare ſolet, neſciens quidem quid filię molirentur, & ſic plus ſolito bibens, inebriatus eſt.

Ori. in iſtū lo. Hier. de cuſtodia virgin. vbi ſupra. Aug. 22. contra Fauſt. Chryſ. ho. 44. Strabo. Theod. q. 69. in Gen. S. T. 22. q. 150 ar. 4.

43 *Non ſenſit quando accubuit filia, nec quando ſurrexit.*] Phraſi Hebræa ex accubitu, & egreſſu è lecto honeſte quidem deſcribitur, nihil inter medio

rum aduertiſſe, ſcilicet concubitus; quod licet Hebræis videatur incredibile, maxime cum virgines eſſent, & ideo verba prædicta, vt teſtis eſt S. Hieronymus, expungant, nos tamen vt certum cum Scriptura contendimus; ita Irenæus 4. contra hær. cap. 51. Licet enim aduerteret concubitum, ex mentis tamen perturbatione putabat accedere ad vxorem, nec recordabatur mortis illius, & mane facto, etiam eius, quod ſomnolentus fecerat, non meminit, quod quandoque citra ebrietatem ex magno ſopore experimur.

S. Hieron.

Chryſ. in hūc locum.

44 *Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patrē ſuo.*] Quantum ad concubitum cum filiabus, omnes ſancti Patres excuſant Lot, eo quod effectus ille ex ebrietate nullo modo præcognitus fuerit, nec eſſe debuit, etiam qui non omnimode excuſant ab actu intemperantiæ, vt Auguſtinus contra Fauſtum inquit, Lot culpandus eſt, non quantum inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit. Porro ex patre duæ filiæ pepererunt, quod Baſilius expendens, vt teſtatur Anaſtaſius, patrem, ſocerum, generum, virum, & auum appellat.

Orig. in iſtum locum. Hier. de cuſtodia virgin. ad Euſtoch. Aug. q. in Gē. Chryſ. ho. 44. Alb. q. in Gen. S.T. 22. q. 150 Aug. 10. 6. 22. contra Fauſt. c. 44.

Ana. q. in Scr.

45 *Moab ipſe eſt pater Moabitarum vſque ad præſentem diem*] Moab ex Hieronymo interpretatur ex patre: quod vero additur: Vſque ad præſentem diem, & infra ſubditur: Pater Amonitarum vſque hodie, modus dicendi Scripturæ ſatis familiaris eſt, ſubintelligendumq. eſt: eorum, qui ſunt vſque ad præſentem diem, vel vſque hodie; ſicut nos diceremus in noſtro idiomate: *Amon es padre de los Amonitas, que han ſido, y ſon haſta el dia de hoy.* Porro Moabitas magnam gentem fuiſſe, & tam ipſos, quam Ammonitas in conualle Syriæ habitaſſe, teſtis eſt Ioſephus, inquiens: vterque Cœlen Syriæ incolunt.

Hier. q. hebr. in Gen.

Ioſeph. l. anti. c. 11.

CAPVT XX.

a b d e f h o k l m
ſtatim poſt ſubuerſionem Sodomorum. *à conualle Mambro non longe à Sodomis.* *verſus Aegyptum, quæ reſpectu Paleſtinæ ad Auſtrum eſt.* *.ſ. in Geraris* *ſolitudinum duarum nomina ſunt Cades & Sur.*
a b c d e f g h k l m n o
Profectus inde Abraham in terram auſtralem, habitauit inter Cades, & Sur: & peregrinatus

c d i K l q
metropolis vrbs, à qua Geraritica regio. *timore Abimelech dixit, ſub. interrogantibus, quæ eſſet.* *quod filia fratris more Hebræorum.* *quæ & Gurbaal.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
eſt in Geraris. Dixitq. de Sara vxore ſua, ſoror mea eſt. Miſit ergo Abimelech Rex Geraræ,

b c d e f h p q
.i. in domum ſuam intulit. *.i. per angelum in ſomnis apparuit.* *qui continuo ac Saram tulit, infirmitate correptus eſt, iam deſperantibus medicis;* *ſub. niſi reddideris vxorem.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
& tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris

b d K l m
.ſ. Saram. *.i. in domum tuam intuliſti.* *inhoneſte, cognoſcendo illam.*
a b c d e f g h i k l m
propter mulierem, quam tuliſti: habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam,

a b e f h i l
.ſ. Abimelech: *.i. familiam.* *quod .ſ. nupta.* *quod affectu maritali tantum tulerim.* *audierat de Sodomitis factum, & timuit.* *.ſ. Abraham.*
a b c d e f g h i k l m n o
& ait: Domine, num gentem ignorantem & iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit mihi: Soror

d h k n o p q
.ſ. Sara. *.ſ. Abraham;* *Hebraiſmus .i. corde integro, ignorans, abſque dolo, non putans me male facere.* *Hebraiſmus .i. munditia externi operis nihil indebitum feci, q.d. nec cogitatione, nec externo opere deliqui.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
mea eſt: & ipſa ait: frater meus eſt. in ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum

l m n q
putans ſororem, in vxorem tuleris. *.i. commiſeris.* *corripiendo infirmitate prohibui.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
feci hoc. Dixitq. ad eum Deus: & ego ſcio quod ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te, ne

a b c d e f g h i
accedendo ad vxorem alterius, etiam leui defectu admiſſo. pro infirmitate quam in te immiſi. .ſ. inhoneſte cognoſcendo.
a b c d e f g h i k l m n o p q
peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia

a d e f n o p q
quod prophetice de fide diuinitatis edoctus, & quod futura etiam praeſciuerit. quia mihi acceptus eſt. Hebraiſm.i. certo morieris.
a b c d e f g h i k l m n o p q
propheta eſt: & orabit pro te, & viues: ſi autem nolueris reddere, ſcito quod morte morieris

h i o a
inter dos luces, ſummo mane. qui erant a conſilijs, & familiares.
a b c d e f g h i k l m n o
tu, & omnia, quæ tua ſunt: ſtatimq. de nocte conſurgens Abimelech, vocauit omnes ſeruos

i k n
.i. ipſis audientibus. .i. qui præcipui, nempe à conſilijs Regis, & intimi familiares.
a b c d e f g h i k l m n o
ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum, timueruntq. omnes viri valde.

a k l
ex virorum conſilio. .i. commiſiſti contra nos.
a b c d e f g h i K l m
Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid feciſti nobis? quid

m a b c e f m n
.i. in quo te offendimus hactenus. .i. occaſionem præbuiſti, ſiue impoſuiſti .i. quo grauiter à Deo puniremur ob delictum.
a b c d e f g h i k l m n
peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande?

c b d e f d e f
.i. debueras. q.d. no os haueis hauido connoſotros como fuera razon. .i. committere. .i. commiſiſti contra nos.
a b c d e f
quæ non debuiſti facere, feciſti nobis.

SCHOLIA.

1 PROFECTVS *inde Abraham in terram Auſtralem*] Cum, ſubuerſis Pentapolitis, iam non eſſent peregrini, qui ad illos tranſirent, ideo Abraham, vt Hebræi ſentiunt, qui hoſpitalitatis officia diligebat, à conualle Mambre non longe à Sodomis receſſit, & eodem anno, vt ex partu Saræ liquet, qui, iuxta angeli dictum, fuit intra ſpatium vnius anni, profectus eſt ad Auſtralem plagam, verſus ſcilicet Aegyptum, quæ reſpectu Paleſtinæ ad Auſtrum eſt.

2 *Habitauit inter Cades & Sur*] Duæ ſolitudines ſunt, iuxta Hieronymum, quarum vna, ſcilicet Sur, Ægypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris peruenit, altera Cades vſque ad Sarracenorum eremum extenditur. *Hier. de locis hebr.*

3 *Et peregrinatus eſt in Gerarir*] Gerera, à qua vrbe, & Geraritica regio, iuxta Hieronymum, trans Daroma, procul ab Eleuteropoli viginti millibus, & quinque ad Meridiem, erat autem olim terminus Chananæorum ad Auſtralem plagam, & ciuitas metropolis Palæſtinæ. Septuaginta vocant illam petram, at S. Hieronymus admonet, dictam fuiſſe Gurbaal, non Gabaal, vt aliqui dicunt. iuxta eam eſt vallis eiuſdem nominis; in qua Abraham peregrinatus eſt inter Sur & Cades; eam hic Scriptura deſcribit, vt annotauit B. Hieronymus. *Hier. de locis Hebr.* *Hier. tom. 3. q. Hebr. in Para.* *Hier. to. 3. de locis Hebr.*

5 *Dixitq. de Sara vxore ſua: ſoror mea eſt*] Sicut ſupra capite duodecimo vidimus, Abraham, etiam coram Pharaone ſiluit, Saram vxorem, dixit vero ſororem ſuam eſſe, & vere, cum filia fratris eſſet, quam iuxta Hebræorum morem, & ſororem nominat, ita & nunc coram Abimelech illorum locorum Rege, quem ſimiliter timuit, vt Ioſephus teſtatur, licet certus Deum ſimiliter Saræ pudicitiam ſeruaturum, vt Iſidorus vult: tantæ enim pulchritudinis erat Sara, cum tot eſſet annorum, ſicut Auguſtinus admiratur, vt poſſet adamari, forſan ſpeciali Dei prouidentia, cuius cauſam ipſe nouit, ſic in illa pulchritudinis ſpeciem conſeruante, ſicut de Moyſe legimus Deuteronomij vltimo; vbi enim in Vulgato dicitur: Non caligauit oculus eius, ex Hebræo alij legunt: Non eſt obſcuratus color eius, vel, non emarcuit recentia eius, cum eſſet centum viginti annorum, & de viribus Caleb ſimile legimus Ioſue 14. & Seder Olam ſcribit, Saram dictam fuiſſe Ieſcam à verbo Hebræo, quod videre ſonat, quod ob nimiam pulchritudinem omnium ad ſe oculos conuerteret; quamuis non deſint, qui dicant, Scripturam præpoſtere hic narrare raptum iſtum, cum multo antea contigerit, ſed certe idem poſſem dicere, de eo, quod ſupra capite duodecimo narratur de Pharaone; quamprimum enim egreſſa eſt cum viro ſuo de Haram iam *Ioſeph. 1. anti. c. 12.* *Iſidorus.* *Aug. q. in Ge.*

ſe-

ſexaginta & quinque annos nata erat. Porro, dixit de Sara vxore ſua,ſubaudiendũ eſt, interrogantibus quæ eſſet ipſa.

5 *Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte.*] Poſt ſublationem Saræ ſtatim infirmatus Abimelech, deſperantibus medicis, vt Ioſephus ſcribit, locutus eſt illi Deus per ſomnium; quandoque enim vt S. Thomas aduertit, angelorum miniſterio Deus aliqua reuelat per ſomnium, iuxta illud, quod Num. 12. legitur: Per ſomnium loquar ad illum.

Ioſeph. l. anti. c. 11.

S.Th.22.q.95 ar.6. ad corp.

6 *Habet enim virum.*] Ex vi vocis Hebraicæ *Baha l*(quę importat, & ſuperiorem eſſe, & ſupergredi,& coniungi, vt ſuperius inferiori) deprehenditur, virum, vt ſuperiorem muliere, ipſo nomine deſcribi, quod intelligi debet iuxta illud Pauli ad Epheſ. 5. vir caput mulieris.

בעל

7 *Abimelech vero non tetigerat illam,*] Inhoneſte, intellige, ideſt, non cognouerat illam carnali congreſſu: quod ne mirum cuiquã videatur, meminiſſe oportet, quæ ſupra cap. 12. aduertimus de regum conſuetudine, antequam ad nouam vxorem accederent. Adde, quod ſtatim infirmatus eſt, vt Ioſephus notauit, & infra, ſtatim innuitur, cum dicitur: & non dimiſi vt tangeres eam, infirmitate ſcilicet correptus.

Ioſeph. l. anti. cap. 11.

8 *In ſimplicitate cordis,*] Hebraiſmus eſt, id eſt, corde integro, ignorans viro alligatam, nihilq; mali aut inſidiarum machinans, ſed credens ſororem, eam in vxorem ducere intendebam.

10 *Et immunditia manuum mearum feci hoc,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, nihil externo opere indebitum faciens, ſed tantum maritali affectu accedere intendẽs, quaſi dicat vtroque Hebraiſmo, nec corde nec opere in hoc deliqui.

11 *Quia propheta eſt,& viues,*] Prophetæ nomen in ſacris Scripturis diuerſa ſignificat, ſicut ſuis locis adnotabimus. hic tamen Abraham propheta dicitur, iuxta ſanctum Thomam, quod prophetice inſtructus fuerit de ijs, quæ ad diuinitatis fidem pertinent; cuius reuelatio excellentior fuit cæteris quæ factæ ſunt ad Iſaac & Iacob. tum etiam propheta dici potuit, quod quę futura erant, diuinitus pręintellexerit, vt patet ex cap. 15. Gen. de captiuitate, & liberatione ſui ſeminis, quę & filijs retuliſſe probabile eſt, vt in aduerſis animęquiores fierent; & eodem prophetię ſpiritu ferunt aliqui nouiſſe vxoris pudicitiam à Deo cuſtoditam. Nec excludenda eſt eorum mens, qui etiam hoc loco nomine prophetę intelligant, ſimul cum prophetię dono eximia pręditum ſanctitate; Deoq; chariſſimum, vnde ſubditur: Et orabit pro te, & viues. Porro vbi dicitur, Et viues, in Hebręo imperatiue eſt, ideſt, & viue, Hebręorum more qui viciſſim imperatiuis pro futuris, & e conuerſo vtuntur, & viue, ideſt, & viues, ſicut Vulgatus transfert.

S.T.22.q.174 ar.6.

12 *Et orabit pro te.*] Quaſi dicat, mihi acceptus eſt. Ex quo loco Anaſtaſius ex Athanaſio refert, oratione Abrahæ Deum à morte, & ſterilitate Abimelech, & domum eius liberaſſe, quod ex vltimis huius capitis verbis aperte dignoſcitur. Porro, verbum *Palal*, orare, diſcernere, & iudicare ſignificat, quod aliquando qui orat, & ius dici petat à Deo.

Anaſt. q. in Script.

פלל

13 *Vocauit autem Abimelech etiam Abraham.*] Ex ſeruorum conſilio Abraham vocaſſe, ſcribit Ioſephus, eiq; dixiſſe mulierem intactam, quod Deus illius curam gereret, nec ipſam Saram niſi in vxorem optaſſe, idque ſolum enixe poſtulare, vt pro ipſo Dominum deprecaretur, Abraham vero eum de ſalute certum feciſſe.

Ioſeph. l. ant. cap. 11.

14 *Statimq; de nocte conſurgens.*] In Hebræo *Vaias Kem*, ideſt manicauit, ſi hoc verbo vti liceat, ſiue mane ſurrexit: Septuaginta: Diluculo ſurrexit forſan *entre dos luzes, por la mañana, madrugo*; vt ſic & nox, & diluculum dici poſſit.

וישכם

15 *Quid peccauimus in te?*] Quaſi dicat in quo hactenus te offendimus.

16 *Quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande.*] Ideſt, occaſionem præbuiſti, vt nos Deus grauiter puniret: ex quo deprehenditur, quam graue ſit adulterium, vt etiam ignorantibus, ſiquis inquiſitionis, vel ſimilis defectus immiſceatur, graui à Deo temporali pœna plectatur.

17 *Quæ non debuiſti facere feciſti nobis,*] Ideſt, ſecus ac debueras. *no os haueis hauido con noſotros como fuera razon*. Chaldæus: Opera, quæ non erant digna fieri, feciſti mecum. Septuaginta: Opus quod nullus fecit feciſti mihi.

a b d e h h
cauſam ſimulationis ſcire deſiderans; *ſ. quod te mouit, vt hoc faceres vel quid conſideraſti, vt hoc facer eſt que penſaſte hazer?* *dicendo ſororem eſſe.* *i. committeres.*
a b c d e f g h i k l m
Rurſumq; expoſtulans, ait: Quid vidiſti vt hoc faceres? Reſpondit Abraham: cogitaui mecum,

l m n o p
vt vidua potiantur. *ſ. quam me viuente etiam, apud quos non eſt timor Dei, deturpare verebuntur.*
a b c d e f g h i k l m n o p
dicens: forſitan non eſt timor Dei in loco iſto: & interficient me propter vxorem meam:

e f g h i k o p
iuxta Hebræorum morem ſoror dicta. *i. conſanguinea ex parte patris mei neptis, quia filia Haram, & per conſequens filia Thare, patris Haram; filij enim qui per rectam generationem naſcuntur dici ſemper ſolent, reſpectu omnium præcedentium.* *quia Haran eius pater non eſt filius eiuſdem matris cum Abrahã.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t
alias autem & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in

b c d e f h i n
etſi vero ſpecialiter ita factum ſit, eſt tamen communis modus loquendi, deſpues que Dios me ſaco de mi tierra. *ex Haran ſ.* *ſ. Saram.*
a b c d e f g h i k l m n o
vxorem. Poſtquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc

o a b c K
idiotiſmus illius temporis, ſicut modo eſte bien, e eſte plazer me hazed; vel miſericordiam i. compaſſionē, q. d. compadeſcete de mi, di que eres hermana, propter periculū vita mea. *percontantibus. ſ. & ex more fratrē me nominabis, ſicut & modo aliquando fieri eſt conſuetum.*
a b c d e f g h i k l m n
miſericordiam facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus

e f g h i
in eius honorem, quod ſanctum virum eſſe cognoſceret.
a b c d e f g h i k l m n o
ſum. Tulit igitur Abimelech oues & boues, & ſeruos, & ancillas, & dedit Abraham:

a b c h i k l
ab omni impudicitia liberam. *Hebraiſmus, qui ſequentibus verbis explicatur, vt poſſitis in ea, ſi placuerit, habitare. in veſtra optione erit, eligere quod placuerit.*
a b c d e f g h i k l m n o
reddiditq. illi Saram vxorem ſuam, & ait: Terra coram vobis eſt, vbicumque tibi placuerit

i m o p
q. d. quem fratrem tu appellas. *ſ. in recompenſam, vel hoc modo dicendi vtē poteris apud domeſticos, vel in defenſionem pudoris.* *ſ. ob verecundiam.*
a b c d e f g h i k l m n o p
habita. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit in velamen oculorum ad

a b c d f g i k l
ſ. qui te vxoratam, & apud me fuiſſe norunt, & deturpatam forſan ſuſpicabuntur. *i. ſi ad exteros quocumque profecta fueris, ne te ita ſimules, ſicut hic, ſororem.* *i. apud me fuiſſe, & licet culpam euaſeris, non tamen infamiam, & verecundiam. vel deprehenſam in errore.* *pro ſalute Abimelech, & ſuorum.*
a b c d e f g h i k l m
omnes qui tecum ſunt. & quocumque perrexeris: mementoq. te deprehenſam. Orante autem

b f g l
à fluxu ſeminis grauiſſimo. *à ſterilitate.* *i. ſteriles illas ad tempus reddiderat.*
a b c d e f g h i k l
Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillaſq. eius, & pepererunt. Concluſerat

d g h i K
ſ. feminarum, quæ coniuncta erant viris. *quod ſ. illam apud ſe Abimelech tulerat in vxorem.*
a b c d e f g h i k
enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

S C H O L I A.

18 *Rurſumq. expoſtulans ait*] Ad præcedentes querulas interrogationes tacuit Abraham; cupiens tamen Rex cauſam illius ſimulationis noſſe, rurſum ab eo quæſiuit, dicens: quid vidiſti, ſubintellige, quod te mouit, vt hoc faceres, ideſt, vt ſimulares vxorem, ſororem illam dicens. ſunt qui interpretentur; cum propheta ſis, & videns, quid vidiſti? ideſt, quid tibi Dominus reuelauit, vt hoc faceres, quaſi exponendo vxorem, quod nullus noſtrum feciſſet, ſed prior ſenſus planior eſt.

19 *Non eſt timor Dei in loco iſto*] Adeo adulterium, etiam apud eos, in quibus timor Dei non erat, graue nefas reputabatur, vt pro minori ducerent, virum occidere, vt ſic vidua potirentur, quam viuente viro ad illam accedere.

20 *Filia patris mei, & non filia matris meæ*] Propter hæc verba Saram germanam Abrahæ ex patre contendunt Hieronymus, & Chryſoſtomus, ſed alibi idem Hieronymus, & fere omnes alij, inter quos Auguſtinns dicunt cum Ioſepho, fuiſſe filiam Aram, qui cum frater fuiſſet Abrahæ ex patre, & non ex matre, ideo Sara ſoror, ideſt, conſanguinea dicta eſt, filia Tharæ, qui eius auus, & pater Abrahæ; non tamen filia matris, quia mater Aran patris Saræ, non fuit mater Abrahæ. *Hier. q. hebr. in Gen. Chryſ. ho. 46. Aug. to. 6. 22. contra Fauſt. c. 34.*

21 *Poſtquam autem eduxit me Deus, de domo patris mei*] Chaldæus: Et factum eſt cum aberraſſent populi poſt opera manuum ſuarum, me applicauit Dominus ad timorem ſuum ex domo patris mei, & hoc loco, iuxta Hebræum, aduertendum eſt, *Eloim* in plurali poſitum, quod ſequitur verbum in plurali, errare, ſeu declinare fecerunt, ideſt, pere- אלהים

grinari

grinari fecerunt, ac proinde eſt vnus ex locis, in quibus perſonarum pluralitas innuitur ſecundum aliquos; niſi velis angelos intelligere, ſicut ſupra capite primo adnotauimus.

22 *Hanc miſericordiam facies mecum*] Idiotiſmus eſt tunc in vſu, ſicut modo dicimus, *eſte bien, ò eſte plazer me haueis de hazer*, hoc beneficium mihi præſtabis, aut conferes.

B. Anto. in Meliſſa ſer. 37.

v3 *Tulit igitur Abimelech oues, & boues, ſeruos & ancillas*] Dona iſta omnia refert B. Antonius Eremita, & quod Abimelech Abrahæ optionem dederit manendi in ſuo regno, quòd virum ſanctum cognouerit, in eius honorem hæc omnia illi obtuliſſe.

24 *Vbicumque tibi placuerit habità*] Ioſephus refert, Abrahamum ſtatim reſpondiſſe, id ſibi gratum eſſe, & habitare ibi velle.

25 *Hoc erit in velamen oculorum tuorum, & ad omnes, qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris, memento te deprehenſam*] Chaldæus, ecce dedi mille ſiclos argenti fratri tuo, ecce illud eſt tibi velamen honoris, pro eo, quod miſerim tollere te, & viderim te, & omnia, quæ tua ſunt, & ſuper omnia quæ dixiſti, eſtoq. reprehenſa. at Septuaginta legunt: Hæc tibi erunt in pretium faciei tuæ, & omnibus, qui tecum, & omnia vere loquere. iuxta quam lectionem Chryſoſtomus hom. 45. in Gen. ſic interpretatur, quod quodammodo contumelioſus in te, & virum tuum viſus ſum, reſarcire hoc volens pro hoc mille drachmas viro tuo dedi. Tu vero, & omnes & maxime virum tuum doce, nihil à me factum iniquum eſſe, cum intacta exieris de domo mea, vt ſcilicet pro me preces Deo offerat. Cæterum in velamen oculorum, Hebraiſmus eſt, & difficilis. velamen, pro verecundia ſumitur. quaſi dicat: apud domeſticos, qui te vxorem Abrahæ, & apud me fuiſſe norunt, præ verecundia, quam patieris, quod te deturpatam ſuſpicabuntur, in recompenſam huius verecundiæ erunt mille argentei; apud exteros tamen deinceps ne hac ſimulatione vtaris, memento te deprehenſam, ideſt, ideo apud me detentam; licet enim culpam euaſeris, non tamen infamiam, & veracundiam. Alius ſenſus eſſe poteſt, cum dixerit dediſſe mille argenteos fratri, quaſi ironice, quem dixiſti fratrem, ſubdit: Hoc erit in velamen oculorum tuorum ad omnes, qui tecum ſunt, ideſt, hoc verborum velamine appellando virum tuum fratrem (*eſſe modo de hablar Senyora ſufreſe con los de vueſtra caſa, que ſaben que ſois ſu muger*). vti poteris apud domeſticos, qui te norunt vxorem, & ſic quaſi ex more loqui; apud exteros vero ne iſto velamine vtaris, ne tibi ſimile contingat, *por que no os veais en la occaſion y aprieto que conmigo*. Eſt & alius ſenſus, vt ſit quaſi regium donum ex modo loquendi, quo & nunc vtimur apud Reges *dieron le diez mille ducados para chapines*, forſan tunc in vſu erat, *para velos*, vel *ſi eſtais vergonçoſa mil monedas de oro di à vueſtro marido para velos, para vos, y vueſtras criadas, con que cobriros, pero vos señora acordaos del trabajo en que hos haueis viſto*. Memento te deprehenſam, ne poſt hac hoc verborum velamine vtaris, dicens ſororem illius eſſe, dici etiam poteſt: hoc erit in velamen oculorum tuorum, *por que os auergonceis con los de vueſtra caſa, y aun con los que no lo ſon, pues ſaben que os he tenido en caſa, y que he dado dinero a vueſtro marido, como ſi de vos me aprouechara y aſſi* quocumque ieris, *no hagais otro tanto*, memento te eſſe deprehenſam.

26 *Sanauit Dominus Abimelech*] Forſan fuit infirmitas Abimelech, quæ & Pharaonis, ſupra capite 12. ſcilicet talis fluxus ſeminis, vt ad mulierem accedere non poſſet; vxorem vero, & ancillas ſterilitate ad tempus percuſſerat, & hæc omnia, vt Abrahæ iniuriam præcaueret, & nos ab adulterio deterreret, ſic puniens, quem ſimplici & maritali animo feciſſe nouerat.

CAPVT XXI.

a .i. præſtitit. g h explicatio eſt præcedentium verborum. k per angelum ſupra cap. 18. l .i. Sara.

a b c d e f g h i k l m

Viſitauit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ loquutus eſt. Concepitq.

i per angelum, ſupra cap. 18.

a b c d e f g h i k l m n

& peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitq. Abraham

e .i. peperit. h .i. riſum, à patris riſu, ſupra cap. 17.

a b c d e f g h i k l m n o p

nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac: & circumcidit eum octauo die, ſicut præceperat

a b d e
ſupra cap. 17. *.natus eſt Iſaac.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ei Deus, cum centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac. Dixitq. Sara:

b c d g l
.i. fecit me ridere, ſiue gaudium, & lætitiam cumulauit. *.i. congaudebit, & congratulabitur.* *q. d. nullus, quia miraculo concepit, vires enim natura defecerant.*
a b c d e f g h i k l m
Riſum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi. Rurſumq. ait: Quis auditurus

b d l o
ſub. diceret, vel de Abraham. *.ſ. nonagenaria.* *centum ſ. annorum.* *.ſ. Iſaac.*
a b c d e f g h i k l m n o p
crederet Abraham quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam ſeni? creuit igitur puer, &

ablactatus eſt: fecitq. Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq. vidiſſet

e k l m o
.i. iocantem importune, & quaſi heredem ſe præferentem, vel irridentem, ſiue ſuper primogenita contendentem, vt B. Hieronymus exponit. *ferre non ſuſtinens, & præcauens in futurum prophetauit neſciens.* *.ſ. Agar.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: eijce ancillam hanc,

b h o p
.ſ. Iſmaelem. *.ſ. Iſmael.* *quod diligeret Iſmael, & non æquum putaret, primogenitum ita emittere.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Dure accepit hoc Abraham

b d l m p
.ſ. Iſmaele. *.ſ. Abrahamo.* *etiam ſi decem & octo annorum, ſic reſpectu parentum filij vocari conſueuerunt.* *.ſ. Agar.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
pro filio ſuo. Cui dixit Deus: non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua:

f i K l m n o
.i. crede illi. *Hebraiſmus .i. qui per Iſaac hi tantum vocabuntur ſemen tuum, ſiue de tua familia, & maxime dixit propter Chriſtum, ſemen promiſſum, quo eum allicerot.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
omnia, quæ dixerit tibi Sara: audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed &

a f h
.ſ. Iſmaelem. *.i. numeroſam.* *.i. filius.*
a b c d e f g h i k l m n
filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. Surrexit itaque Abraham

d h i k k l m
ſub quo nomine & obſonia alia intelligit. *ſiue materiali, ſiue per metaphoram cura illius commiſit omnia etiam dona, & quæcumque dedit.* *.ſ. Agar.* *.i. commiſit, ſeu, entregole.* *.ſ. Iſmaelem.*
a b c d e f g h i k l m
mane, & tollens panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum,

b
.i. emiſit.
a b c
& dimiſit eam.

S C H O L I A.

1 V*ISITAVIT autem Dominus Saram, ſicut promiſerat*] Viſitare in Scripturis aliquando eſt ſtare promiſſis, quaſi dicat, præſtititq. quæ pollicitus erat. Porro, quod ſubditur, & impleuit quod loquutus eſt, expoſitio eſt præcedentium verborum, ſcilicet, viſitauit, ſicut promiſerat, verbo ſiquidem per angelum promiſerat, ſupra cap. 17. quare & in Hebræo eſt *Iſchac*. יצחק

2 *Concepit, & peperit filium in ſenectute ſua*] Iuxta Hebræum eſt, in ſenectute eius, ita vt referatur ad Abraham; eſt enim maſculini generis cadentia, vnde infra: Quem genuit ei, id eſt, peperit ei. viris enim, qui genuerunt, iu-

xta He-

xta Hebræorum morem, feminæ eis parere dicuntur filios:ſimiliter cum infertur:Tempore quo prædixerat ei, ideſt Abrahamo, cui angeli, vt ex textu liquet, filium ex Sara promiſerunt.

Ioſeph. 1. anti. c. 12. *Aug. 16. de ci. Dei c. 31. & 5.*

3 *Iſaac, & circumcidit eum octauo die.*] Licet Ioſephus ex riſu matris dicat appoſitum nomen Iſaac, cui conſentire videtur Auguſtinus, tamen potiſſime ex riſu patris, ſicut ex eodem Auguſtino, & Hieronymo, & Albino cap. 13. oſtendimus, quo loco filium octauo die circumcidendum præcepit. Porro,quod ſequitur: Cum centum eſſet annorum, non eſt referendum ad verba immediate præcedentia, ideſt, quando circumciſionem Deus indixit,ſed ad natiuitatem Iſaac, ſicut ſtatim exprimit; Hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.

4 *Riſum fecit mihi Deus,*] Hebraiſmus eſt riſus pro gaudio; ſic & Chaldæus, ideſt, fecit me ridere cum me lactantem filium,& inter brachia contemplata ſim in ætate prouectiori, & ex viro ſeniori, vel affecit me gaudio; vnde quod ſequitur, Corridebit, ideſt, congaudebit, vel congratulabitur mihi.

5 *Quis auditurus crederet.*] Quaſi dicat, nullus. fuit etenim conceptus ſupra naturæ vires: vnde & filius promiſſionis dictus. hinc Hebræi ferunt,vicinas exiſtimaſſe,Iſaac ex alia natum Saræ ſuppoſitũ, quouſque illam lactantem viderunt.

5 d. *Et ablactatus eſt.*] Quo ætatis ſuæ anno ablactatus fuerit Iſaac,Scriptura non dicit;ſunt qui triennale fuiſſe apud Hebræos lactationis infantiũ tempus, putent, iuxta illud 2. Machab. 7. Triennio lac tibi dedi. Cæterum ſicut tempore Abraham, duplo longior erat hominum vita, quam tempore Machabæorum, ita & ſpatia & interualla pueritiæ, adoleſcentiæ,iuuentutis & ſenectutis longiora fuiſſe ſatis veriſimile eſt. Vnde & S. Hieronymus, quinquennale ex Hebræis lactationis tempus tunc fuiſſe refert. quod autem Hebræorum alij vſque ad duodecim extendunt, non eſt adeo veriſimile.

Hier. q. hebr. in Gen.

6 *Ludentem cum Iſaac filio ſuo.*] Iuxta Hieronymum in Hebræo non eſt cum filio ſuo, ſed appoſitum eſt à Vulgato ſecundum veritatem ſenſus.iuxta varias autem verbi *Sachac* ſignificationes, quas R. Salamoh componit, vt ſcilicet ſignificet non ſolum ludere, ſed & idolatrare, & occidere, & coire ſiue laſciuire, ex Hebræis quidam varias referunt expoſitiones, vt ſcilicet hoc loco ludere, importet tria prædicta ſignificata, & quod Sara viderit Iſmaelem idola fingentem, eiſq; intentum, quod & ſanctus Hieronymus refert ex aliorum mente, & occidere volentem Iſaac, & laſciuientem. Cæterum ex peritorum ſententia *Sachac* verbum ludere, & irridere, ſiue verbo, ſiue geſtibus importat; per accidens autem eſt vt idololatria immiſceatur, quod ſcilicet choreis, & conuiuijs, multaque lætitia ſolennitates ſuas antiqui celebrauerint,etiam in Eccleſia Dei. Deut. 16. vnde & Luſus Rex, à quo & Luſitania dicta eſt, nomen accepit, quod more arameo ludis, & ſaltu ſacra ageret, ſicut & Dauid ante arcam Dei feciſſe legimus. crediderim itaq; Iſmaelem, & matris indulgentia, & patre ſene inſolentiorem,& viribus editiorem,importunum ſe Iſaac natura mitiori ſæpe quaſi ioco præbere, & externis

צחק

Hier. q. hebr. in Gen.

צחק

geſtibus forſan & verbis, vt primogenitum & hæredem ſe inſinuaret, præſeferre, quem irridendi modum, & moleſtiam, ſanctus Paulus perſecutionem appellauit ad Galat. 4. His adde ex Hebræorum doctioribus, Iſmaelem, cum audiret congratulantes patri de Iſaac filio, vt hærede, ſubſannaſſe illos, & deriſiſſe; quod videns Sara ægre etiam tulit:ſic etiã innuere videntur Hieronymus, & Albinus. Saræ vero hæc maxime diſplicebant, & ſic muliebri affectu,ne iſta in deterius prorumperent, maxime ſi Abraham à vita diſcederet, vt Ioſephus refert,petijt à viro ſuo,vt in alias regiones cum matre mitteret. quod enim aliqui propter Iſmaelis adoleſcentiam non ipſum cum Iſaac ludere, ſed pueros incitaſſe dicunt, vt illum irriderent, maxime propter verbum quartæ coniugationis, non adeo vrget; quod huiuſmodi verba non raro habeant reciprocam ſignificationem, & non puerili ludo, ſed magis luſorie, & quaſi ioco (quod & adoleſcentioribus cum puerulis fratribus contingit) ſe importunum præbebat, & quaſi primogenitum & hæredem ſe gerebat.

Hier. in 4. c. ad Gal. *Alb. q. in Gen.* *Ioſeph. 1. ant. cap. 12.*

7 *Non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio meo,*] Ideſt, ſuperſtite filio meo,non ille erit hæres,nec ad æqualitatem adhuc hæreditatis vocatus cum filio meo. Quæ verba Saram prophetando,licet neſciret, dixiſſe,teſtis eſt Auguſtinus: quorum ſacramentorũ poſtea conſcius fuit Abraham diuina reuelatione. Porro,verba illa: Cum filio meo Iſaac,nõ ſunt iuxta Hebræum, ſed addita à Septuaginta, ex quibus, & Latina editio ſumpſit, ad explendam ſententiam, quæ iuxta Hebræum præciſa, & imperfecta eſt.

Aug. tom. 4. q. 51. in Gen.

8 *Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo.*] Iam adoleſcentiorem & primogenitum paterno affectu illum perſequebatur, vt ait Auguſtinus, & ſic e domo excludere, & in alienam mittere aſperum, & non æquum ipſi viſum eſt. Adde, vt Ioſephus refert, diligebatur Iſmael non ſecus ac ſi vnigenitus; alebatur enim in ſpem ſucceſſionis, & rem atrocem reputabat Abraham, puerum nondum adultum, & mulierem egenam ablegare.

Aug. tom. 4. q. 51. in Gen. *Ioſeph. 1. anti. c. 12.*

9 *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.*] In Hebræo *Iſchac*. Porro Hebraiſmus eſt, ideſt, ſoli deſcendentes ex te per Iſaac vocabuntur ſemen tuum, filij tui & de familia tua, & maxime allicere eum Deus voluit ex Chriſto, ſemine illo promiſſo, quem filium habere ex promiſſione pluris omnibus æſtimabat, in quo ſcilicet ſemine, benedicendæ erant omnes gentes.

צחק

10 *Et impoſuit ſcapulæ eius.*] Per metaphoram Hebraico ſchemate ſcapulæ nomine, & impoſitione ſuper eam, cura pueri & tutela deſcribitur, qui ſe commode nondum gubernare poterat, vt ſcribit Ioſephus, iuxta illud Iſa. 9. Cuius imperium ſuper humerum eius, ideſt, ſub eius cura, ſatis probabiliter quidam aſſerunt iuxta Auguſtinum, Albinum, & Ioſephum. At nomine panis, & alia obſonia intelligi, & iumenta,quibus illa veherent, & ſeruos, & ancillas, & dona alia; ſicut de filijs aliarum ancillarum legimus, quidam putant, ſed ſacro textu conformius videtur oppoſitum; ſi enim iumenta neceſſarijs onuſta aderant, ad quid afflictæ Agar ſcapulæ vter aquæ & panis imponitur; ſic Theodoretus q. 71. in Gen. Rurſum cum receſſerit cum

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. *Aug. q. 53. in Gen.* *Alb. q. in Gẽ.* *Ioſeph. 1. anti. c. 12.*

dominæ

a b d e
ſupra cap. 17. *natus eſt Iſaac.*
a b c d e f g h i x l m n o p
ei Deus, cum centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac. Dixitq. Sara:

b c d g l
i. fecit me ridere, ſiue gaudium, & lætitiam cumulauit. *i. congaudebit, & congratulabitur.* *q. d. nullus, quia miraculo concepit, vires enim natura defecerant.*
a b c d e f g h i x l m
Riſum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi. Rurſumq. ait: Quis auditurus

b d l o
ſub. dicenti, vel de Abraham. *ſ. nonagenaria.* *centum ſ. annorum.* *ſ. Iſaac.*
a b c d e f g h i k l m n o p
crederet Abraham quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam ſeni? creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitq. Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq. vidiſſet

e k l m o
i. iocantem importune, & quaſi heredem ſe præferentem, vel irridentem, ſiue ſuper primogenita contendentem, vt B. Hieronymus exponit. *ferre non ſuſtinens, & præcauens in futurum prophetauit neſciens.* *ſ. Agar.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: eijce ancillam hanc,

b h o p
ſ. Iſmaelem. *ſ. Iſmael.* *quod diligeret Iſmael, & non æquum putaret, primogenitum ita emittere.*
a b c d e f g h i x l m n o p q r
& filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Dure accepit hoc Abraham

b d l m p
ſ. Iſmaele. *ſ. Abrahamo.* *etiam ſi decem & octo annorum, ſic reſpectu parentum filij vocari conſueuerunt.* *ſ. Agar.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
pro filio ſuo. Cui dixit Deus: non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua:

f i K l m n o
i. crede illi. *Hebraiſmus. i. qui per Iſaac hi tantum vocabuntur ſemen tuum, ſiue de tua familia, & maxime dixit propter Chriſtum, ſemen promiſſum, quo eum alliceret.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
omnia, quæ dixerit tibi Sara: audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed &

a f h
ſ. Iſmaelem. *i. numeroſam.* *i. filius.*
a b c d e f g h i k l m n
filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. Surrexit itaque Abraham

d h i k k l m
ſub quo nomine & obſonia alia intelligit. *ſiue materiali, ſiue per metaphoram cura illius commiſit omnia etiam dona, & quæcumque dedit.* *ſ. Agar.* *i. commiſit, ſeu, entregolo.* *ſ. Iſmaelem.*
a b c d e f g h i k l m
mane, & tollens panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum,

b
i. emiſit.
a b c
& dimiſit eam.

S C H O L I A.

1 VISITAVIT *autem Dominus Saram, ſicut promiſerat*] Viſitare in Scripturis aliquando eſt ſtare promiſſis, quaſi dicat, præſtititq. quæ pollicitus erat. Porro, quod ſubditur, & impleuit quod locutus eſt, expoſitio eſt præcedentium verborum, ſcilicet, viſitauit, ſicut promiſerat, verbo ſiquidem per angelum promiſerat, ſupra cap. 17. quare & in Hebræo eſt *Iſchac.* יצחק

2 *Concepit, & peperit filium in ſenectute ſua*] Iuxta Hebræum eſt, in ſenectute eius, ita vt referatur ad Abraham; eſt enim maſculini generis cadentia, vnde infra: Quem genuit ei, id eſt, peperit ei. viris enim, qui genuerunt, iuxta He-

xta Hebræorum morem, feminæ eis parere dicuntur filios:ſimiliter cum infertur: Tempore quo prædixerat ei, ideſt Abrahamo, cui angeli, vt ex textu liquet, filium ex Sara promiſerunt.

Ioſeph. 1. anti. c. 12. Aug. 16. de ci. Dei c. 3 l. 5.

3 *Iſaac, & circumcidit eum octauo die.*] Licet Ioſephus ex riſu matris dicat appoſitum nomen Iſaac, cui conſentire videtur Auguſtinus, tamen potiſſime ex riſu patris, ſicut ex eodem Auguſtino, & Hieronymo, & Albino cap. 13. oſtendimus, quo loco filium octauo die circumcidendum præcepit. Porro, quod ſequitur: Cum centum eſſet annorum, non eſt referendum ad verba immediate præcedentia, ideſt, quando circumciſionem Deus indixit, ſed ad natiuitatem Iſaac, ſicut ſtatim exprimit; Hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.

4 *Riſum fecit mihi Deus,*] Hebraiſmus eſt riſus pro gaudio; ſic & Chaldæus, ideſt, fecit me ridere cum me lactantem filium, & inter brachia contemplata ſim in ætate prouectiori, & ex viro ſeniori, vel affecit me gaudio; vnde quod ſequitur, Corridebit, ideſt, congaudebit, vel congratulabitur mihi.

5 *Quis auditurus crederet.*] Quaſi dicat, nullus. fuit etenim conceptus ſupra naturæ vires; vnde & filius promiſſionis dictus. hinc Hebræi ferunt, vicinas exiſtimaſſe, Iſaac ex alia natum Saræ ſuppoſitũ, quouſque illam lactantem viderunt.

5 d. *Et ablactatus eſt.*] Quo ætatis ſuæ anno ablactatus fuerit Iſaac, Scriptura non dicit; ſunt qui triennale fuiſſe apud Hebræos lactationis infantiũ tempus, putent, iuxta illud 2. Machab. 7. Triennio lac tibi dedi. Cæterum ſicut tempore Abraham, duplo longior erat hominum vita, quam tempore Machabæorum, ita & ſpatia & interualla pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis & ſenectutis longiora fuiſſe ſatis veriſimile eſt. Vnde & S. Hieronymus, quinquennale ex Hebræis lactationis tempus tunc fuiſſe refert. quod autem Hebræorum alij vſque ad duodecim extendunt, non eſt adeo veriſimile.

Hier. q. hebr. in Gen.

6 *Ludentem cum Iſaac filio ſuo.*] Iuxta Hieronymum in Hebræo non eſt cum filio ſuo, ſed appoſitum eſt à Vulgato ſecundum veritatem ſenſus. iuxta varias autem verbi *Sachac* ſignificationes, quas R. Salamoh componit, vt ſcilicet ſignificet non ſolum ludere, ſed & idolatrare, & occidere, & coire ſiue laſciuire, ex Hebræis quidam varias referunt expoſitiones, vt ſcilicet hoc loco ludere, importet tria prædicta ſignificata, & quod Sara viderit Iſmaelem idola fingentem, eiſq; intentum, quod & ſanctus Hieronymus refert ex aliorum mente, & occidere volentem Iſaac, & laſciuientem. Cæterum ex peritorum ſententia *Sachac* verbum ludere, & irridere, ſiue verbo, ſiue geſtibus importat; per accidens autem eſt vt idololatria immiſceatur, quod ſcilicet choreis, & conuiuijs, multaque lætitia ſolennitates ſuas antiqui celebrauerint, etiam in Eccleſia Dei. Deut. 16. vnde & Luſus Rex, à quo & Luſitania dicta eſt, nomen accepit, quod more arameo ludis, & ſaltu ſacra ageret, ſicut & Dauid ante arcam Dei feciſſe legimus. crediderim itaq; Iſmaelem, & matris indulgentia, & patre ſene inſolentiorem, & viribus editiorem, importunum ſe Iſaac natura mitiori ſæpe quaſi ioco præbere, & externis geſtibus forſan & verbis, vt primogenitum & hæredem ſe inſinuaret, præſeferre, quem irridendi modum, & moleſtiam, ſanctus Paulus perſecutionem appellauit ad Galat. 4. His adde ex Hebræorum doctioribus, Iſmaelem, cum audiret congratulantes patri de Iſaac filio, vt hærede, ſubſannaſſe illos, & deriſiſſe; quod videns Sara ægre etiam tulit: ſic etiã innuere videntur Hieronymus, & Albinus. Saræ vero hæc maxime diſplicebant, & ſic muliebri affectu, ne iſta in deteriꝰ prorumperent, maxime ſi Abraham à vita diſcederet, vt Ioſephus refert, petijt à viro ſuo, vt in alias regiones cum matre mitteret. quod enim aliqui propter Iſmaelis adoleſcentiam non ipſum cum Iſaac ludere, ſed pueros incitaſſe dicunt, vt illum irriderent, maxime propter verbum quartæ coniugationis, non adeo vrget; quod huiuſmodi verba non raro habeant reciprocam ſignificationem, & non puerili ludo, ſed magis luſorie, & quaſi ioco (quod & adoleſcentioribus cum puerulis fratribus contingit) ſe importunum præbebat, & quaſi primogenitum & hæredem ſe gerebat.

יצחק

Hier. q. hebr. in Gen.

צחק

Hier. in 4. c. ad Gal. Alb. q. in Gen.

Ioſeph. 1. ant. cap. 12.

7 *Non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio meo,*] Ideſt, ſuperſtite filio meo, non ille erit hæres, nec ad æqualitatem adhuc hæreditatis vocatus cum filio meo. Quæ verba Saram prophetando, licet neſciret, dixiſſe, teſtis eſt Auguſtinus: quorum ſacramentorũ poſtea conſcius fuit Abraham diuina reuelatione. Porro, verba illa: Cum filio meo Iſaac, nõ ſunt iuxta Hebræum, ſed addita à Septuaginta, ex quibus, & Latina editio ſumpſit, ad explendam ſententiam, quæ iuxta Hebræum præciſa, & imperfecta eſt.

Aug. tom. 4. q. 51. in Gen.

8 *Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo.*] Iam adoleſcentiorem & primogenitum paterno affectu illum perſequebatur, vt ait Auguſtinus, & ſic e domo excludere, & in alienam mittere aſperum, & non æquum ipſi viſum eſt. Adde, vt Ioſephus refert, diligebatur Iſmael non ſecus ac ſi vnigenitus; alebatur enim in ſpem ſucceſſionis, & rem atrocem reputabat Abraham, puerum nondum adultum, & mulierem egenam ablegare.

Aug. tom. 4. q. 51. in Gen.

Ioſeph. 1. anti. c. 12.

9 *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.*] In Hebræo *Iſchac*. Porro Hebraiſmus eſt, ideſt, ſoli deſcendentes ex te per Iſaac vocabuntur ſemen tuum, filij tui & de familia tua, & maxime allicere eum Deus voluit ex Chriſto, ſemine illo promiſſo, quem filium habere ex promiſſione pluris omnibus æſtimabat, in quo ſcilicet ſemine, benedicendæ erant omnes gentes.

יצחק

10 *Et impoſuit ſcapulæ eius.*] Per metaphoram Hebraico ſchemate ſcapulæ nomine, & impoſitione ſuper eam, cura pueri & tutela deſcribitur, qui ſe commode nondum gubernare poterat, vt ſcribit Ioſephus, iuxta illud Iſa. 9. Cuius imperium ſuper humerum eius, ideſt, ſub eius cura, ſatis probabiliter quidam aſſerunt iuxta Auguſtinum, Albinum, & Ioſephum. At nomine panis, & alia obſonia intelligi, & iumenta, quibus illa veherent, & ſeruos, & ancillas, & dona alia; ſicut de filijs aliarum ancillarum legimus, quidam putant, ſed ſacro textu conformius videtur oppoſitum; ſi enim iumenta neceſſarijs onuſta aderant, ad quid afflictæ Agar ſcapulæ vter aquæ & panis imponitur; ſic Theodoretus q. 71. in Gen. Rurſum cum receſſerit cum

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. Aug. q. 53. in Gen. Alb. q. in Gẽ. Ioſeph. 1. anti. c. 12.

dominæ

dominæ ſuæ Saræ indignatione, non mirum, ſi etiam neceſſarijs deſtituta abierit, quibus & Abraham diuino oraculo nouerat Deum non defuturum. panis igitur, & aqua eius materiali ſcapulæ deſuper impoſita ſunt, quorum diſtributio, & filij cura eius fidei commiſſa ſunt, quod metaphorice, vt dictum eſt, ſcapulæ, & impoſitionis nominibus intelligitur.

11 *Tradiditq; puerum.*] Licet iam ad minus decem & octo eſſet annorum Iſmael, iuxta Hieronymum, puerum vocat, quo nomine omnes filios reſpectu parentum ſcriptura inſignire conſueuit, vt auctor eſt ſanctus Hieronymus vbi ſupra; cui conſentit Albinus, ſicut & infantes Romæ ſuo tempore dictos refert. *Hier. q. hebr. in Gen.* *Alb. q. in Gen.*

12 *Et dimiſit eam,*] Ideſt emiſit, quo ſcilicet itineris neceſſitas imperaret, vt ſcribit Ioſephus. Porro ob myſterium vtriuſque teſtamenti, quod Paulus ad Galatas deſcribit, licuiſſe Abrahæ diuina diſpenſatione Agar emittere alijs ſimilibus exemplis ex Aug. docet S. Tho. *Ioſeph. 1. antiq. c. 12.* *ad Galat. 4.* *Aug. in 3. cap. Ioan. tract. 11* *S. Th. 4. d. 33. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 3.*

---

a .ſ. Agar. f quæ & magno deſerto contigua, & terminus Palæſtinæ. g quæ olim fons, deinde vrbs tribus Iudæ, & Simeonis. i k l .ſ. & Iſmael, vel ex ira & triſtitia, & itineris tædio quaſi deficeret.

a b c d e f g h i k l m n

Quæ cum abijſſet errabat in ſolitudine Berſabee. Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre,

---

a .i. repoſuit quaſi de eius vita deſperans. b .ſ. Iſmaelem. k .ſ. Agar. n .ſ. pueri.

a b c d e f g h i K l m n o

abiecit puerum ſubter vnam arborum, quæ ibi erant. Et abijt, ſeditq; e regione procul

---

e f ſ. ore non ſuſtinens quaſi exanimem filium. h .ſ. ſaltem. n .i. e regione pueri.

a b c d e f g h i k l m n

quantum poteſt arcus iacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & ſedens contra,

---

h i k qui timens mortem, Dominum deprecatus eſt pro vita; erat enim ad minus decem & octo annorum.

a b c d e f g h i k l m n

leuauit vocem ſuam & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: Vocauitq; angelus Dei

---

b c .i. deſuper. d non tam interrogans, quam dffidentiam arguens. e f g q. d. quid diffidis, quæ timens etiam cum in vtero eum geſtares, audiſti, futurum in gentem innumerabilem, ſiue quid tibi eſt Agar? h i .ſ. pueri mortem. n .ſ. orantis. o .ſ. Iſmaelis.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco

---

g h i vt itineris comitem; non ergo oneri erat matri. o .i. numeroſam.

a b c d e f g h i k l m n o p q

in quo eſt. Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum.

---

a b c Hebraiſmus, id eſt, oſtendit ei puteum. d .i. angelus, qui ex parte Dei et loquebatur. n o a .ſ. & ſic venixis: fuiſſe enim puto quaſi deliquium animi.

a b c d e f g h i k l m n o

Aperuitq; oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditq; puero

---

b c d vel Deus, vel mater in ſocietatem. f .ſ. Iſmael. h i k l m ſub tentorijs, quæ pater in exitu prouiderat. q .i. venationi deditus, quæ iaculationibus tunc fieri conſueuerant.

a b c d e f g h i K l m n o p q

bibere. Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus eſt in ſolitudine, factusq; eſt iuuenis ſagittarius.

---

d Eremus eſt ad ſolitudinem Synai. g .ſ. Iſmaeli. h i .ſ. Agar. l m n nam & Agar etiam Aegyptia erat.

a b c d e f g h i k l m n

Habitauitq; in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua, vxorem de terra Aegypti.

SCHO-

S C H O L I A.

13 *In ſolitudine Berſabee.*] Solitudo hæc deſerto magno contigua fuit, & terminus vnus terræ promiſſionis. Berſabee vero fons olim ibi fuit; poſtea vrbs tribus Iudæ, & Simeonis, viginti miliaribus ab Ebron diſtans in auſtrum iuxta viam, quę in Sina ducit: nam & Elias in eam peruenit impiæ Iezabelis iram fugiens, in montem Horeb pergens, qui & Sina.

Hier. q. hebr. in Gen.

14 *Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnam arborem.*] Iam grādęuus Iſmael, & ex ira, quam in Saram conceperat, & triſtitia ob expulſionem à paterna domo tabeſcentem, deliquiū paſſum, cum aqua defeciſſet, periturum credidit Agar, quem ſub arbore reponi iuſſit; ſed per metaphoram (ſicut, & illud Pſalmi 57. Proiectus ſum à facie oculorum tuorum) quaſi moriturum continuo & velut exanimem abieciſſe dicitur; non quod in humeris illum portaret, vt quidam cenſent: nec credendum eſt, ſecundum verbi proprietatem eum abieciſſe, quem ita diligebat; & adhuc viuum, quo dolorem afflicto addidiſſet. Porro, Septuaginta per arborem, abietem vertunt, ſicque Ioſephus: ſed certe eamdem vocem Hebræam alibi ipſi transferunt virgultum, & agri viriditatem, ideſt, fœnum.

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

15 *Exaudiuit autem Deus vocem pueri.*] Erat iam annorum ad minus decem & octo, & mortem timens rogauit Dominum, vt ei propitius foret, cuius vocem Dominus exaudiuit.

16 *Vocauitq; angelus Dei Agar de cælo dicens, quid agis Agar?*] Quaſi de ſuperioribus vocem angeli delapſam deſcribit. Quod autem dixit: Quid agis Agar? non tam percontantis, quam quodammodo increpantis eius duritiem verba ſunt; quod ab angelo, cum illum in vtero geſtabat, prædicendo audierat, futurum illum in innumerabilem gentem: vnde ſubdit: Noli timere, ſcilicet, mortem pueri, quaſi dicat, ne timeas, ex aliqua cauſa futurum aliter, quam tibi prædixi.

17 *Surge, tolle puerum, & tene manum eius.*] Non igitur in itinere oneri puerum matri ſuæ fuiſſe oſtenditur, ſed comitem; vt Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus aduertunt: qui enim manu tenetur vt comes coniungitur; ſed tantum ſolicitus monſtratur affectus.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 53. in Gen. Alb. q. in Gen.

18 *Aperuit oculos eius.*] Hebraiſmus eſt hoc loco aperire oculos, ideſt, oſtendere. oſtendit ſiquidem fontem, vt Ioſephus ſcribit, quem præ diſtantia, vel aliquo externo impedimento nec nouerat, nec aduerterat, non quod in oculis aliquod fuiſſet impedimentum, aut velamen.

Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

19 *Et fuit cum eo.*] Tam in Græco, quam in Hebræo additur Deus: & ſic probabilius videtur interpretandum de diuino auxilio, quo Iſmaelem Deus, & ſeruauit, & auxit.

20 *Moratus eſt in ſolitudine, factuſq; eſt iuuenis Sagittarius.*] Satis probabiliter hinc quidam inferunt, de tentorio patrem in exitu prouidiſſe, cum in ſolitudine hic dicatur eum cum matre habitaſſe. Porro iuuenis ſagittarius dicitur, non quod latrocinijs peregrinantium intenderet, ſed potius venationi, quæ ſagittando tunc maxime exerceri conſueuerat.

21 *Habitauitq; in deſerto Pharan,*] Pharan Eremus magna eſt ad ſolitudinem Sinai ſupra Aſphaltidis lacum, & eſt mons prope montem Seir, vt ex Deut. cap. 33. deprehenditur.

22 *Et accepit illi mater ſua vxorem de terra Aegypti.*] Illius ætatis mos innuitur, vt parentes filijs de vxore prouiderent, non ipſi eas quærerent. Porro, vt Ioſephus ſcribit, cum Agar ex Ægypto oriunda eſſet, &, vt alius dicit, orta & nutrita, Ægyptiam etiam in filij vxorem delegit; & idem Ioſephus refert duodecim filiorum nomina, quos habuit; qui omnem terram ab Euphrate ad Mare rubrum poſitam tenuerunt, Nabatheam prouinciam nominantes, à quibus & gentem Arabicam ſecundum tribus vocant.

Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

---

m n o p a b c
Hebraiſmus .i. Deus tecum in omnibus auxilio eſt, audierat enim factum quando Aſſyrios vicit, & in ſe expertus fuerat Dei manū.
a b c d e f g h i K l m n o p
Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum eſt in

---

g m o p
.ſ. verùm. .i. filijs. .i. ijs qui ex mea familia. demi linage.
a b c d e f g h i k l m n o p
vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ:

---

a b c d e f g k
.i. amicitiam & compaſſionem. Septuaginta iuſtitiam. .i. miſertus ſum tui. .i. tegeres. .i. habitatoribus terræ huius meæ ditionis.
a b c d e f g h i x l m n o p
ſed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua verſatus es aduena.

---

d e f g h
.i. iuro. .i. redarguit Abraham ipſum Regem.
a b c d e f g h i x l m n
Dixitq; Abraham. Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abſtulerant

ſerui

b h i n o p
ſ. regis Abimelech. *i. hanc violentiam.* *i. notum feciſti.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ſerui eius. Reſponditq; Abimelech: Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu non indicaſti mihi,

q
i. inierunt.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& ego non audiui præter hodie. Tulit itaq; Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percuſſeruntq;

d
i. repoſuit, ſiue ſegregauit.
a b c d e f g h i k l m n o
ambo foedus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech: quid ſibi

g k
i. poſuiſti ſeorſum. *ſ. Abraham.*
a b c d e f g h i k l m n o p
volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de

k
i. feci fodere:
a b c d e f g h i k l m n o p
manu mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus eſt

c i k m n
propter initum fœdus cum iuramento, & ſeptem agnas. Sabee enim & iuramentum, & ſeptem Hebraica ſignificat. *& Abraham, & Abimelech Rex.* *ſic ideo dicti.*
a b c d e f g h i k l m n
locus ille Berſabee: quia ibi vterque iurauit. Et inierunt foedus pro puteo iuramenti.

a
i. diſceſſit, pro diſceſſerunt:
a b c d e f g h i k l m
Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram

e i k l m
ad umbram, & fructiferis etiam arboribus conſitum. *Hebraiſmus .i. adorauit Deum, forſan & ſacrificio adhibito, & inuocato Deo, vt acceptum haberet.*
a b c d e f g h i k l m n
Palæſtinorum. Abraham vero plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei

d g h
i. habitator, ſiue incola. *ſ. viginti quinque annis.*
a b c d e f g h
æterni. Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

S C H O L I A.

23 *Abimelech & Phicol.*] Et Ochozat pronubus eius, in aliquibus textibus, medius ponitur, ſed Vulgatus expungit, quia nec in Hebræo eſt, iuxta Hieronymum. *Hier. q. hebr. in Gen.*

24 *Deus tecum eſt in vniuerſis, quæ agis,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, Deus in omnibus tibi auxilio eſt. auditu ſiquidem didicerat, & quatuor Aſſyrios Reges debellaſſe, & filium in extrema ſenectute vxoris habuiſſe, & manum Domini ob ipſius vxoris raptum fuerat expertus.

25 *Ne noceas mihi.*] Iuxta Hebræum eſt: Non mentieris, ideſt, tu mihi, & meis ſeruabis fidem; Vulgatus explicauit, in quo, ſcilicet, Ne noceas mihi.

26 *Sed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facias mihi.*] Per miſericordiam compaſſionem, & amicitiam intelligit, & benemereri; quaſi dicat, ſicut amicabiliter me tecum geſſi, & tui miſertus ſum, ita & amice te, quæſo, mecum habeas, & cum poſteris, ideſt filijs, & cum ſtirpe, ideſt, ijs, qui ex mea familia regia, & cum habitatoribus terræ meæ ditionis; & ſicut de te benemeritus ſum, ſtudeas & de meis bene mereri.

27 *Ego iurabo,*] Ideſt, iuro, futurum pro præſenti, vel ſaltem iurabo, ideſt, paratus ſum iurare.

28 *Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee.*] Ioſephus legit: Veriſabe. Porro iuxta Hieronymum Sabee in Hebræo (quidquid aliqui dicant) & ſeptē, & iu- *Ioſeph. 1. antiq. c. 11.* *Hier. q. hebr. in Gen.* שבע

& iuramentum ſignificat. propter ſeptem agnas igitur, & propter mutuum fœdus iuramento ibi initum, Berſabee dicta eſt. textus, ſecundam cauſam tantum ſubiungit. ſi vero aliquando in Scriptura ſic vocatum reperias, per prolepſim dictum intellige, ſicut & Bethel, & Galgala; ita etiam Auguſtinus cenſet. nam & tempore Moyſi, qui hæc ſcripſit, iam ſic vocabantur, licet alia olim nomina habuerint.

Hier. q. hebr. in Gen.

Aug. q. in Gē.

29. *Plantauit nemus in Berſabee.*] Ante legem patres amenis locis, nemoribus, & hortulis delectati, à quibus & gentes didicerunt; ſed cum poſtea ad idololatriam ſimilibus locis abuterentur, Scriptura abominata eſt nemora, & amęna loca, ſed potius ſub eorum appellatione ex frequenti vſu idololatriam. Abraham autem maxime in peregrinorum ſolatium nemus plantauit arboribus conſitum, non ſolum ad vmbram & tentoria, ſed & fructiferis lignis ad viatorum delicias. vnde Ionatas Syrus in ſuo targo Hieroſolymitano ſequenti paraphraſi locum iſtum interpretatur, dicens: Plantauit igitur Abraham in Berſabee hortum plenum optimis fructibus, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, quam vt orbis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cęli & terræ, cuius ſolius donum eſſent quidquid comediſſent, vel bibiſſent; ſicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos dimittebat. hæc ille. Porro hoc, pretio comparauit, ſimili illo, quo ſeptem agnæ datæ dicuntur, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt. quod enim Stephanus Actor. 7. Nec paſſum terræ habuiſſe refert, intelligendum dicunt de terra, quam donaturus erat Deus, & ſemini eius.

Ionatas Syrus.

Aug. tom. 4. q. 53. in Gen. Alb. q. in Gen.

30 *Et inuocauit nomen Domini,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, adorauit Dominum, forſan & adiuncto ſacrificio, inuocatoq; Domino, vt gratum haberet; & Hebræi referunt etiam viatores poſt refectionē ad gratiarum actionem incitare ſolitum, vt ex paraphraſi Ionathæ ſupra poſita ſatis liquet.

31 *Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.*] Colonus, ideſt, habitator, viginti ſcilicet quinque annis, vt quidam ferunt; ſicut & in Hebron viginti duobus annis commoratus fuerat; nec Iſaac in conualle Mambre natus eſt, ſed in Geraris vbi & Berſabee hodie oppidum, quondam in præſidium Palæſtinæ, & eius terminus verſus auſtrum, vt teſtatur Hieronymus.

Hier. q. hebr. in Gen.

Hier. de locis Hebr.

CAPVT XXII.

a b c d e i m n

.ſ. electio Agar cum filio, fœdus cum Abimelech, nemus plantatum. *.i. probauit, vt manifeſtaret.* *forſan voce ſenſibili, & ſenſibili ſpecie apparens.* *emphaſim habet eiuſdem geminatio.*

a b c d e f g h i k l m n

Quæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham.

b d e k l m

.ſ. Abraham. *iuxta Hebræum: Ecce ego.* *prime retulit beneficia collata ei, vt refert Ioſephus deinde ait: tolle, &c.* *exprimit hæc, vt eius animum magis probet.*

a b c d e f g h i k l m n o p

At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade

b c g i l m

quam Abraham bene nouerat. *ſiue Moriah, vt eſt in Hebræo. Septuaginta: excelſam. Chaldæus: diuini cultus. eſt autem Moriah myrrha Domini.* *.ſ. Iſaac.* *quod .ſ. totum in honorem Dei incenditur.* *.i. vnam partem montis.*

a b c d e f g h i k l m n o

in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero

b c d e

.ſ. propter obedientiam. *ita vt & etiam diluculum dici poſſet, iuxta vim Hebraici ſermonis: entre dos luzes, ſummo mane.*

a b c d e f g h i K l m n

tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes,

f g m

iam ſicca in minora fruſta, vt recto ſtruem poſtea componeret. *pretioſa crediderim, vt cedri uel ſimilia.* *.i. in terram uiſionis ſiue Moriah, quæ à Geraris, unde profectus eſt Abraham, fere trium dierum itinere diſtabat.*

a b c d e f g h i k l m n

& Iſaac filium ſuum: cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum quem

a d f k o

iuxta Hebræum: dixerat. *à Geraris ad montem Moriah, iter eſt dierum trium.* *ubi incenderet, diuinitus ſibi monſtratum.* *.i. ſeruos.*

a b c d e f g h i k l m n o p

præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitq; ad pueros ſuos:

Expe-

b *ſ. regis Abimelech.* h *i. hanc violentiam.* n o p *i. notum feciſti.*

ſerui eius. Reſponditq; Abimelech: Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu non indicaſti mihi,

q *i. inierunt.*

& ego non audiui præter hodie. Tulit itaq; Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percuſſeruntq;

d *i. repoſuit, ſiue ſegregauit.*

ambo foedus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech: quid ſibi

g *i. poſuiſti ſeorſum.* k *ſ. Abraham,*

volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de

k *i. feci fodere:*

manu mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus eſt

c *propter initum fœdus cum iuramento, & ſeptem agnas. Sabee enim & iuramentum, & ſeptem Hebraica ſignificat.* i k *& Abraham, & Abimelech Rex.* m n *ſic ideo dicti.*

locus ille Berſabee: quia ibi vterque iurauit. Et inierunt foedus pro puteo iuramenti.

a *i. diſceſſit, pro diſceſſerunt:*

Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram

e *ad umbram, & fructiferis etiam arboribus conſitum.* i k l m *Hebraiſmus. i. adorauit Deum, forſan & ſacrificio adhibito, & inuocato Deo, vt acceptum haberet.*

Palæſtinorum. Abraham vero plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei

d *i. habitator, ſiue incola.* g h *ſ. viginti quinque annis.*

æterni. Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

S C H O L I A.

23 *Abimelech & Phicol.*] Et Ochozat pronubus eius, in aliquibus textibus, medius ponitur, ſed Vulgatus expungit, quia nec in Hebræo eſt, iuxta Hieronymum. *Hier. q. hebr. in Gen.*

24 *Deus tecum eſt in vniuerſis, quæ agis,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, Deus in omnibus tibi auxilio eſt. auditu ſiquidem didicerat, & quatuor Aſſyrios Reges debellaſſe, & filium in extrema ſenectute vxoris habuiſſe, & manum Domini ob ipſius vxoris raptum fuerat expertus.

25 *Ne noceas mihi.*] Iuxta Hebræum eſt: Non mentieris, ideſt, tu mihi, & meis ſeruabis fidem; Vulgatus explicauit, in quo, ſcilicet, Ne noceas mihi.

26 *Sed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facias mihi.*] Per miſericordiam compaſſionem, & amicitiam intelligit, & benemereri; quaſi dicat, ſicut amicabiliter me tecum geſſi, & tui miſertus ſum, ita & amice te, quæſo, mecum habeas, & cum poſteris, ideſt filijs, & cum ſtirpe, ideſt, ijs, qui ex mea familia regia, & cum habitatoribus terræ meæ ditionis; & ſicut de te benemeritus ſum, ſtudeas & de meis bene mereri.

27 *Ego iurabo,*] Ideſt, iuro, futurum pro præſenti, vel ſaltem iurabo, ideſt, paratus ſum iurare.

28 *Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee.*] Ioſephus legit: Veriſabe. Porro iuxta Hieronymum Sabee in Hebræo (quidquid aliqui dicant) & ſepte, *Ioſeph. 1. antiq. c. 11.* *Hier. q. hebr. in Gen.* שבע

& iuramentum ſignificat. propter ſeptem agnas igitur, & propter mutuum fœdus iuramento ibi initum, Berſabee dicta eſt. textus, ſecundam cauſam tantum ſubiungit. ſi vero aliquando in Scriptura ſic vocatum reperias, per prolepſim dictum intellige, ſicut & Bethel, & Galgala; ita etiam Auguſtinus cenſet. nam & tempore Moyſi, qui hæc ſcripſit, iam ſic vocabantur, licet alia olim nomina habuerint.

Hier. q. hebr. in Gen.

Aug. q. in Ge.

29 *Plantauit nemus in Berſabee.*] Ante legem patres amenis locis, nemoribus, & hortulis delectati, à quibus & gentes didicerunt; ſed cum poſtea ad idololatriam ſimilibus locis abuterentur, Scriptura abominata eſt nemora, & amęna loca, ſed potius ſub eorum appellatione ex frequenti vſu idololatriam. Abraham autem maxime in peregrinorum ſolatium nemus plantauit arboribus conſitum, non ſolum ad vmbram & tentoria, ſed & fructiferis lignis ad viatorum delicias. vnde Ionatas Syrus in ſuo targo Hieroſolymitano ſequenti paraphraſi locum iſtum interpretatur, dicens: Plantauit igitur Abraham in Berſabee hortum plenum optimis fructibus, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, quam vt orbis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cęli & terræ, cuius ſolius donum eſſent quidquid comediſſent, vel bibiſſent; ſicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos dimittebat. hæc ille. Porro hoc, pretio comparauit, ſimili illo, quo ſeptem agnæ datæ dicuntur, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt. quod enim Stephanus Actor. 7. Nec paſſum terræ habuiſſe refert, intelligendum dicunt de terra, quam donaturus erat Deus, & ſemini eius.

Ionatas Syrus.

Aug. tom. 4. q. 53. in Gen. Alb. q. in Gen.

30 *Et inuocauit nomen Domini,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, adorauit Dominum, forſan & adiuncto ſacrificio, inuocatoq; Domino, vt gratum haberet; & Hebræi referunt etiam viatores poſt refectione ad gratiarum actionem incitare ſolitum, vt ex paraphraſi Ionathæ ſupra poſita ſatis liquet.

31 *Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.*] Colonus, ideſt, habitator, viginti ſcilicet quinque annis, vt quidam ferunt; ſicut & in Hebron viginti duobus annis commoratus fuerat; nec Iſaac in conualle Mambre natus eſt, ſed in Geraris vbi & Berſabee hodie oppidum, quondam in præſidium Palæſtinæ, & eius terminus verſus auſtrum, vt teſtatur Hieronymus.

Hier. q. hebr. in Gen.

Hier. de locis Hebr.

CAPVT XXII.

a b c d — *.ſ. eiectio Agar cum filio, fœdus cum Abimelech, nemus plantatum.*
e — *.i. probauit, vt manifeſtaret.*
i — *forſan voce ſenſibili, & ſenſibili ſpecie apparens.*
m n — *emphaſim habet eiuſdem geminatio.*

a b c d e f g h i k l m n
Quæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham.

b — *.ſ. Abraham.*
d — *iuxta Hebraum: Ecce ego.*
e — *primo retulit beneficia collata ei, vt refert Ioſephus deinde ait: tolle, &c.*
k l m — *exprimit hoc, vt eius animum magis probet.*

a b c d e f g h i k l m n o p
At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade

b — *quam Abraham bene nouerat.*
c — *ſiue Moriah, vt eſt in Hebrae. Septuaginta: excelſam. Chaldæus: diuini cultus. eſt autem Moriah myrrha Domini.*
g — *.ſ. Iſaac.*
i — *quod .ſ. totum in honorem Dei incenditur.*
l m — *.i. vnam partem montis.*

a b c d e f g h i k l m n o
in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero

b c — *.ſ. promptè obediens.*
d e — *ita vt & etiam diluculum dici poſſet, iuxta vim Hebraici ſermonis: inter duas luces, ſummo mane.*

a b c d e f g h i K l m n
tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes,

f — *iam ſicca in minora fruſta, vt velociter ſtruem poſtea componeret.*
g — *pretioſa crediderim, vt cedri vel ſimilis.*
m — *.i. in terram viſionis ſiue Moriah, quæ à Geraris, unde profectus eſt Abraham, fere trium dierum itinere diſtabat:*

a b c d e f g h i k l m n
& Iſaac filium ſuum: cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum quem

a — *iuxta Hebraum: dixerat.*
d f — *à Geraris ad montem Moriah, iter eſt dierum trium.*
k — *ubi incenderet, diuinitus ſibi monſtratum.*
o — *.i. ſeruos.*

a b c d e f g h i x l m n o p
præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitq; ad pueros ſuos:

Expe-

a b c e f g K m n o a

noluit uxori, nec famulis indicare institutum ſuum, ne ab executione impedirent, aut retardarent. *.i. Iſaac iam viginti quinque annorum. ſed Scripturæ more puer dicitur.* *.i. euntes.* *.i. venerati fuerimus, & coluerimus Deum ſacrificio aliquo oblato.* *per amphibologiam dixit, ſubintelligent, niſi Deus aliter diſpoſuerit, vel quid ſimile.*

a b c d e f g h i k l m n o

Expectate hic cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad

d e i m

quæ aſinus ſuper ſe aſportabat. *.i. ad incendendum holocauſtum.* *qui iam viginti quinque annorum erat, & Chriſtum Dominum crucem baiulantem in hoc ſignauit.* *.ſ. Abraham.*

a b c d e f g h i k l m n o p

vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero portabat in

b d f

ad incendendum. *ad iugulandum.* *.ſ. Abraham & Iſaac.*

a b c d e f g h i K l m n o

manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi.

g h o p

q. d. nobiſcum aſportamus. *.ſ. agni, iuxta vim vocis Hebraicæ.*

a b c d e f g h i K l m n o p

At ille reſpondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti?

g

.ſ. agni, iuxta vim vocis Hebraicæ.

a b c d e f g h i k l m

Dixit autem Abraham: Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo

e g

vt creditur Caluariæ Mons eſt. *.i. oſtendit, iuxta Hebræum: dixerat:*

a b c d e f g h i k l m n o p

pariter: & venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper

b d i

.ſ. & filio mandatum retulit, qui interius certo credens ſic à Deo dictum, annuit libenter. *non reluctantem, ſed ne tempore iugulationis compoſitum ſacrificij ſitũ, inſurgentibus inuoluntarijs, & naturalibus motibus, confunderet.* *.ſ. Iſaac.*

a b c d e f g h i k l m n o

ligna compoſuit: cumq; alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.

a g h i

.i. protendit. alargo la mano. *ex mandato Dei licite, qui omnium Dominus eſt.*

a b c d e f g h i

Extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum.

SCHOLIA.

S. Martialis epiſt. ad Burdegalenſes. S. Marcus lib. de paradiſo & lege ſpirituali c. 190. Pallad. in hiſt. Lauſi. Sozom lib. 6 Eccleſ. hiſt. Niceph. lib. 14 Eccleſ. hiſt. Aug. to. 4 q. 57 in Gen. & to. 4 de mirab. ſac. Scripſ. c. 14 & to. 5. 16. de ci. Dei. c. 32. Theod. q. 72. in Gen Alch q. in Gē. S. T. p p. q. 114. ar 2. corp. & 3. p. q. 10. a. 2. ad 1

1 QVAE poſtquam geſta ſunt.] Id eſt poſt Agar eiectam cum filio, poſt initum fœdus cum Abimelech, poſt plantatum nemus.

2 *Tentauit Deus Abraham.*] Beatus Martialis, qui fuit Apoſtolorum diſcipulus, & Beatus Marcus eremita, (de quo multa laude digna videre licet ex Palladij Lauſiaca hiſtoria, ex Sozomeno libro ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ex Nicephoro libro 14. Eccleſiaſticę hiſtorię, ex Sonara in vitâ Leonis Imperatoris) & B. Auguſtinus, Theodoretus, Alchuinus, & S. Thomas, multa tentandi verbo hoc loco comprehendi docent, quorum & verbis vtar. Eſt igitur probare & periculum facere perfectę fidei occaſiones ſuppeditando, non vt Deus diſcat, ſed vt palam alijs faciat, & manifeſtet fidem, & conſtantiam Abrahæ, quem ita dilexerat, & extulerat Deus.

3 *Adſum,*] Hebraice eſt *Hinneni*, id eſt, ecce ego: ſic Chaldæus, & Septuaginta. ſed idem eſt ſenſus, quo animi promptitudo inſinuatur. הנני

4 *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac.*] Primo retulit beneficia ſibi collata vt refert Ioſephus, quæ textus non expreſſit, deinde prædicta verba ſubintelligit, quæ Origenes acute ſingula expendens oſtendit dicta, quibus Abrahæ amplius viſcera commoueret, eiuſque conſtantia appareret. Porro, Iſaac, vt Ioſephus deſcribit, mitis, omniq. pietati, & religioni ſtudens amabilē ſe parentibus exhibebat, eratq. tunc non quindecim, aut triginta quinque annorum, vt aliqui falſo Ioſepho imponunt, cum aperte dicat fuiſſe viginti quinque annorum, nec tot capita liber primus antiquitatum habet, ſicut aliqui citant; puerum tamen aliquando etiam in illa, & maiori ætate in

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. Orig. ho. 8. in Gen. Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

Scri-

Scriptura vocari videre licet. Exod. 33. de Ioſue. 2.Reg.1. & 2. de fortiſſimis pueris Dauid. Eſter 1. de conuiuio pueris fortiſſimis facto. Ioann. 21. Vbi Apoſtolis dicitur: Pueri nunquid pulmentarium habetis, & Actor. 4. Conuenerunt aduerſus puerum Ieſum. Iam iuxta Hebræum eſt Na, ideſt, eia ſignum vrgentioris mandati, & pro vnigenito eſt, vnicum tuum: & ſic Chaldæus paraphraſtes. Iam enim Iſmaele dimiſſo vnicus ac dilectionis filius erat Iſaac.

נא

5 *Et vade in terram viſionis.*] Iuxta Hebræum eſt: vade tibi. & licet Idiotiſmus linguæ ſit, nonnihil tamen feſtinantiæ ad opus grande innuit. Rurſum in Hebræo eſt in terram *Moria*, & à verbo *Raah* dicta eſt terra viſionis, & ſic etiam tranſtulit Symmachus teſte Hieronymo, quaſi dicat: in qua tibi antea apparui. & quod non ſolum Abrahæ, ſed & multis patribus & prophetis (qui videntes dicebantur) apparuerit Deus, & poſt hæc Baruch. 4. viſus eſt in humanitate aſſumpta, & cum hominibus conuerſatus eſt: & inter doctiores Hebræos compertum eſt, hoc eodem loco & Abelem & Cain Domino litaſſe, & Noe. Porro iuxta varium nominis *Moria*, etymon multis de cauſis dicta ſic eſt terra illa; nam à *mor*, quod eſt myrrha ſic dicta eſt, quod myrrha, & cinnamomo, & aloe abundaret, iuxta illud Canticorum 4. Vadam ad montem mirrhæ. Vt vero dicitur à *Iara*, quod eſt timere, dicta eſt, iuxta Hieronymum, quod ibi templum Salomonis erectum fuerit. 2.Reg.3. & 1.Paral. 21. & 2.Paral.3. In loco, quem Ornam Iebus deſignauit, vbi Dauid angelum percutientem viderat, & facto ibi ſacrificio ceſſauit peſtilentia, vnde iuxta tranſlationem Chaldaicam dicta eſt terra latriæ, quod ibi in timore filiali Deus vt in ſpeciali loco coleretur. Vt autem Moria dicitur à *Iarah*, quod eſt etiam docere, dicta eſt, quod inde legis doctrina, vt Deuter. 5. dicitur: ad alias partes manaret, & ibi oraculum, & lex, & Spiritus Sanctus, qui omnem veritatem docet; ſic Hieronymus aduertit, & maxime crucis Chriſti ſapientia, quæ ſalutis cauſa eſt; iuxta illud Iſai. 1. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Iam vero, vt dicitur à verbo *Raah*, non ſolum ob prædictas cauſas dicitur terra viſionis, ſed quod cum nimis excelſa ſit, & viſibilis eſt à longe, & à culmine illorum montium viſus poteſt, quæ longe diſtant, videre; & Septuaginta excelſam vertunt. quo loco maxime obſeruandum eſt, non ſolum montem illum, in quo ædificatum eſt templum, dictum fuiſſe *Moria*, ſed & omnes montes & colles, qui in circuitu ſunt Hieruſalem, *Moria* dictos eſſe ob prædictas cauſas.

מריה ראה *Hier. q. hebr. in Gen.* מרית מור ירה *Idem ibid.* ירה *Idem ibid.* ראה מריה מרית

6 *Atque ibi offeres in holocauſtum.*] Holocauſtum ſacrificium erat; quod totum in honorem Dei incedebatur, ita vt nihil eius remaneret præter cineres, & in Hebræo eſt *Ghala*, quod ad verbum aſcenſionem ſignificat, à verbo *Ghala*, quod eſt aſcendere; in odorem quippe ſuauitatis accendebatur, & fumus aſcendebat.

עלה עלה

7 *Super vnum montium quem monſtrauero tibi.*] Nouerat bene Abraham terram viſionis, ſed non locum determinatum, quem diuinitus cognouit, vbi filium ſacrificaret. Hebræi dicunt nouiſſe, columna ignis ibi apparente. Porro, vnum montium, cum tota eſſet montuoſa, ideſt, in vnam partem montis. hanc ferunt Hebræi, vt auctor eſt Hieronymus, fuiſſe, vbi Chriſtus crucifixus eſt, & ita erat ea pars, quæ mons Caluariæ dicta eſt, quam ſententiam refert etiam Auguſtinus.

Hier. in c. 16. Marci. *Aug. to. 10. ſer. 71. de tempore.*

9 *Igitur Abraham de nocte conſurgens.*] Primo diluculo, *entre dos luzes*, intelligendum eſt, ita vt & nox & dies dici poſſit. etenim verbum *Sacham* mane ſurgere, & dictio *Boker* mane, ſeu diluculum ſignificat, quaſi dicat ſurrexit mane mane, ideſt, ſummo mane.

שכם בקר

10 *Cumque concidiſſet ligna in holocauſtum.*] Non tunc ex arboribus, ſed ſicca ligna ſic in fruſta diuidens, vt debite lignorum poſtea ſtrenuem componeret, & quod nocte ſurrexit, in quo eius prompta obedientia oſtenditur.

11 *Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul*] à Geraris, vbi tunc habitabat, vt Hieronymus teſtatur, trium fere dierum itinere illuc peruenit. nam à conualle Mambre, vnde alij dicunt profectum, vix vnius diei iter eſt. Poſitus ergo in planitie, vidit locum procul, quem Deus illi indicauit. Porro, trium dierum itinere voluit Deus ſacrificium offerri, vt plene Abraham de ſe deliberare poſſet, & ſic eius conſtantia, vt Alchuinus aduertit appareret.

Hier. q. hebr. in Gen. *Alch. q. in Gen.*

12 *Ego autem & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.*] Sanctus Thomas, iuxta Ambroſium, excuſat Abraham à mendacio, quod figuratiue locutus ſit, & à Spiritu Sancto prophetauit, neſciens quid diceret, vnde & improprie: ſed facilius dici poſſet more humano (ſicut Eliſæus. 4. Reg. 6. cum militibus Regis Syriæ dixit: Non eſt ciuitas hæc quam quæritis) per amphibologiam locutum fuiſſe, ſubintelligendo: niſi Deus aliter diſpoſuerit, vel quid ſimile. Porro, adorare hic, pro venerari, ſeu colere Deum aliquo ſacrificio, ſumitur.

S. Tho. 22. q. 111. a. 1. ad 1. *Amb. lib. de Abraham c. 8.*

13 *Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum.*] Hæc veroſimile eſt cedri, aut alterius pretioſæ arboris fuiſſe, quæ tunc erant in vſu, vt Homerus, & Plinius referunt, maxime ad holocauſtum dilecti filij, quibus poſtea alia immiſceret de ijs, quæ eſſent in monte. Porro, impoſuit ligna ſuper Iſaac, qui iam viginti quinque annorum erat, in hoc præſeferens Chriſtum Dominũ, qui crucem ſibi baiulauit; non quod crucem & Iſaac ſuper ſe portauerit, vt quidam ex Auguſtino referunt, cum ipſe tantum dicat crucis meruiſſe ſigna portare, ideſt ligna, quæ crucem Chriſti ſignabant, ſicut ipſe alibi expreſſit.

Homerus. Plin. li. 13. c. 1. *Aug. to. 10. ſer. 21. de tempore.* *Aug. to. 5. 16. de ci. Dei c. 32.*

14 *Vbi eſt victima holocauſti.*] Iuxta Hebræum hic, & infra, cum dicitur: Dominus prouidebit ſibi victimam, ſermo eſt de victima agni, forſan quod ſolitus eſſet Abraham agnum præ cæteris animantibus incendere.

15 *Dominus prouidebit.*] Etiam hoc loco neſciens prophetauit: Ioſephus vero refert addidiſſe: Qui, & quæ noſtra ſunt, auferre poteſt, ſicut & dona concedere. Porro iuxta Hebræum eſt: Dominus videbit ſibi: & ita Septuaginta, quod ſubintelligi poteſt: & prouidebit, & videbit ſibi.

Ioſeph. antiq. c. 14.

b c d e f h i n

etſi vere ſpecialiter ita factum ſit, eſt tamen communis modus loquendi, deſpues que Dios me ſaco de mi tierra. *ex Haran .ſ.* *.ſ. Saram.*

a b c d e f g h i k l m n o

uxorem. Poſtquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc

o a b c K

idiotiſmus illius temporis, ſicut modo eſte bien, o eſte plazer me hazed; vel miſericordiam .i. compaſſionẽ, q. d. compadeſcete de mi, di que eres hermana, propter periculũ vitæ meæ. *percontantibus. ſ. & ex more fratrẽ me nominabis, ſicut & modo aliquando fieri eſt conſuetum.*

a b c d e f g h i k l m n

miſericordiam facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus

c f g h i

in eius honorem. quod ſanctum virum eſſe cognoſceret.

a b c d e f g h i k l m n o

ſum. Tulit igitur Abimelech oues & boues, & ſeruos, & ancillas, & dedit Abraham:

a b c h i k l

ab omni impudicitia liberam. *Hebraiſmus, qui ſequentibus verbis explicatur, vt poſſitis in ea, ſi placuerit, habitare. in veſtra optione erit, eligere quod placuerit.*

a b c d e f g h i k l m n o

reddiditq. illi Saram vxorem ſuam, & ait: Terra coram vobis eſt, vbicumque tibi placuerit

i m o p

q. d. quem fratrem tu appellas. *.ſ. in recompenſam, vel hoc modo dicendi vti poteris apud domeſticos, vel in defenſionem pudoris.* *.ſ. ob verecundiam.*

a b c d e f g h i k l m n o p

habita. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit in velamen oculorum ad

a b c d f g i k l

.ſ. qui te vxoratam, & apud me fuiſſe norunt, & deturpatam forſan ſuſpicabuntur. *.i. ſi ad exteros quocumque profecta fueris, ne te ita ſimules, ſicut hic, ſororem.* *.i. apud me fuiſſe, & licet culpam euaſeris, non tamen infamiam, & verecundiam. vel deprehenſam in errore.* *pro ſalute Abimelech, & ſuorum.*

a b c d e f g h i k l m

omnes qui tecum ſunt. & quocumque perrexeris: mementoq. te deprehenſam. Orante autem

b f g l

à fluxu ſeminis grauiſſimo. *à ſterilitate.* *.i. ſteriles illas ad tempus reddiderat.*

a b c d e f g h i k l

Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillaſq. eius, & pepererunt. Concluſerat

d g h i K

.ſ. feminarum, quæ coniunctæ erant viris. *quod .ſ. illam apud ſe Abimelech tulerat in vxorem.*

a b c d e f g h i k

enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

S C H O L I A.

18 *Rurſumq. expoſtulans ait*] Ad præcedentes querulas interrogationes tacuit Abraham; cupiens tamen Rex cauſam illius ſimulationis noſſe, rurſum ab eo quæſiuit, dicens: quid vidiſti, ſubintellige, quod te mouit, vt hoc faceres, ideſt, vt ſimulares vxorem, ſororem illam dicens. ſunt qui interpretentur; cum propheta ſis, & videns, quid vidiſti? ideſt, quid tibi Dominus reuelauit, vt hoc faceres, quaſi exponendo vxorem, quod nullus noſtrum feciſſet, ſed prior ſenſus planior eſt.

19 *Non eſt timor Dei in loco iſto*] Adeo adulterium, etiam apud eos, in quibus timor Dei non erat, graue nefas reputabatur, vt pro minori ducerent, virum occidere, vt ſic vidua potirentur, quam viuente viro ad illam accedere.

20 *Filia patris mei, & non filia matris meæ*] Propter hæc verba Saram germanam Abrahæ ex patre contendunt Hieronymus, & Chryſoſtomus, ſed alibi idem Hieronymus, & fere omnes alij, inter quos Auguſtinus dicunt cum Ioſepho, fuiſſe filiam Aram, qui cum frater fuiſſet Abrahæ ex patre, & non ex matre, ideo Sara ſoror, ideſt, conſanguinea dicta eſt, filia Tharæ, qui eius auus, & pater Abrahæ; non tamen filia matris, quia mater Aran patris Saræ, non fuit mater Abrahæ. *Hier. q. hebr. in Gen. Chryſ. ho. 46. Aug. to. 6. 22. contra Fauſt. c. 34.*

21 *Poſtquam autem eduxit me Deus, de domo patris mei*] Chaldæus: Et factum eſt cum aberraſſent populi poſt opera manuum ſuarum, me applicauit Dominus ad timorem ſuum ex domo patris mei, & hoc loco, iuxta Hebræum, aduertendum eſt, *Eloim* in plurali poſitum, quod ſequitur verbum in plurali, errare, ſeu declinare fecerunt, ideſt, pere- אלהים

grinari

grinari fecerunt, ac proinde eſt vnus ex locis, in quibus perſonarum pluralitas innuitur ſecundum aliquos; niſi velis angelos intelligere, ſicut ſupra capite primo adnotauimus.

22 *Hanc miſericordiam facies mecum*] Idiotiſmus eſt tunc in vſu, ſicut modo dicimus, *eſte bien, ò eſte plazer me haueis de hazer*, hoc beneficium mihi præſtabis, aut conferes.

v3 *Tulit igitur Abimelech oues, & boues, ſeruos & ancillas*] Dona iſta omnia refert B. Antonius Eremita, & quod Abimelech Abrahæ optionem dederit manendi in ſuo regno, quòd virum ſanctum cognouerit, in eius honorem hæc omnia illi obtuliſſe.

B. Anto. in Meliſſa ſer. 37.

24 *Vbicumque tibi placuerit habità*] Ioſephus refert, Abrahamum ſtatim reſpondiſſe, id ſibi gratum eſſe, & habitare ibi velle.

25 *Hoc erit in velamen oculorum tuorum, & ad omnes, qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris, memento te deprehenſam*] Chaldæus, ecce dedi mille ſiclos argenti fratri tuo, ecce illud eſt tibi velamen honoris, pro eo, quod miſerim tollere te, & viderim te, & omnia, quæ tua ſunt, & ſuper omnia quæ dixiſti, eſtoq. reprehenſa. at Septuaginta legunt: Hæc tibi erunt in pretium faciei tuæ, & omnibus, qui tecum, & omnia vere loquere. iuxta quam lectionem Chryſoſtomus hom. 45. in Gen. ſic interpretatur, quod quodammodo contumelioſus in te, & virum tuum viſus ſum, reſarcire hoc volens pro hoc mille drachmas viro tuo dedi. Tu vero, & omnes & maxime virum tuum doce, nihil à me factum iniquum eſſe, cum intacta exieris de domo mea, vt ſcilicet pro me preces Deo offerat. Cæterum in velamen oculorum, Hebraiſmus eſt, & difficilis. velamen, pro verecundia ſumitur. quaſi dicat: apud domeſticos, qui te vxorem Abrahæ, & apud me fuiſſe norunt, præ verecundia, quam patieris, quod te deturpatam ſuſpicabuntur, in recompenſam huius vereeundiæ erunt mille argentei; apud exteros tamen deinceps ne hac ſimulatione vtaris, memento te deprehenſam, ideſt, ideo apud me detentam; licet enim culpam euaſeris, non tamen infamiam, & veracundiam. Alius ſenſus eſſe poteſt, cum dixerit dediſſe mille argenteos fratri, quaſi ironice, quem dixiſti fratrem, ſubdit: Hoc erit in velamen oculorum tuorum ad omnes, qui tecum ſunt, ideſt, hoc verborum velamine appellando virum tuum fratrem (*eſſe modo de hablar Senyora ſufreſe con los de vueſtra caſa, que ſaben que ſois ſu muger*) vti poteris apud domeſticos, qui te norunt vxorem, & ſic quaſi ex more loqui; apud exteros vero ne iſto velamine vtaris, ne tibi ſimile contingat, *por que no os veais en la occaſion y aprieto que con migo*. Eſt & alius ſenſus, vt ſit quaſi regium donum ex modo loquendi, quo & nunc vtimur apud Reges *dieron le diez mille ducados para chapines*, forſan tunc in vſu erat, *para velos*, vel *ſi eſtais vergonçoſa mil monedas de oro di à vueſtro marido para velos, para vos, y vueſtras criadas, con que cobriros, pero vos ſeñora acordaos del trabajo en que hos haueis viſto.* Memento te deprehenſam, ne poſt hac hoc verborum velamine vtaris, dicens ſororem illius eſſe, dici etiam poteſt: hoc erit in velamen oculorum tuorum, *por que os auergonceis con los de vueſtra caſa, y aun con los que no lo ſon, pues ſaben que os he tenido en caſa, y que he dado dinero a vueſtro marido, como ſi de vos me aprouechara y aſſi* quocumque ieris, *no hagais otro tanto*, memento te eſſe deprehenſam.

26 *Sanauit Dominus Abimelech*] Forſan fuit infirmitas Abimelech, quæ & Pharaonis, ſuprà capite 12. ſcilicet talis fluxus ſeminis, vt ad mulierem accedere non poſſet; vxorem vero, & ancillas ſterilitate ad tempus percuſſerat, & hæc omnia, vt Abrahæ iniuriam præcaueret, & nos ab adulterio deterreret, ſic puniens, quem ſimplici & maritali animo feciſſe nouerat.

CAPVT XXI.

a g h K l
.i. præſtitit. explicatio eſt præcedentium verborum. per angelum ſupra cap. 18. .i. Sara.
a b c d e f g h i k l m
Viſitauit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ loquutus eſt. Concepitq.

i
per angelum, ſupra cap. 18.
a b c d e f g h i k l m n
& peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitq. Abraham

e h
.i. peperit. .i. riſum, à patris riſu, ſupra cap. 17.
a b c d e f g h i k l m n o p
nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac: & circumcidit eum octauo die, ſicut præceperat

a b d e
ſupra cap. 17. natus eſt Iſaac.
a b c d e f g h i k l m n o p
ei Deus, cum centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac. Dixitq. Sara:

b c d g l
.i. fecit me ridere, ſiue gaudium, & lætitiam cumulauit. .i. congaudebit, & congratulabitur. q.d. nullus, quia miraculo concepit, vires enim natura defecerant.
a b c d e f g h i k l m
Riſum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi. Rurſumq. ait: Quis auditurus

b d l o
ſub: dicenti, vel de Abraham. ſ. nonagenaria. centum ſ. annorum. ſ. Iſaac.
a b c d e f g h i k l m n o p
crederet Abraham quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam ſeni? creuit igitur puer, &
ablactatus eſt: fecitq. Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq. vidiſſet

e k l m o
.i. iocantem importune, & quaſi heredem ſe præferentem, vel irridentem, ſiue ſuper primogenita contendentem, vt B. Hieronymus exponit. ferre non ſuſtinens, & præcauens in futurum prophetauit neſciens. ſ. Agar.
a b c d e f g h i k l m n o p
Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: eiÿce ancillam hanc,

b h o p
ſ. Iſmaelem. ſ. Iſmael. quod diligeret Iſmael, & non æquum putaret, primogenitum ita emittere.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Dure accepit hoc Abraham

b d l m p
ſ. Iſmaele. ſ. Abrahamo. etiam ſi decem & octo annorum, ſic reſpectu parentum filÿ vocari conſueuerunt. ſ. Agar.
a b c d e f g h i k l m n o p q
pro filio ſuo. Cui dixit Deus: non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua:

f i K l m n o
.i. crede illi. Hebraiſmus .i. qui per Iſaac hi tantum vocabuntur ſemen tuum, ſiue de tua familia, & maxime dixit propter Chriſtum, ſemen promiſſum, quo eum alliceret.
a b c d e f g h i k l m n o p q
omnia, quæ dixerit tibi Sara: audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed &

a f h
ſ. Iſmaelem. .i. numeroſam. .i. filius.
a b c d e f g h i k l m n
filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. Surrexit itaque Abraham

d h i k k l m
ſub quo nomine & obſonia alia intelligit. ſiue materiali, ſiue per metaphoram cura illius commiſit omnia etiam dona, & quæcumque dedit. ſ. Agar. .i. commiſit, ſeu, interrogole. ſ. Iſmaelem.
a b c d e f g h i k l m
mane, & tollens panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum,

b
.i. emiſit.
a b c
& dimiſit eam.

S C H O L I A.

1 VISITAVIT *autem Dominus Saram, ſicut promiſerat*] Viſitare in Scripturis aliquando eſt ſtare promiſſis, quaſi dicat, præſtititq. quæ pollicitus erat. Porro, quod ſubditur, & impleuit quod loquutus eſt, expoſitio eſt præcedentium verborum, ſcilicet, viſitauit, ſicut promiſerat; verbo ſiquidem per angelum promiſerat, ſupra cap. 17. quare & in Hebræo eſt *Iſchac.* יצחק

2 *Concepit, & peperit filium in ſenectute ſua*] Iuxta Hebræum eſt, in ſenectute eius, ita vt referatur ad Abraham; eſt enim maſculini generis cadentia, vnde infra: Quem genuit ei, id eſt, peperit ei. viris enim, qui genuerunt, iu-

xta Hebræorum morem, feminæ eis parere dicuntur filios: ſimiliter cum infertur: Tempore quo prædixerat ei, ideſt Abrahamo, cui angeli, vt ex textu liquet, filium ex Sara promiſerunt.

Ioſeph. 1. anti. c. 12. Aug. 16. de ci. Dei c. 31. 5.

3 *Iſaac, & circumcidit eum octauo die.*] Licet Ioſephus ex riſu matris dicat appoſitum nomen Iſaac, cui conſentire videtur Auguſtinus, tamen potiſſime ex riſu patris, ſicut ex eodem Auguſtino, & Hieronymo, & Albino cap. 13. oſtendimus, quo loco filium octauo die circumcidendum præcepit. Porro, quod ſequitur: Cum centum eſſet annorum, non eſt referendum ad verba immediate præcedentia, ideſt, quando circumciſionem Deus indixit, ſed ad natiuitatem Iſaac, ſicut ſtatim exprimit; Hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.

4 *Riſum fecit mihi Deus,*] Hebraiſmus eſt riſus pro gaudio; ſic & Chaldæus, ideſt, fecit me ridere cum me lactantem filium, & inter brachia contemplata ſim in ætate prouectiori, & ex viro ſeniori, vel affecit me gaudio; vnde quod ſequitur, Corridebit, ideſt, congaudebit, vel congratulabitur mihi.

5 *Quis auditurus crederet.*] Quaſi dicat, nullus. fuit etenim conceptus ſupra naturæ vires: vnde & filius promiſſionis dictus. hinc Hebræi ferunt, vicinas exiſtimaſſe, Iſaac ex alia natum Saræ ſuppoſitũ, quouſque illam lactantem viderunt.

5 d. *Et ablactatus eſt.*] Quo ætatis ſuæ anno ablactatus fuerit Iſaac, Scriptura non dicit; ſunt qui triennale fuiſſe apud Hebræos lactationis infantiũ tempus, putent, iuxta illud 2. Machab. 7. Triennio lac tibi dedi. Cæterum ſicut tempore Abraham, duplo longior erat hominum vita, quam tempore Machabæorum, ita & ſpatia & interualla pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis & ſenectutis longiora fuiſſe ſatis veriſimile eſt. Vnde & S. Hieronymus, quinquennale ex Hebræis lactationis tempus tunc fuiſſe refert. quod autem Hebræorum alij vſque ad duodecim extendunt, non eſt adeo veriſimile.

Hier. q. hebr. in Gen.

6 *Ludentem cum Iſaac filio ſuo.*] Iuxta Hieronymum in Hebræo non eſt cum filio ſuo, ſed appoſitum eſt à Vulgato ſecundum veritatem ſenſus. iuxta varias autem verbi *Sachac* ſignificationes, quas R. Salamoh componit, vt ſcilicet ſignificet non ſolum ludere, ſed & idolatrare, & occidere, & coire ſiue laſciuire, ex Hebræis quidam varias referunt expoſitiones, vt ſcilicet hoc loco ludere, importet tria prædicta ſignificata, & quod Sara viderit Iſmaelem idola fingentem, eiſq; intentum, quod & ſanctus Hieronymus refert ex aliorum mente, & occidere volentem Iſaac, & laſciuientem. Cæterum ex peritorum ſententia *Sachac* verbum ludere, & irridere, ſiue verbo, ſiue geſtibus importat; per accidens autem eſt vt idololatria immiſceatur, quod ſcilicet choreis, & conuiuijs, multaque lætitia ſolennitates ſuas antiqui celebrauerint, etiam in Eccleſia Dei. Deut. 16. vnde & Luſus Rex, à quo & Luſitania dicta eſt, nomen accepit, quod more arameo ludis, & ſaltu ſacra ageret, ſicut & Dauid ante arcam Dei feciſſe legimus. crediderim itaq; Iſmaelem, & matris indulgentia, & patre ſene inſolentiorem, & viribus editiorem, importunum ſe Iſaac natura mitiori ſæpe quaſi ioco præbere, & externis geſtibus forſan & verbis, vt primogenitum & hæredem ſe inſinuaret, præſeferre, quem irridendi modum, & moleſtiam, ſanctus Paulus perſecutionem appellauit ad Galat. 4. His adde ex Hebræorum doctioribus, Iſmaelem, cum audiret congratulantes patri de Iſaac filio, vt hærede, ſubſannaſſe illos, & deriſiſſe; quod videns Sara ægre etiam tulit: ſic etiã innuere videntur Hieronymus, & Albinus. Saræ vero hæc maxime diſplicebant, & ſic muliebri affectu, ne iſta in deterius prorumperent, maxime ſi Abraham à vita diſcederet, vt Ioſephus refert, petijt à viro ſuo, vt in alias regiones cum matre mitteret. quod enim aliqui propter Iſmaelis adoleſcentiam non ipſum cum Iſaac ludere, ſed pueros incitaſſe dicunt, vt illum irriderent, maxime propter verbum quartæ coniugationis, non adeo vrget; quod huiuſmodi verba non raro habeant reciprocam ſignificationem, & non puerili ludo, ſed magis luſorie, & quaſi ioco (quod & adoleſcentioribus cum puerulis fratribus contingit) ſe importunum præbebat, & quaſi primogenitum & hæredem ſe gerebat.

צחק

Hier. q. hebr. in Gen. צחק

Hier. in 4. c. ad Gal. Alb. q. in Gen.

Ioſeph. 1. ant cap. 12.

7 *Non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio meo,*] Ideſt, ſuperſtite filio meo, non ille erit hæres, nec ad æqualitatem adhuc hæreditatis vocatus cum filio meo. Quæ verba Saram prophetando, licet neſciret, dixiſſe, teſtis eſt Auguſtinus: quorum ſacramentorũ poſtea conſcius fuit Abraham diuina reuelatione. Porro, verba illa: Cum filio meo Iſaac, nõ ſunt iuxta Hebræum, ſed addita à Septuaginta, ex quibus, & Latina editio ſumpſit, ad explendam ſententiam, quæ iuxta Hebræum præciſa, & imperfecta eſt.

Aug. tom. 4. 51. in Gen.

8 *Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo.*] Iam adoleſcentiorem & primogenitum paterno affectu illum perſequebatur, vt ait Auguſtinus, & ſic e domo excludere, & in alienam mittere aſperum, & non æquum ipſi viſum eſt. Adde, vt Ioſephus refert, diligebatur Iſmael non ſecus ac ſi vnigenitus; alebatur enim in ſpem ſucceſſionis, & rem atrocem reputabat Abraham, puerum nondum adultum, & mulierem egenam ablegare.

Aug. tom. 4. 51. in Gen. *Ioſeph. 1. anti c. 12.*

9 *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.*] In Hebræo *Iſchac*. Porro Hebraiſmus eſt, ideſt, ſoli deſcendentes ex te per Iſaac vocabuntur ſemen tuum, filij tui & de familia tua, & maxime allicere eum Deus voluit ex Chriſto, ſemine illo promiſſo, quem filium habere ex promiſſione pluris omnibus æſtimabat, in quo ſcilicet ſemine, benedicendæ erant omnes gentes.

יצחק

10 *Et impoſuit ſcapulæ eius.*] Per metaphoram Hebraico ſchemate ſcapulæ nomine, & impoſitione ſuper eam, cura pueri & tutela deſcribitur, qui ſe commode nondum gubernare poterat, vt ſcribit Ioſephus, iuxta illud Iſa. 9. Cuius imperium ſuper humerum eius, ideſt, ſub eius cura, ſatis probabiliter quidam aſſerunt iuxta Auguſtinum, Albinum, & Ioſephum. At nomine panis, & alia obſonia intelligi, & iumenta, quibus illa veherent, & ſeruos, & ancillas, & dona alia; ſicut de filijs aliarum ancillarum legimus, quidam putant, ſed ſacro textu conformius videtur oppoſitum; ſi enim iumenta neceſſarijs onuſta aderant, ad quid afflictæ Agar ſcapulæ vter aquæ & panis imponitur; ſic Theodoretus q. 71. in Gen. Rurſum cum receſſerit cum

Ioſeph. 1. anti cap. 12. Aug. q. 53. i Gen. Alb. q. in Ge Ioſeph. 1. anti c. 12.

dominæ

dominæ ſuæ Saræ indignatione, non mirum, ſi etiam neceſſarijs deſtituta abierit, quibus & Abraham diuino oraculo nouerat Deum non defuturum. panis igitur, & aqua eius materiali ſcapulæ deſuper impoſita ſunt, quorum diſtributio, & filij cura eius fidei commiſſa ſunt, quod metaphorice, vt dictum eſt, ſcapulæ, & impoſitionis nominibus intelligitur.

11 *Tradiditq; puerum.*] Licet iam ad minus decem & octo eſſet annorum Iſmael, iuxta Hieronymum, puerum vocat, quo nomine omnes filios reſpectu parentum ſcriptura inſignire conſueuit, vt auctor eſt ſanctus Hieronymus vbi ſupra; cui conſentit Albinus, ſicut & infantes Romæ ſuo tempore dictos refert. *Hier. q. hebr. in Gen.* *Alb. q. in Gen.*

12 *Et dimiſit eam,*] Ideſt emiſit, quo ſcilicet itineris neceſſitas imperaret, vt ſcribit Ioſephus. Porro ob myſterium vtriuſque teſtamenti, quod Paulus ad Galatas deſcribit, licuiſſe Abrahæ diuina diſpenſatione Agar emittere alijs ſimilibus exemplis ex Aug. docet S. Tho. *Ioſeph. 1. antiq. c. 12. ad Galat. 4. Aug. in 3. cap. Ioan. tract. 11 S. Th. 4. d. 33. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 3.*

a .ſ. Agar. f quæ & magno deſerto contigua, & terminus Palæſtinæ. g quæ olim ſens, deinde vrbs tribus Iuda, & Simeonis. i k l .ſ. & Iſmael, vel ex ira & triſtitia, & itineris tædio quaſi deficeret.

a b c d e f g h i k l m n

Quæ cum abijſſet errabat in ſolitudine Berſabee. Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre,

a .i. repoſuit quaſi de eius vita deſperans. b .ſ. Iſmaelem. k .ſ. Agar: n .ſ. pueri.

a b c d e f g h i K l m n o

abiecit puerum ſubter vnam arborum, quæ ibi erant. Et abijt, ſeditq; e regione procul

e f .ſ. rem non ſuſtinens quaſi exanimem filium. h .ſ. ſaltem. n .i. e regione pueri.

a b c d e f g h i k l m n

quantum poteſt arcus iacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & ſedens contra,

h i k qui timens mortem, Dominum deprecatus eſt pro vita; erat enim ad minus decem & octo annorum.

a b c d e f g h i k l m n

leuauit vocem ſuam & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: Vocauitq; angelus Dei

b e .i. deſuper. d non tam interrogans, quam diffidentiam arguens. e f g q. d. quid diffidis, quæ timens etiam cum in vtero eum geſtares, audiſti, futurum in gentem innumerabilem, ſiue quid tibi eſt Agar? h i .ſ. pueri mortem. n .ſ. orantis. o .ſ. Iſmaelis.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco

g h i vt itineris comitem; non ergo oneri erat matri. o .i. numeroſam.

a b c d e f g h i k l m n o p q

in quo eſt. Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum.

a b c Hebraiſmus, id eſt, oſtendit ei puteum. d .i. angelus, qui ex parte Dei eloquebatur. n o a .ſ. & ſic reuixit: fuiſſe enim puto quaſi deliquium animi.

a b c d e f g h i k l m n o

Aperuitq; oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditq; puero

b c d vel Deus, vel mater in ſocietatem. f .ſ. Iſmael. h i k l m ſub tentorijs, quæ pater in exitu prouiderat. q .i. venationi deditus, quæ iaculationibus tunc fieri conſueuerant.

a b c d e f g h i K l m n o p q

bibere. Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus eſt in ſolitudine, factusq; eſt iuuenis ſagittarius.

d Eremus eſt ad ſolitudinem Synai. g .ſ. Iſmaeli. h i .ſ. Agar. l m n nam & Agar etiam Aegyptia erat.

a b c d e f g h i k l m n

Habitauitq; in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua, vxorem de terra Aegypti.

SCHO-

S C H O L I A.

Hier. q. hebr. in Gen.

13 *In ſolitudine Berſabee.*] Solitudo hæc deſerto magno contigua fuit, & terminus vnus terræ promiſſionis. Berſabee vero fons olim ibi fuit; poſtea vrbs tribus Iudæ, & Simeonis, viginti miliaribus ab Ebron diſtans in auſtrum iuxta viam, quę in Sina ducit: nam & Elias in eam peruenit impiæ Iezabelis iram fugiens, in montem Horeb pergens, qui & Sina.

14 *Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnam arborem.*] Iam grãdęuus Iſmael, & ex ira, quam in Saram conceperat, & triſtitia ob expulſionem à paterna domo tabeſcentem, deliquiũ paſſum, cum aqua defeciſſet, periturum credidit Agar, quem ſub arbore reponi iuſſit; ſed per metaphoram (ſicut, & illud Pſalmi 57. Proiectus ſum à facie oculorum tuorum) quaſi moriturum continuo & velut exanimem abieciſſe dicitur; non quod in humeris illum portaret, vt quidam cenſent: nec credendum eſt, ſecundum verbi proprietatem eum abieciſſe, quem ita diligebat; & adhuc viuum, quo dolorem afflicto addidiſſet. Porro, Septuaginta per arborem, abietem vertunt; ſicque Ioſephus: ſed certe eamdem vocem Hebræam alibi ipſi transferunt virgultum, & agri viriditatem, ideſt, fœnum.

Ioſeph. 1. anti. c. 11.

15 *Exaudiuit autem Deus vocem pueri.*] Erat iam annorum ad minus decem & octo, & mortem timens rogauit Dominum, vt ei propitius foret, cuius vocem Dominus exaudiuit.

16 *Vocauitq; angelus Dei Agar de cælo dicens, quid agis Agar?*] Quaſi de ſuperioribus vocem angeli delapſam deſcribit. Quod autem dixit: Quid agis Agar? non tam percontantis, quam quodammodo increpantis eius duritiem verba ſunt; quod ab angelo, cum illum in vtero geſtabat, prædicendo audierat, futurum illum in innumerabilem gentem: vnde ſubdit: Noli timere, ſcilicet, mortem pueri, quaſi dicat, ne timeas, ex aliquá cauſa futurum aliter, quam tibi prædixi.

17 *Surge, tolle puerum, & tene manum eius.*] Non igitur in itinere oneri puerum matri ſuæ fuiſſe oſtenditur, ſed comitem; vt Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus aduertunt: qui enim manu tenetur vt comes coniungitur; ſed tantum ſolicitus monſtratur affectus.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 53. in Gen. Alb. q. in Gen.

18 *Aperuit oculos eius.*] Hebraiſmus eſt hoc loco aperire oculos, ideſt, oſtendere. oſtendit ſiquidem fontem, vt Ioſephus ſcribit, quem præ diſtantia, vel aliquo externo impedimento nec nouerat, nec aduerterat, non quod in oculis aliquod fuiſſet impedimentum, aut velamen.

Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

19 *Et fuit cum eo.*] Tam in Græco, quam in Hebræo additur Deus: & ſic probabilius videtur interpretandum de diuino auxilio, quo Iſmaelem Deus, & ſeruauit, & auxit.

20 *Moratus eſt in ſolitudine, factusq; eſt iuuenis Sagittarius.*] Satis probabiliter hinc quidam inferunt, de tentorio patrem in exitu prouidiſſe, cum in ſolitudine hic dicatur eum cum matre habitaſſe. Porro iuuenis ſagittarius dicitur, non quod latrocinijs peregrinantium intenderet, ſed potius venationi, quæ ſagittando tunc maxime exerceri conſueuerat.

21 *Habitauitq: in deſerto Pharan,*] Pharan Eremus magna eſt ad ſolitudinem Sinai ſupra Aſphaltidis lacum, & eſt mons prope montem Seir, vt ex Deut. cap. 33. deprehenditur.

22 *Et accepit illi mater ſua vxorem de terra Aegypti.*] Illius ætatis mos innuitur, vt parentes filijs de vxore prouiderent, non ipſi eas quærerent. Porro, vt Ioſephus ſcribit, cum Agar ex Ægypto oriunda eſſet, &, vt alius dicit, orta & nutrita, Ægyptiam etiam in filij vxorem delegit; & idem Ioſephus refert duodecim filiorum nomina, quos habuit; qui omnem terram ab Euphrate ad Mare rubrum poſitam tenuerunt, Nabatheam prouinciam nominantes, à quibus & gentem Arabicam ſecundum tribus vocant.

Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

---

m n o p a b c
Hebraiſmus .i. Deus tecum in omnibus auxilio eſt, audierat enim factum quando Aſſyrios vicit, & in ſe expertus fuerat Dei manũ.
a b c d e f g h i K l m n o p
Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum eſt in

---

g m o p
.ſ. verùm. .i. filij. .i. ij qui ex mea familia. domi linage.
a b c d e f g h i k l m n o p
vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ:

---

a b c d e f g k
.i. amicitiam & compaſſionem. Septuaginta iuſtitiam. .i. miſertus ſum tui. .i. te geres. .i. habitatoribus terræ huius meæ ditionis.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua verſatus es aduena.

---

d e f g h
.i. iuro. .i. redarguit Abraham ipſum Regem.
a b c d e f g h i k l m n
Dixitq; Abraham. Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abſtulerant

ſerui

b h i n o p
ſ. regis Abimelech. i. hanc violentiam. i. notum feciſti.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſerui eius. Reſponditq; Abimelech: Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu non indicaſti mihi,

q
i. inierunt.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& ego non audiui præter hodie. Tulit itaq; Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percuſſeruntq;

d
i. repoſuit, ſiue ſegregauit.
a b c d e f g h i k l m n o
ambo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech: quid ſibi

g k
i. poſuiſti ſeorſum. ſ. Abraham.
a b c d e f g h i k l m n o p
volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de

k
i. feci fodere:
a b c d e f g h i k l m n o p
manu mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus eſt

c i K m n
propter initum fœdus cum iuramento, & ſeptem agnas. Sabea enim & iuramentum, & ſeptem Hebraica ſignificat. & Abraham, & Abimelech Rex. ſic ideo dicti.
a b c d e f g h i k l m n
locus ille Berſabee: quia ibi vterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti.

a
i. diſceſſit, pro diſceſſerunt:
a b c d e f g h i k l m
Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram

e i k l m
ad umbram, & fructiferis etiam arboribus conſitum. Hebraiſmus i. adorauit Deum, forſan & ſacrificio adhibito, & inuocato Deo, vt acceptum haberet.
a b c d e f g h i k l m n
Palæſtinorum. Abraham vero plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei

d g h
i. habitator, ſiue incola. ſ. viginti quinque annis.
a b c d e f g h
æterni. Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

S C H O L I A.

23 *Abimelech & Phicol.*] Et Ochozat pronubus eius, in aliquibus textibus, medius ponitur, ſed Vulgatus expungit, quia nec in Hebræo eſt, iuxta Hieronymum. *Hier. q. hebr. in Gen.*

24 *Deus tecum eſt in vniuerſis, quæ agis,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, Deus in omnibus tibi auxilio eſt. auditu ſiquidem didicerat, & quatuor Aſſyrios Reges debellaſſe, & filium in extrema ſenectute vxoris habuiſſe, & manum Domini ob ipſius vxoris raptum fuerat expertus.

25 *Ne noceas mihi.*] Iuxta Hebræum eſt: Non mentieris, ideſt, tu mihi, & meis ſeruabis fidem; Vulgatus explicauit, in quo, ſcilicet, Ne noceas mihi.

26 *Sed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facias mihi.*] Per miſericordiam compaſſionem, & amicitiam intelligit, & benemereri; quaſi dicat, ſicut amicabiliter me tecum geſſi, & tui miſertus ſum, ita & amice te, quæſo, mecum habeas, & cum poſteris, ideſt filijs, & cum ſtirpe, ideſt, ijs, qui ex mea familia regia, & cum habitatoribus terræ meæ ditionis; & ſicut de te benemeritus ſum, ſtudeas & de meis bene mereri.

27 *Ego iurabo,*] Ideſt, iuro, futurum pro præſenti, vel ſaltem iurabo, ideſt, paratus ſum iurare.

28 *Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee.*] Ioſephus legit: Veriſabe. Porro iuxta Hieronymum Sabee in Hebræo (quidquid aliqui dicant) & ſeptē, & iu- *Ioſeph. 1. antiq. c. 11. Hier. q. hebr. in Gen.* שבע

& iuramentum ſignificat. propter ſeptem agnas igitur, & propter mutuum fœdus iuramento ibi initum, Berſabee dicta eſt. textus, ſecundam cauſam tantum ſubiungit. ſi vero aliquando in Scriptura ſic vocatum reperias, per prolepſim dictum intellige, ſicut & Bethel, & Galgala; ita etiam Auguſtinus cenſet. nam & tempore Moyſi, qui hæc ſcripſit, iam ſic vocabantur, licet alia olim nomina habuerint.

Hier. q. hebr. in Gen.

Aug. q. in Gen.

29 *Plantauit nemus in Berſabee.*] Ante legem patres amenis locis, nemoribus, & hortulis delectati, à quibus & gentes didicerunt; ſed cum poſtea ad idololatriam ſimilibus locis abuterentur, Scriptura abominata eſt nemora, & amena loca, ſed potius ſub eorum appellatione ex frequenti vſu idololatriam. Abraham autem maxime in peregrinorum ſolatium nemus plantauit arboribus conſitum, non ſolum ad vmbram & tentoria, ſed & fructiferis lignis ad viatorum delicias. vnde Ionatas Syrus in ſuo targo Hieroſolymitano ſequenti paraphraſi locum iſtum interpretatur, dicens: Plantauit igitur Abraham in Berſabee hortum plenum optimis fructibus, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, quam vt orbis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cęli & terræ, cuius ſolius donum eſſent quidquid comediſſent, vel bibiſſent; ſicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos dimittebat. hæc ille. Porro hoc, pretio comparauit, ſimili illo, quo ſeptem agnæ datæ dicuntur, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt. quod enim Stephanus Actor. 7. Nec paſſum terræ habuiſſe refert, intelligendum dicunt de terra, quam donaturus erat Deus, & ſemini eius.

Ionatas Syrus.

Aug. tom. 4. 53. in Gen. Alb. q. in Gen.

30 *Et inuocauit nomen Domini*,] Hebraiſmus eſt, ideſt, adorauit Dominum, forſan & adiuncto ſacrificio, inuocatoq; Domino, vt gratum haberet; & Hebræi referunt etiam viatores poſt refectione ad gratiarum actionem incitare ſolitum, vt ex paraphraſi Ionathæ ſupra poſita ſatis liquet.

31 *Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.*] Colonus, ideſt, habitator, viginti ſcilicet quinque annis, vt quidam ferunt; ſicut & in Hebron viginti duobus annis commoratus fuerat; nec Iſaac in conualle Mambre natus eſt, ſed in Geraris vbi & Berſabee hodie oppidum, quondam in præſidium Palæſtinæ, & eius terminus verſus auſtrum, vt teſtatur Hieronymus.

Hier. q. hebr. in Gen.

Hier. de loc. Hebr.

CAPVT XXII.

a b c d: *ſ. eiectio Agar cum filio. fœdus cum Abimelech, nemus plantatum.*
e: *i. probauit, vt manifeſtaret.*
i: *forſan voce ſenſibili, & ſenſibili ſpecie apparens.*
m n: *emphaſim habet eiuſdem geminatio.*

a b c d e f g h i k l m n
Quæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham.

b: *ſ. Abraham.*
d: *iuxta Hebraum: Ecce ego.*
e: *primo retulit beneficia collata ei, vt refert Ioſephus deinde ait: tolle, &c.*
k l m: *exprimit hac, vt eius animum magis probet.*

a b c d e f g h i k l m n o p
At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade

b: *quam Abraham bene nouerat.*
c: *ſiue Moriah, vt eſt in Hebrae. Septuaginta: excelſam. Chaldaus: diuini cultus. eſt autem Moriah myrrha Domini.*
g: *ſ. Iſaac.*
i: *quod ſ. totum in honorem Dei incenditur.*
l m: *i. vnam partem montis.*

a b c d e f g h i k l m n o
in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero

b c: *ſ. propter obediens.*
d: *ita vt & etiam diluculum dici poſſet, iuxta vim Hebraici ſermonis: entre dos luzes, ſummo mane.*

a b c d e f g h i K l m n
tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes,

f: *iam ſicca in minera fruſta, vt recto ſtruem poſtea componeret.*
g: *pretioſa crediderim, vt cedri uel ſimilis.*
m: *i. in terram uiſionis ſiue Moriah, quæ à Geraris, unde profectus eſt Abraham, fere trium dierum itinere diſtabat.*

a b c d e f g h i k l m n
& Iſaac filium ſuum: cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum quem

a: *iuxta Hebraum: dixerat.*
d f: *à Geraris ad montem Moriah, iter eſt dierum trium.*
k: *ubi incenderet, diuinitus ſibi monſtratum.*
o: *i. ſeruos.*

a b c d e f g h i k l m n o p
præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitq; ad pueros ſuos:

Expe-

a b c e f g K m n o a

noluit vxori, nec famulis indicare inſtitutum ſuum, ne ab executione impedirent, aut retardarent. — *.i. Iſaac iam viginti quinque annorum, ſed Scripturæ more puer dicitur.* — *.i. euntes.* — *.i. venerati fuerimus, & coluerimus Deum ſacrificio aliquo oblato.* — *per amphibologiam dixit, ſubintelligens, niſi Deus aliter diſpoſuerit, vel quid ſimile.*

a b c d e f g h i k l m n o

Expectate hic cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad

d e i m

qua aſinus ſuper ſe aſportabat. — *.i. ad incendendum holocauſtum.* — *qui iam viginti quinque annorum erat, & Chriſtum Dominum crucem baiulantem in hoc ſignauit.* — *.ſ. Abraham.*

a b c d e f g h i k l m n o p

vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero portabat in

b d f

ad incendendum. — *ad iugulandum.* — *.ſ. Abraham & Iſaac.*

a b c d e f g h i K l m n o

manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi.

g h o p

q. d. nobiſcum aſportamus. — *.ſ. agni, iuxta vim vocis Hebraicæ.*

a b c d e f g h i K l m n o p

At ille reſpondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti?

g

.ſ. agni, iuxta vim vocis Hebraicæ.

a b c d e f g h i k l m

Dixit autem Abraham: Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo

e g

vt creditur Caluariæ Mons eſt. — *.i. oſtendit, iuxta Hebræum: dixerat.*

a b c d e f g h i k l m n o p

pariter: & venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper

b d i

.ſ. & filio mandatum retulit, qui interius certo credens ſit à Deo dictum, annuit libenter. — *non reluctantem, ſed ne tempore iugulationis compoſitum ſacrificij ſitū, inſurgentibus inuoluntarijs, & naturalibus motibus, confunderet.* — *.ſ. Iſaac.*

a b c d e f g h i k l m n o

ligna compoſuit: cumq; alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.

a g h i

.i. protendit: alargo la mano. — *ex mandato Dei licite, qui omnium Dominus eſt.*

a b c d e f g h i

Extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum.

SCHOLIA.

1 QVAE *poſtquam geſta ſunt.*] Id eſt poſt Agar eiectam cum filio, poſt initum fœdus cum Abimelech, poſt plantatum nemus.

2 *Tentauit Deus Abraham.*] Beatus Martialis, qui fuit Apoſtolorum diſcipulus, & Beatus Marcus eremita, (de quo multa laude digna videre licet ex Palladij Lauſiaca hiſtoria, ex Sozomeno libro ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ex Nicephoro libro 14. Eccleſiaſticę hiſtorię, ex Sonara in vitâ Leonis Imperatoris) & B. Auguſtinus, Theodoretus, Alchuinus, & S. Thomas, multa tentandi verbo hoc loco comprehendi docent, quorum & verbis vtar. Eſt igitur probare & periculum facere perfectę fidei occaſiones ſuppeditando, non vt Deus diſcat, ſed vt palam alijs faciat, & manifeſtet fidem, & conſtantiam Abrahæ, quem ita dilexerat, & extulerat Deus.

S. Martialis epiſt. ad Burdegalenſes. S. Marcus lib. de paradiſo & lege ſpirituali c. 190. Pallad. in hiſt. Lauſi. Sozom lib. 6 Eccleſ. hiſt. Niceph. lib. 14 Eccleſ. hiſt. Aug. to. 4 q. 57 in Gen. & to. 4 de mirab. ſac. Script. c. 14 & to. 5. 16. de ci. Dei. c. 32. Theod. q. 72. in Gen. Alch q. in Gē. S. T. p. p. q. 114. ar. 2. corp. & 3. p. q. 10. a. 2. ad 1

3 *Adſum,*] Hebraice eſt *Hinneni*, id eſt, ecce ego: ſic Chaldæus, & Septuaginta. ſed idem eſt ſenſus, quo animi promptitudo inſinuatur. הנני

4 *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac.*] Primo retulit beneficia ſibi collata vt refert Ioſephus, quæ textus non expreſſit, deinde prædicta verba ſubintelligit, quæ Origenes acute ſingula expendens oſtendit dicta, quibus Abrahæ amplius viſcera commoueret, eiuſque conſtantia appareret. Porro, Iſaac, vt Ioſephus deſcribit, mitis, omniq. pietati, & religioni ſtudens amabilē ſe parentibus exhibebat; eratq. tunc non quindecim, aut triginta quinque annorum, vt aliqui falſo Ioſepho imponunt, cum aperte dicat fuiſſe viginti quinquē annorum, nec tot capita liber primus antiquitatum habet, ſicut aliqui citant; puerum tamen aliquando etiam in illa, & maiori ætate in

Ioſeph. 1. anti. cap. 12. Orig. ho. 8. in Gen. Ioſeph. 1. anti. cap. 12.

Scri-

Scriptura vocari videre licet. Exod. 33. de Ioſue. 2.Reg.1. & 2. de fortiſſimis pueris Dauid. Eſter 1. de conuiuio pueris fortiſſimis facto. Ioann. 21. Vbi Apoſtolis dicitur: Pueri numquid pulmentarium habetis. & Actor. 4. Conuenerunt aduerſus puerum Ieſum. Iam iuxta Hebræum eſt נא, ideſt, eia ſignum vrgentioris mandati, & pro vnigenito eſt, vnicum tuum: & ſic Chaldæus paraphraſtes. Iam enim Iſmaele dimiſſo vnicus ac dilectionis filius erat Iſaac.

נא

5 *Et vade in terram viſionis.*] Iuxta Hebræum eſt: vade tibi, & licet Idiotiſmus linguæ ſit, nonnihil tamen feſtinantiæ ad opus grande innuit. Rurſum in Hebræo eſt in terram *Moria*, & à verbo *Raab* dicta eſt terra viſionis, & ſic etiam tranſtulit Symmachus teſte Hieronymo, quaſi dicat: in qua tibi antea apparui. & quod non ſolum Abrahæ, ſed & multis patribus & prophetis (qui videntes dicebantur) apparuerit Deus, & poſt hæc Baruch. 4. viſus eſt in humanitate aſſumpta, & cum hominibus conuerſatus eſt: & inter doctiores Hebræos compertum eſt, hoc eodem loco & Abelem & Cain Domino litaſſe, & Noe. Porro iuxta varium nominis *Moria*, etymon multis de cauſis dicta ſic eſt terra illa; nam à *mor*, quod eſt myrrha ſic dicta eſt, quod myrrha, & cinnamomo, & aloe abundaret, iuxta illud Canticorum 4. Vadam ad montem mirrhæ. Vt vero dicitur à *Iara*, quod eſt timere, dicta eſt, iuxta Hieronymum, quod ibi templum Salomonis erectum fuerit. 2.Reg.3. & 1.Paral. 21. & 2.Paral.3. In loco, quem Ornam Iebus deſignauit, vbi Dauid angelum percutientem viderat, & facto ibi ſacrificio ceſſauit peſtilentia, vnde iuxta tranſlationem Chaldaicam dicta eſt terra latriæ, quod ibi in timore filiali Deus vt in ſpeciali loco coleretur. Vt autem Moria dicitur à *Iarah*, quod eſt etiam docere, dicta eſt, quod inde legis doctrina, vt Deuter. 5. dicitur: ad alias partes manaret, & ibi oraculum, & lex, & Spiritus Sanctus, qui omnem veritatem docet; ſic Hieronymus aduertit, & maxime crucis Chriſti ſapientia, quæ ſalutis cauſa eſt, iuxta illud Iſai. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Iam vero, vt dicitur à verbo *Raab*, non ſolum ob prædictas cauſas dicitur terra viſionis, ſed quod cum nimis excelſa ſit, & viſibilis eſt à longe, & à culmine illorum montium viſus poteſt, quæ longe diſtant, videre; & Septuaginta excelſam vertunt. quo loco maxime obſeruandum eſt, non ſolum montem illum, in quo ædificatum eſt templum, dictum fuiſſe *Moria*, ſed & omnes montes & colles, qui in circuitu ſunt Hieruſalem, *Moria* dictos eſſe ob prædictas cauſas.

מריה ראה Hier. q. hebr. in Gen. מריה מור ירה Idem ibid. ירה Idem ibid. ראה מריה מריה

6 *Atque ibi offeres in holocauſtum.*] Holocauſtum ſacrificium erat, quod totum in honorem Dei incedebatur, ita vt nihil eius remaneret præter cineres, & in Hebræo eſt *Ghala*, quod ad verbum aſcenſionem ſignificat, à verbo *Ghala*, quod eſt aſcendere; in odorem quippe ſuauitatis accendebatur, & fumus aſcendebat.

עלה עלה

7 *Super vnum montium quem monſtrauero tibi.*] Nouerat bene Abraham terram viſionis, ſed non locum determinatum, quem diuinitus cognouit, vbi filium ſacrificaret. Hebræi dicunt nouiſſe, columna ignis ibi apparente. Porro, vnum montium, cum tota eſſet montuoſa, ideſt, in vnam partem montis. hanc ferunt Hebræi, vt auctor eſt Hieronymus, fuiſſe, vbi Chriſtus crucifixus eſt, & ita erat ea pars, quæ mons Caluariæ dicta eſt, quam ſententiam refert etiam Auguſtinus.

Hier. in c. 16. Marci. Aug. to. 10. ſer. 71. de tempore

9 *Igitur Abraham de nocte conſurgens.*] Primo diluculo, *entre dos luzes*, intelligendum eſt, ita vt & nox & dies dici poſſit. etenim verbum *Sacham* mane ſurgere, & dictio *Boker* mane, ſeu diluculum ſignificat, quaſi dicat ſurrexit mane mane, ideſt, ſummo mane.

שכם בקר

10 *Cumque concidiſſet ligna in holocauſtum.*] Non tunc ex arboribus, ſed ſicca ligna ſic in fruſta diuidens, vt debite lignorum poſtea ſtrenuem componeret, & quod nocte ſurrexit, in quo eius prompta obedientia oſtenditur.

11 *Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul*] à Geraris, vbi tunc habitabat, vt Hieronymus teſtatur, trium fere dierum itinere illuc peruenit. nam à conualle Mambre, vnde alij dicunt profectum, vix vnius diei iter eſt. Poſitus ergo in planitie, vidit locum procul, quem Deus illi indicauit. Porro, trium dierum itinere voluit Deus ſacrificium offerri, vt plene Abraham de ſe deliberare poſſet, & ſic eius conſtantia, vt Alchuinus aduertit appareret.

Hier. q. hebr. in Gen. Alch. q. in G.

12 *Ego autem & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.*] Sanctus Thomas, iuxta Ambroſium, excuſat Abraham à mendacio, quod figuratiue locutus ſit, & à Spiritu Sancto prophetauit, neſciens quid diceret, vnde & improprie: ſed facilius dici poſſet more humano (ſicut Eliſæus. 4. Reg. 6. cum militibus Regis Syriæ dixit: Non eſt ciuitas hæc quam quæritis) per amphibologiam locutum fuiſſe, ſubintelligendo: niſi Deus aliter diſpoſuerit, vel quid ſimile. Porro, adorare hic, pro venerari, ſeu colere Deum aliquo ſacrificio, ſumitur.

S. Tho. 2.2.q. 111. a. 1. ad Amb. lib. de Abraham c.

13 *Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum.*] Hæc veroſimile eſt cedri, aut alterius pretioſæ arboris fuiſſe, quæ tunc erant in vſu, vt Homerus, & Plinius referunt, maxime ad holocauſtum dilecti filij, quibus poſtea alia immiſceret de ijs, quæ eſſent in monte. Porro, impoſuit ligna ſuper Iſaac, qui iam viginti quinque annorum erat, in hoc præſeferens Chriſtum Dominũ, qui crucem ſibi baiulauit; non quod crucem & Iſaac ſuper ſe portauerit, vt quidam ex Auguſtino referunt, cum ipſe tantum dicat crucis meruiſſe ſigna portare, ideſt ligna, quæ crucem Chriſti ſignabant, ſicut ipſe alibi expreſſit.

Homerus. Plin. li. 13. c. Aug. to. 1. ſer. 21. de tempore. Aug. to. 5. 1. de ci. Dei c. 3

14 *Vbi eſt victima holocauſti.*] Iuxta Hebræum hic, & infra, cum dicitur: Dominus prouidebit ſibi victimam, ſermo eſt de victima agni, forſan quod ſolitus eſſet Abraham agnum præ cæteris animantibus incendere.

15 *Dominus prouidebit.*] Etiam hoc loco neſciens prophetauit: Ioſephus vero refert addidiſſe: Qui, & quæ noſtra ſunt, auferre poteſt, ſicut & dona concedere. Porro iuxta Hebræum eſt: Dominus videbit ſibi: & ita Septuaginta, quod ſubintelligi poteſt: & prouidebit, & videbit ſibi.

Ioſeph. antiq. c. 12.

16 *Cumq. alligaſſet Iſaac filium ſuum*] Patrum communis conſenſus eſt, Abraham prius mandatum Dei retuliſſe, eumq. grato animo votis patris & mandato Dei annuiſſe; & ſicut Abraham certus fuit de diuina reuelatione, ita hic Iſaac diuinitus interius certus fuit, vere à Deo patri ſic dictum fuiſſe. quare non inuitum, aut reluctantem alligauit, vt ſatis abſque ratione quidam putant, ſed magis ne inuoluntarij, & naturales membrorum motus, tempore iugulationis inſurgentes, ordinatum compoſitumq. ſitum victimæ confunderent, in nonnullam ſacrificij indecentiam; qua etiam de cauſa, & animalia ſacrificanda ligari conſueuerant.

17 *Extenditq. manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum*] Cum Deus vniuerſorum dominus ſit, ſicut qui ad alienam ex eius mandato accedit, vel alterius quæ erant bona aſportat, ſicut fecerunt filij Iſrael in exitu ab Ægypto, nec mœchatur, nec furtum committit; ita & qui hominem occidit, homicida non eſt, licet enim ratio iuſtitiæ, quam Dei præcepta continent, conſtans ac inuariabilis in ſe ſit, in applicatione tamẽ ad aliquod particulare, deficere eius rationem contingit, ex hoc, quod ex mandato Dei, vel ex alia aliqua cauſa tollitur ratio indebiti, quæ illi rectitudini aduerſatur; hæc enim & ſimilia, licet contra communem rationis ordinem videantur, non tamen ſunt contra rationem, ſicut & quæ miraculo fiunt, licet videantur contra naturæ curſum, non ſunt contra, ſed ſupra naturam. Porro ex Patrum ſententia, iuxta Paulum ad Hebr. 11. Abraham fidem promiſſionum Dei animo retinuit, ſciens quod ex mortuis potens erat Deus ſuſcitare eum, in quo omnia illa complerentur.

S. Tho. 12. q. 94. a. 5. ad 2. & q. 100. a. 8. ad 3. & 22. q. 104. ad 2. & q. 154. ar. 2. ad 2.

Aug. 3. conf. c. 8. to. 1.

Aug. 10. 5. 16. de ci. Dei c. 32

---

e f — *i. deſuper.* i K — *geminatio eiuſdem nominis emphaſim habet:*

a b c d e f g h i k l m n

Et ecce angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: Adſum.

---

d e — *i. non percutias.* h — *i. filium.* K — *i. percutias.* m — *i. vel leuiter* n o — *i. cognoſcere feci in hoc facto.*

a b c d e f g h i k l m n o

Dixitq. ei: Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui

quod times Deum, & non pepercisti vnigenito tuo propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos,

---

b c — *ſ. ſuum, quæ eſtauit à ſus ſpaldas.* d — *iuxta Hebræum, qui iam vnius eſſet anni expleti: fortem ſ. arietem.*

a b c d e g h i k l m

viditq. poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit

---

m a b c — *ideò feſtum Tubarum prima Septembris, & cornu clangunt Iudæi.* b c — *i. loco filij.* h i — *videt, & videre fecit, iuxta Hebr.*

a b c d e f g h i K l m

holocauſtum pro filio. Appellauitq. nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie

---

a — *ſ. in prouerbio.* b c d e — *apud Hebræos, cum à Deo mercedem operis expectabant, vel cum à calamitate erui optabant.* e — *i. prouidebit. iuxta Hebr. videbitur. i. apparebit ſ. Chriſtus.* m n — *i. deſuper.*

a b c d e f g h i k m n

dicitur in monte, Dominus videbit. Vocauitq. angelus Domini Abraham ſecundo de cælo,

---

b c d — *i. per Deum, quia non eſt maior.*

a b c d e f g h i k l m n

dicens: per memetipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non peperciſti

---

f — *i. benefaciam.* i — *numero.* K — *i. prolem.*

a b c d e f g h i k l m n

filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas

---

n a b c d — *per hyperbolen dictum, ita vt vix numerari poſſit.* l m — *i. filij tui.* o — *i. ciuitates, vel propugnacula, quæ in portis vrbium eſſe ſolent.*

a b c d e f g h i k l n o

coeli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas

inimico-

a b d f. g h i K m n o

vt videre eſt in libro Ioſue in regibus victis, in diuerſis vrbibus à filijs Iſrael bello ſuperatis. — *per redemptionem:* — *.ſ. Chriſto filio tuo ſiue per Chriſtum.* — *pro generibus ſingulorum non pro ſingulis generum.* — *.ſ. mandatis meis.*

a b c d e f g h i K l m n o

inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ.

---

e g h

.i. famulos. — *.i. reuerſi ſunt.* — *vnde profecti fuerant.*

a b c d e f g h i k l m n o

Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abieruntq. Berſabee ſimul, & habitauit ibi. His ita

---

d f l m

qui ſollicitus iam erat de vxore pro Iſaac. — *in Hebræo Milcha.* — *.i. Abrahæ.*

a b c d e f g h i k l m

geſtis, nunciatum eſt Abrahæ, quod Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fratri ſuo,

---

a d h i K m o

qui inſtituit Traconitidem, & à quo Iob, iuxta Hieronymum. — *à quo Eliu buzites, qui & Balaham, iuxta Hieronymum.* — *in Hebræo Cemuel,* — *per prolepſim quia multo poſt.* — *in Hebræo, Cheſed, à quo Cheſedei, qui & Chaldæi iuxta Hieronymum.* — *in Hebræo Chazo,*

a b c d e f g h i K l m n o

Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & Caſed, & Azau,

---

a d K o

in Hebræo Pildas. — *in Hebræo Idlaph.* — *in Hebræo Rilca vxor Iſaac.* — *in Hebræo Milcha.*

a b c d e f g h i k l m n o

Pheldas quoque & Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca: octo iſtos genuit Melcha.

---

d h m

id eſt, ancilla ſine contractu, ſiue ſcriptura ſponſalium, ſed vere vxor. — *in Hebræo, Reuma,* — *in Hebræo, Gachan.*

a b c d e f g h i k l m

Nachor fratri Abrahæ. Concubina vero illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gabam,

---

b

in Hebræo Tachas.

a b c d

& Tabas & Maacha.

S C H O L I A.

Aug. q. 59 in Gen. to. 4. Alch. q. in Gen.

18 *Et ecce angelus Domini de cælo clamauit.*] Auguſtinus & Alchuinus, quamuis probabilius putent angelum verum fuiſſe, ex eo quod in iuramento addiderit, dicit Dominus Deus, ſub dubio tamen relinquunt, an fuerit verbum diuinum. nam & idem Auguſtinus alibi filium Dei quandoq. apparuiſſe cenſet, angelumq. dictum, non natura ſed officio; ſicq. intelligi debet Origenes, cum affirmans iſtum angelum fuiſſe filium Dei, habitu, inquit, inter angelos inuentus eſt vt angelus, ſicut inter homines habitu vt homo; in quo noluit dicere, naturam angelicam aſſumpſiſſe, ſicut humanam, ſed tantum quaſi angeli habitum & officium gerentem aliquando hominibus apparuiſſe. Porro de cælo, ideſt, de ſuperioribus. viſa eſt enim Abrahæ vox hæc quaſi de ſuperioribus delapſa.

Aug. tom. 4. tract. Ego ſum qui ſum. Orig. ho. 8. in Gen.

19 *Non extendas manum ſuper puerum.*] Extendere manum hic pro percutere ſumitur, quod eleuatione & depreſſione manus percuſſio fieri deberet. quod nos diceremus *no pongas la mano en el mochacho*, ideſt, *no le hieras*. Porro, puer pro filio ſumitur idiotiſmo Hebraico, ſicut & ſæpe alibi. Iam, quod ſubditur: Neque facias illi quidquam, maior explicatio eſt præcedentium verborum, quaſi dicat: nec leui ictu illum percutias: & Ioſephus refert, Deum Abrahæ etiam dixiſſe, ſe noluiſſe Iſaac necem, quem ipſi dono dederat, ſed mentem probare, ſi auderet talia iuſſus.

Ioſeph. 1. ant. cap. 12.

20 *Nunc cognoui quod timeas Dominum.*] Hæc cognitio reſpectu Dei metaphorica eſt, quia, ſcilicet, ad modum cognoſcentis denuo fidem & conſtantiam Abrahæ ſe habuit Deus, cum ſtatim & expreſſius iam promiſſa confirmat, & alia addidit, iureiurando ad illa ſe propter tale factum aſtringens. ex parte vero hominum experimentalis fuit. cognoui, ideſt, manifeſtaui te, & cognoſcere feci homines experientia, quomodo me timeas, & vtraque expoſitio eſt ſecundum litteram, & in verbis illis continetur. ſecunda tamen cõmunior eſt apud Patres Auguſtinum, Alchuinum, & S. Thomam, & S. Gregorium: Hilarius in Pſal. de cognitione approbationis interpretatur. Adde ex S. Thom. 12. q. 112. ar. 5. experimentaliter, in tanto opere, agnouiſſe Abraham ſe eſſe in timore Dei filiali ſiue in gratia. cognoui itaque, ideſt, te cognoſcere feci quod timeas Dominum.

Aug. to. 3. ... ſer. ſ. Scrip. 14. & to. 4. 57. in Gen. ... to. 5. 16. de ... Dei c. 32. Alch. q. in Gen. S. Tho. p. p. 114. a. 2. cor. & 3. p. q. 10. 2. ad 1. Greg. 21. li. mor.

21 *Viditque poſt tergum arietem inter vepres*

איל

hærentem cornibus,] *Ayl*, iuxta Hebræos arietem ſignificat, qui iam annum tranſierit. nam dictio à fortitudine ortum habet, & ſignificat fortem arietem. hunc, oculos vertens, vidit poſt tergum. *quæ eſtaua à ſus eſpaldas.* quem non à principio orbis Deus condens ibi reſeruarat, vt Iudæi fingunt, ſed miniſterio angelorum aliunde eo adduci fecit, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt: ſicque intelligendum eſt, quod in miſſa Æthiopum, quæ & canon vniuerſalis dicitur: Pro vice & ſaluatione Iſaac, agnum deſcendere feciſti. Porro *Sabach* complecti, & implicari ſignificat à quo *Sabech*, ideſt vepres, ſeu ramus condenſus vel irretitus, & quandoque ponitur pro ſilua ſiue ſaltu; & Vulgatus vertit hærentem ſiue complicatum. quare ſanctus Hieronymus rem ridiculam dixiſſe refert Euſebium Emiſſenum interpretantem *Sabek*, hircum, qui rectis cornibus, & ad carpendas arboris frondes ſublimis attollitur; cui occaſionem dederunt Septuaginta interpretes, quos ſecutus eſt, relinquentes vocem *Sabek*, quæ perplexionem importat in tranſlatione, quaſi nomen aliquod animalis vel loci. forſan etiam inductus fuit Euſebius vocis ſimilitudine, quod apud Syros ferunt ſignificare hircum. Iam, vepres genus eſt rubi ſeu ſpinarum, & iuxta Iſidorum maiores noſtri, omnem arborem ſpinoſam veprem dicebant.

Aug. to. 3. de mir. ſ. Scrip. c. 14.
Alb. q. in Gen.
סבך
סבך
Hier. q. hebr. in Gen.
סבך
סבך
Euſebius.

22 *Quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio.*] Prima menſis Septembris oblatum hoc ſacrificium referunt Iudæi; & pro liberatione Iſaac, & arietis immolatione, tubarum feſtum celebrant in principio ſeptimi menſis, ideſt Septembris, & pecorum cornibus clangunt, vt magiſter hiſtoriarum refert.

Magiſter hiſt. c. 58.

23 *Appellauitq. nomen loci illius Dominus videt.*] Verbum videt hoc loco, & videre & videri facere, importat, vt Auguſtinus, & Albinus affirmant; vnde iuxta multa, quæ ibi Dominus, & vidit, & videre fecit prophetice, impoſitum hoc nomen ad litteram reſpectu omnium illorum vocatum eſt nomen loci, Dominus videt. Vidit enim obedientiam & fidem Abrahæ, & videri fecit; vidit afflictionem eius & miſertus eſt, nam & miſereri in Scripturis Hebraico ſchemate; ſæpe per videre Dei deſcribitur. Vidit tertio, ideſt, præuidit locum, in quo fieret templum & oraculum, ſic explicat ſanctus Thomas. Quarto vidit, ideſt, prouidit victimam, idiotiſmo Hebræo, iuxta id quod prophetice antea Abraham dixerat: Dominus prouidebit. Rurſum videri fecit & Abrahæ fidem, & filium Dei in carne. vnde & poſt immolationem arietis, in quo perfecta eſt figura, (nam & effuſus eſt ſanguis, & pro redemptione alicuius, nempe Iſaac) impoſitum eſt hoc nomen, & videre fecit Abraham myſteria Chriſti hic præfigurata, iuxta illud Ioannis: Abraham deſiderauit videre diem meum, ideſt, *mi proſpero eſtado y ſucceſſo*, vidit, & gauiſus eſt. Nec tibi hæc & ſimilia libere dicta videantur, quia ad mentem patrum ſunt, non ſecundum allegoriam ſolam, ſed ſecundum litteram.

Aug. to. 5. 16. de ci. Dei c. 32
Alb. q. in Gen.
S. T. 2. 2. q. 102. ar. 4. ad 2.

24 *Vſque hodie dicitur in monte Dominus videbitur.*] In monte, ſubaudiendum eſt, cui nomen eſt, Dominus videbitur. Iam iuxta peritos *Iree* videre diuinum importat, vſque hodie igitur dicitur, ideſt, in prouerbium verſum eſt, vel cum quis mercedem facti à Deo expectabat, vel ab aliquo periculo liberari optabat, vt Hieronymus, & Albinus referunt ex Hebræis, dicebant: In monte Dominus videbitur, quaſi dicerent: ſicut Dominus vidit ad præmium factum Abrahæ, ita & hoc; vel, ſicut Deus Iſaac liberauit, videns patris afflictionem, ita & me Deus liberet; & nos Hiſpani vtimur quoque hoc prouerbio, ſed truncate, Deus videbitur, *Dios ſe vera*, quaſi dicamus, Dominus exeret, & oſtendet vim ſuam. Porro ſunt qui hoc referant ad Chriſtum, quem pater viſurus erat hominem factum & crucifixum eo in loco, vt ſit quaſi prophetia, ita vt primo indiderit nomen illi loco Abraham, Dominus videt, ſiue prouidebit, poſtea mutatum ſit, Dominus videbit, ideſt, filium, cum apparuerit, & ceſſerit nomen vmbræ veritatis appellationi.

יראה
Hier. q. hebr. in Gen.
Alb. q. in Gen.

25 *Quia feciſti rem hanc.*] Iuxta Hebræum ſunt tres dictiones conſequenter poſitæ, quæ quaſi idem ſignificant, ſcilicet, quia feciſti quæ ſunt, quaſi exaggerando nobile factum. Porro dicitur, quia licet Abrahæ iam à Deo promiſſa fuiſſet ſeminis multiplicatio; hoc tamen facto illam meruit, ſicut Iſaac oratione ſua prolem promeruit, licet iam illa promiſſa fuiſſet, & Deus licet electos prædeſtinet, vult tamen vt per merita vitam conſequantur.

26 *Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in litore maris.*] Benedicam tibi, ideſt, tibi benefaciam. multiplicabo autem ſemen, ideſt, prolem tuam. quod vero additur: ſicut ſtellas, & ſicut arenam, per hyperbolen dictum eſt, ideſt, ſic vt præ multitudine numerari non poſſit. Eſtque idiotiſmus Hebræis perfamiliaris, cum rei alicuius numeroſitatem & multitudinem oſtendere volunt, arenæ adſimilant comparantque.

27 *Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.*] Ex eo quod in portis maior ciuitatis potentia, & fortiora defenſiua eſſe conſueuerant, hic iuxta Hebraiſmum, ſemen poſſidere portas inimicorum eſt, eius filios debellare & vincere eorum potentiam, tum & vrbes illorum poſſidere, quod capta porta facile vrbes ab inimicis expugnentur; vnde & ſchemate Hebræo & portæ pro ciuitatibus ponuntur, & Chaldæus, & Septuaginta, ciuitates legunt. Portas igitur, ideſt, ciuitates eorum poſſidebunt: quod ex parte adimpletum fuit tempore Ioſuæ, quando vnum & triginta Reges debellauit, & terram & ciuitates eorum diuiſit poſſidendas filijs Iſrael: vnde Ioſephus hanc promiſſionem referens dicit: Chananæamq. terram armis eris poſſeſſurus.

Ioſeph. l. Anti. c. 12.

28 *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ,*] Hebræi dictum putant, quod omnes benedicant dicendo, ponat Dominus ſemen tuum ſicut ſemen Abrahæ, quod colligunt ex illo Geneſ. 48. vbi Iacob dixit Ioſeph filio: In te benedicat ſe Iſrael, dicendo: ponat te Deus ſicut Ephraim & Manaſſe; qui textus, inquiunt, explicat ſimiles locutiones: ſed melius ad mentem Pauli dico verbum Hebræum, quod hoc loco ponitur, & Pſ. 71. cum dicitur: Et benedicentur in ipſo omnes tribus

terræ

terræ, & Iſai. 45. cum de Chriſto dicitur, in quo qui benedictus eſt ſuper terram,benedicetur in Domino, Amen, importare eum, qui benedicit, eſſe cauſam principalem illius benedictionis. Rurſum dictio illa, in, hoc loco importat cauſam in ſemine, ideſt, per ſemen; ideſt, filium, ſicut cum dicitur ad Epheſios 1. benedixit nos in omni benedictione in Chriſto, ideſt, per Chriſtum. hinc Paulus ad Galat. 3. locum iſtum citat, ad probandum à Chriſto benedicendas eſſe omnes gentes, & de illo intelligendam eſſe hanc promiſſionem. per benedictionem autem hanc, redemptionem intelligo, in qua quantum ad ſufficientiam omnes benedicti cenſentur, cum pro omnibus facta fuerit, & ſufficiat; quantum vero ad efficaciam,non pro ſingulis regionum & gentium, ſed pro generibus ſingulorum; quia ab Adam vſque ad finem mundi,ex omnibus gētibus & nationibus ſalui facti ſunt,& quotquot ſalui facti ſunt, in fide mortis eius ſalutem & benedictionem ſunt conſecuti: cuius benedictionis portiones ſunt ſacramenta, quæ ex morte eius manarunt, & media,quæ ad ſalutem nobis promeruit; ſic ex patrum varijs dictis hanc interpretationem congeſſi.

Theodulius Cœleſyriæ preſbyter in cap. 3. ad Rom.

29 *Reuerſusq; eſt Abraham ad pueros ſuos.*] Poſt prædictam promiſſionem, iuxta Ioſephum, Iſaac diutius victurum etiam promiſit, mutuoq; ſunt amplexati pater & filius præ gaudij magnitudine, quo facto, ad pueros ſuos, ideſt, famulos reuerſi ſunt.

Ioſeph. 1 ant. cap. 12.

30 *Hus primogenitum.*]Hus à quo iuxta Hieronymum, & Albinum, Iob: vnde errant qui ab Eſau deſcendiſſe putant; licet quartus ab Eſau dictus inueniatur in fine libri,ſed non eſt in Hebræo verbum illud, forſan quod ex Syro ſermone tranſlatus ſit. Hactenus S. Hieronymus. ſed de re hac infra ca. 36. §. 28. hunc Ioſephus dicit inſtituiſſe Traconitidem & Damaſcum, ſed Hieronymus Camuelem dicit patrem Damaſci.

Hier. q. hebr. in Gen.
Alb. q in Gen.
Ioſeph. 1. anti. c. 14.
Hier. q hebr. in Gen.

31 *Et Buz fratrem eius.*] Septuaginta Bauz, ex huius genere eſt Balaam ille diuinus, qui in libro Iob dicitur Eliu,filius Barachiel Buzites, ideſt, de Buz radice deſcendens, primum vir ſanctus & prophetes Dei, poſtea per inobedientiam,& munerum deſiderium, dum Iſrael maledicere cupit,diuini vocabulo nuncupatur.

32 *Et Camuel patrem Syrorum.*] In Hebræo *Cemuel* iuxta Hieronymum pater Damaſci, ipſa enim vocatur Aram, & ita in Hebræo, & Vulgatus optime tranſtulit Syriam. nam ſermo eſt de Aram Soba, non de illa,quæ eſt inter Euphratem & Tygrim & ipſo nomine legitur Iſai. 13. & Damaſcus metropolis eſt Syriæ, & ſicut Syria dici ſolet Aram, ita & Aſſyria, quæ alia eſt à Syria, Hebraice appellatur *Aſſur*, à primo incola Aſſyriæ; licet apud Græcos & Latinos quandoque Syria pro Aſſyria ſumatur; vnde Cicero Sardanapalum Syriæ Regem dicit, cum certe Aſſyriæ fuerit. Porro per prolepſim pater Syrorum dictus eſt, vt Auguſtinus aduertit, nam Syri poſt multa tempora fuerunt.

קמואל *Hier. q. hebr. in Gen.*
אשור
Aug. q. 60. in Gen. 10. 4.

33 *Et Caſed.*] In Hebræo *Cheſed*, à quo iuxta Hieronymum *Chaſdim*, ideſt, Chaldæi, poſtea vocati ſunt. Porro, Azau in Hebræo *Chazo*, Pheldas in Hebræo *Pildas*, Iedlaph, in Hebræo vero ſcribitur *Idlaph*.

כשד *Hier. q. hebr. in Gen.*
חזו
פלדש
ידלף

34 *De qua nata eſt Rebecca.*] In Hebræo *Ribca* quæ fuit vxor Iſaac, propter quam,vt Albinus aduertit, genealogia filiorum Nachor appoſita hic eſt. cogitabat enim Abraham de vxore pro filio ſuo Iſaac, & tunc nuntiatum eſt de filijs Nachor, qui in textu referuntur.

רבקה

35 *Concubina vero illius.*] Teſte R. Dauid concubina eſt ancilla iuncta viro abſque Scriptura ſeu contractu ſponſalium, ſed vera vxor quandoq; in Scriptura, vt dictum eſt de Agar, & de Chetura cap. 25. videbimus. Porro Roma in Hebræo *Reuma* ita & Græce *Gaham*, in Hebræo *Gacham*, Thaas in Hebræo *Thachas*; variæ enim quandoque nominum ſunt pronuntiationes apud Hebræos & Latinos.

ῥεῦμα
ראומה
גחם
תחש

CAPVT XXIII.

l m n o
in Hebræo Cariath Arbee. i. ciuitates quatuor, ſiue quatri vrbs. .i. ipſamet.
a b c d e f g h i k l m n o p
Vixit autem Sara centum viginti ſeptem annis. Et mortua eſt in ciuitate Arbee, quæ eſt

c g k
ſic dicta à filio Caleb. Iudic. 1. .i. cœpit plangere. cum eiulatu, & vocibus, ſicut moris erat.
a b c d e f g h i k l m
Hebron, in terra Chanaan: venitq; Abraham vt plangeret, & fleret eam. Cumque

b c d i m n o p
.i. erexiſſet ſe, completo officio. .i. vſitata ceremonia. .i. exequiarum mortuorio. qui Chetai ſupra cap. 15. iuxta vim vocis Hebraicæ innuitur multo tempore commoratum.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, dicens: aduena ſum & peregrinus apud

d e K
.i. licentiam, iuxta Hebræum, hæreditatem ſeu poſſeſſionem. .i. mortuam vxorem, ſiue funus.
a b c d e f g h i k l m n
vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum. Reſponderunt filij Heth,

.i. inter primiores vrbis, & religioſus es habitus, ſiue princeps magnus. .i. in honorationibus, & melioribus, & ſelectis.

dicentes: Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos, in electis ſepulchris noſtris ſepeli

.i. mortuam vxorem ſiue cadauer vxoris. .i. nullus prohibebit. .i. cadauer vxoris.

mortuum tuum: nullusq. te probibere poterit, quin in monumento eius ſepelias mortuum tuum.

.i gratias egit externa corporis ſolita caeremonia, & reuerentia.

Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios videlicet Heth: dixitq; ad eos:

H. breiſmus .i. vobis. .i. cadauer vxoris. .i. acquieſcite verbis meis. vt mediatores. ſed me buenos con Ephron.

ſi placet animæ veſtræ, vt ſepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud

.i. vendat. quia licet dua, vnum tantum habebant communem introitum.

Ephron filium Seor: vt det mihi ſpeluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri ſui:

.i. iuſto pretio. por lo que fuere iuſto. .i. vendat. .i. vt in ſepulchrum poſſideam illam.

pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulchri. Habitabat autem Ephron

.i. inter Hethæos. qui & Chetai ſupra cap. 15. .i. voce clara, vt audiri poſſet ab omnibus.

in medio filiorum Heth. Reſponditq. Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur

portam ciuitatis illius, dicens: Nequaquam ita fiet, domine mi, ſed tu magis auſculta quod

.i. dono. .i. coram omnibus iſtis teſtibus.

loquor: Agrum trado tibi, & ſpeluncam, quæ in eo eſt, præſentibus filijs populi mei, ſepeli

.i. gratias egit externa corporis ſolita caeremonia. .i. publice externa caeremonia coram omnibus.

mortuum tuum. Adorauit Abraham coram populo terræ. Et locutus eſt ad Ephron

.i. populo.

circumſtante plebe: Quæſo, vt audias me: Dabo pecuniam pro agro: ſuſcipe eam, & ſic

.i cadauer vxoris.

ſepeliam mortuum meum in eo. Reſponditq; Ephron: Domine mi, audi me: Terra, quam

ſ. vſualibus. .i. ratione amicitiæ, & quod te virum ſanctum nouerim. .i. parui momenti. para reparar en ello, vel tam vili vendo propter te.

poſtulas, quadringentis ſiclis argenti valet: iſtud eſt pretium inter me & te: ſed quantum eſt hoc?

ſepeli

a *q. d. no turbis de pretio interualla.* h *.i. soluis.*

ſepeli mortuum tuum. Quod cum audiſſet Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron

a *.i. dixerat eſſe pretium agri.* b c d *cum infideles noſſet, ideo omnia coram teſtibus portractabat.* f *vſuales .ſ.* h *.i. non attonſa, nec diminuta in pondere.* k *.i. qua communiter, & publice datur, & accipitur pro mercimonijs.*

poſtulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ.

a *.i. obtinuit, vt proprium.* d *.i. qui quondam fuit.* i k *.i. dua ſpelunca; licet vnum haberent ingreſſum.* l *.i. è regione, ſiue in proſpectu.*

Confirmatusq. eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpelunca duplex, reſpiciens

a *.i. loci ſic à Mambre amico Abrahæ dicto:*

Mambre, tam ipſe, quam ſpelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum,

h i k *.i. non ſolum, qui iam adfuerant à principio, ſed & qui denuo intrabant ciuitatis portas.*

Abrahæ in poſſeſſionem videntibus filijs Het, & cunctis qui intrabant portam illius.

e *.i. cadauer Sara.*

Atque ita ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat

h i *.i. publica auctoritate obtinuit, vt proprium.*

Mambre, hæc eſt Hebron in terra Chanaan, & confirmatus eſt ager, & antrum, quod erat

e f *.i. cum licentia, & poteſtate faciendi propriam ſepulturam.*

in eo, Abrahæ, in poſſeſſionem monumenti à filijs Heth.

S C H O L I A.

Hier. epiſt. ad Euſtochiũ, & to. 3. q. hebr. in Gen. & de locis hebra. ver. Hebron.

1 IN *ciuitate Arbee, quæ eſt Hebron.*] Migrauerat quippe Abraham à Berſabee in Cariath Arbee. Iam Hebron metropolis Philiſtinorum in vmbilico ſortis Iudææ, ſic dicta à filio Caleph, vt Ioſue. 14. habetur, in monticulo locata, quam cum olim filij Iſrael, cum in Ægyptum proficiſcerentur, reliquiſſent, gigantum filiorum Enach facta eſt habitatio. vnde Enachim iuxta Hieronymum eius habitatores dicti ſunt. hæc autem dicta eſt Cariath Arbee, non Arboch, quod nihil ſignificat, ſed *Arbee*, ideſt, quatuor, *Cariath*, ideſt, ciuitas. ſic dictam refert Hieronymus à quatuor patriarchis, qui ibi ſepulti ſunt; Adam cum Eua, Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Lya. quamuis Hieronymus ad Euſtochium ſcribens videatur ſentire, non tam Adam, quam Caleb, cuius oſſa adhuc ſuo tempore videbantur. ex Hebræis multi ſic dictam putant propter Enach, & tres eius filios, de quibus Ioſue. 15. & Iudicum 1. Qui & dominati, & ſepulti ibidem fuerunt; ſed omnibus penſatis puto ſic dictam Chariath Arbee, ideſt, quatriurbem; ideoq; patrem Enach dictum Arba, non proprio nomine, ſed quod princeps eſſet quatriurbis. ſicut apud nos dicitur quilibet, qui eſt de numero viginti quatuor, Hiſpalis *veynte y quatro de Seuilla*. filij vero tres, qui filij Enac dicuntur. Iudic. 1. & Ioſue. 15. non immediate, ſed quod ex eius ſtirpe fuerint, vt etiam in textu dicitur, & quia Gigantes, & quaſi ex regia ſtirpe occiſi nominatim ſcriptura eorum meminit, ſed hæc proprijs locis exactius dilucidabuntur.

ארבע
קרית
Hier. q. hebr. in Gen.

Hier. ad Euſtochium.

2 *Venitq; Abraham vt plangeret & fleret eam.*] Non quod abſente Abrahamo mortua fuerit Sara, & venerit ad planctum; ſed venit, ideſt, cœpit lugere, idiotiſmo Hebraico. vt Eſaiæ. 2.

venite aſcendamus, ideſt, eia; & alibi ſæpe incitantis, & accingentis ſe ad aliquid ſignum eſſe ſolet: ſicq; antiquitus celebrari funus erat in more, magno, ſcilicet, eiulatu & vocibus, quod vox *Saphad* importat, ideſt, plangeret, & lachrymis, quod *Bacha*, ideſt, flere ſignificat.

כפד
בכה

3 *Cumq; ſurrexiſſet ab officio funeris.*] Surrexiſſet, ideſt, erexiſſet ſe. ſolebant enim plangentes quaſi ſuper cadauera ſe iactare. peracto itaque officio funeris, ideſt, ceremonijs, quæ in vſu tunc erant in funere, *en las exequias, y mortuorios*, relicto cadauere, abijt ad filios Heth.

4 *Locutus eſt ad filios Heth.*] Hi Chethæi dicti ſunt ſupra capite 15. de ſtirpe Chanaam.

5 *Aduena ſum, & peregrinus apud vos.*] Etſi peregrinus, multo tamen tempore inter illos commoratus fuerat, quod nomen *Thoſab*, ideſt, aduena, ex vi vocis importat, ac proinde quaſi iure petere ſepulturam poſſe oſtendit.

תושב

6 *Date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum.*] Priſcorum mos fuit, ſicut certis & proprijs locis ſepelire ciues, ita & peregrinos loco alio ad hoc deſtinato. Vnde & triginta argenteis, quibus venditus fuit Dominus Ieſus, agrum emerunt in peregrinorum ſepulturam. Modo Abraham petit vendi ſibi locum, in quo vt incola tamquam in proprio loco ſepeliri queat, ne vt peregrinus cum alijs peregrinis ſepeliretur. Porro pro iure ſepulchri Hebraice eſt *Abuzath*, ideſt poſſeſſionum ſeu apprehenſionum, ſed quomodo iuxta Vulgatum pro iure ſepulchri appendere potuerit Abraham pecuniam hoc eodem capite in ſequentibus indicabimus. Porro, more Hebræorum maſculinum ſcilicet mortuum pro feminino ponitur, ſicut & alibi ſæpe.

אחזת

7 *Princeps Dei es apud nos in electis ſepulchris ſepeli mortuum tuum.*] Principem vocant Hebraiſmo virum magnum, & qui præ cæteris eminet in populo, nomen enim *Neſſi* ab eleuatione ortum habet, quod inter alios eleuatus ſit, vnde & Dei dicitur, ſicut, montes Dei montes excelſi. quamuis hoc loco religioſum indicet; quaſi dicat hic inter primiores noſtræ vrbis, & religioſior, & vir Dei eſt habitus. Porro in electis ſepulchris, ideſt, in honoratioribus, & melioribus.

נשיא

8 *Nullusq; te prohibere poterit.*] Ideſt, nullus te prohibebit: ſic enim iuxta vim ſermonis Hebraici intelligi debet, vt poſſe pro velle ſumatur, ideſt, nullus volet prohibere: ſic Ioan. 14. non poterant credere, ideſt nolebant.

9 *Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ.*] Adorare hic eſt gratias agere quadam externa corporis reuerentia, quæ ibi eſſet in vſu, ſicut explicant Auguſtinus, & Ionas Aurelianenſis Epiſcopus contra hæreſim Claudij præſulis Taurinenſis. Porro populum terræ habitatores vrbis, Chetæos, ſcilicet, intelligit, vt dicitur in textu.

Aug. tom. 4. q. in Gen.
Ionas lib. 1. de cultu imaginum.

10 *Si placet animæ veſtræ, vt ſepeliam mortuum meum.*] Animæ veſtræ, ideſt, vobis, Hebraica phraſi; mortuum autem more ſupradicto, ideſt, mortuam meam.

11 *Intercedite pro me ad Ephron.*] Ex vi vocis *Paga*, ideſt, intercedite, ideſt, intermedium eſſe *medianero*, quaſi dicat, ſed me *buenos* con Ephron. פגע

12 *Vt det mihi ſpeluncam duplicem.*] Dare hic pro vendere, ſicut continuo ſubditur: pecunia digna tradat eam mihi; Hebraiſmus eſt; ideſt, iuſto pretio, *por loque vale, por lo que fuere iuſto*. duplicem autem ſpeluncam vocat Auen Ezra, ideſt, vnam intra alteram: ſed magis multis placet: vt ſint duæ vna ſupra, vel e vicinia alterius, vnum tamen habentes communem introitum. neque ſepulchrum emit, ſed magis vt conſtitueret ſepulchrum: vnde ſubditur: in poſſeſſionem ſepulchri, ſicut qui fundum emeret, in quo eſſet Eccleſia, vel vt ibi eam conſtrueret; vnde Ioſephus, ibi Abraham & eius ſoboles, ſepulchra conſtituerunt. *Ioſeph. l. anti. c. 14.*

13 *Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth.*] Quidam putant, medium hic pro medietate ſumi, ac proinde agrum maioris fuiſſe pretij, quam qui ſunt in extremis: alij in medio intelligi volunt, ideſt, erat Ephron longe princeps Hethæorum, quod principis Hieroglyphicum ſit medium regni, vt omnium æque commodis conſulatur. ſed certe hic in medio, ſicut & alibi ſæpe, pro, inter, ponitur, ideſt, inter Hethæos. Porro habitabat, ideſt, tunc aderat præſens in medio, ideſt, inter illos filios Heth, ſiue inter præcipuos Hethæorum.

14 *Adorauit Abraham coram Domino, & populo terræ.*] Adorare etiã hic ſumitur, vt paulo ante diximus; & licet ex vi vocis Hebraicę ſit incuruare, tamen Chaldæus paraphraſtes, & Septuaginta legunt, adorare, ſicut & Vulgatus; at coram Domino, ideſt, vere ex intimis, quod hæc Deo tantum manifeſta ſint. *agradeciose lo muy de veras, y de coraçon*: at coram populo, ideſt, exterius aſtante & vidente populo; populum vero terræ, concilium ciuium intelligit Arbee, qui ad exequias conuenerant.

15 *Quadringentos ſiclos argenti valet.*] Non de ſiclo Sanctuarij. de quo Exod. 30. ſed de ſiclo vſuali eſt ſermo, & valet circiter quod apud nos decem & ſeptem ſolidi.

16 *Iſtud eſt pretium inter me, & te ſed quantum eſt hoc?*] Ideſt, ratione amicitiæ, & cum te virum Dei nouerim, iſtud erit pretium; ſed quantum eſt hoc? aliqui putant dictum, ideſt, parui emis, conſiderata agri amœnitate & fertilitate; ſed puto, cum diuites ambo eſſent, potius ſenſum eſſe, ſed hæc internos, quaſi dicat, *la quantitad es tan poca, que no ay paraque reparar en ello, dexeſſe de precios, y entierre ſu deſuncta*; non eſt cur de re tam minima ſermonem faciamus, nec de his curandum eſt, tu interim mortuum tuum ſepeli.

17 *Appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat.*] Subintelligitur, noluit gratis, ſed appendit, ideſt, ſoluit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat, ideſt, dixerat pretium eſſe agri. etiam ſic vulgo dicimus, *lo que pidio*. Quo facto non peccauit Abraham. vt S. Thom. docet, quia tantum emere *S. T. 22. q. 100 ar. 4. ad 2.*

voluit

voluit terram ad vſum ſepulturæ, ſicut qui agrum emere vellet vt ibi Eccleſiam erigeret; adde, remotis eccleſiaſticis legibus & ſanctionibus, non eſt facile aſſignare, quid, ex cadaueris depoſitione, rei ſpiritualis ſepulturæ adueniat, ratione cuius peccatum ſit illam emere, magis quam domum iuſti viuentis, præſertim cum tunc non eſſent templa,
mbroſ. lib. i. Abraham. vt Ambroſius annotat, in quibus ſanctorum reliquiæ adorarentur. Cæterum quia apud antiquos quaſi quid religionis viſæ ſunt ſepulturæ, ſi Ephron vendere voluit ſepulchrum, peccauit, ſaltem ob conſcientiam erroneam.

18 *Audientibus filijs Heth*.] Sollicitus fuit Abraham, vt publice, non priuatim & coram teſtibus hæc fierent. nouerat enim infideles eſſe, & tranquillitati ſtudens, contractuum teſtes habere voluit.

19 *Quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ*.] Probatæ monetæ, non attonſæ, nec diminutæ in pondere, & eius, quæ communiter erat in vſu, *dinero y moneda que corria, y ſe recibia por buena*. vnde paraphraſtes Chaldæus: argentum, quod recipiebatur pro mercimonijs, & iuxta Hebræum: quadringentos ſiclos tranſeuntes per mercatorem.

20 *Confirmatusq. eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens Mambre*.] Confirmatus eſt, ideſt obtinuit vt proprium publica auctoritate, vt in vltimis verbis huius capitis innuitur. Quondam Ephronis, ideſt, qui quondam fuit Ephronis. Ioſephus vocat Ephrem, & poſt *Ioſeph. 1. ant. cap. 12.*
acceptam pecuniam, vt Hieronymus adnotat, *Hier. q. hebr. in Gen.*
Ephran dictus eſt, ablata *Vau* litterâ, quæ apud illos pro, o, legitur, ſignificante ſcriptura, non eum fuiſſe perfectæ conſummatæq. virtutis, qui mortuorum memorias vendere potuit. Porro, reſpiciens Mambre, vel Manre, vt Hieronymus legit, *Hier. q. hebr. in Gen.*
ideſt, e regione, ſiue in proſpectu Mambre, loci ſcilicet denominati à Mambre amico Abrahæ, de quo ſupra.

CAPVT XXIV.

e f — *i. centum quadraginta annorum.* — k l — *Hebraiſmus, ideſt, proſperauerat in cunctis eum.*
a b c d e f g h i k l m
Erat autem Abraham ſenex, dierumq. multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei.

c d — *ſ. Eliezer, qui cognationem Abrahæ, & vbi habitaret, optime nouerat.* — g h — *i. erat omnium præfectus.*
a b c d e f g h i k l m n
Dixitq. ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum

b c d — *in ſignum obedientiæ, & in myſterium incarnationis eius, per quem iuraſſet.* — f g — *i. iuramento aſtringam.* — h i k — *forma iuramenti.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, vt non accipias

b — *ſ. Iſaac.* — m — *ſ. Meſopotamia in Haram.* — o a — *quam nouerat remanſiſſe in Haram.*
a b c d e f g h i k l m n o
vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ſed ad terram & cognationem

k — *ſ. Eliezer:*
a b c d e f g h i k l m n
meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac. Reſpondit ſeruus: ſi noluerit

a — *Hebræo more omnis fœmina dicitur mulier ſicut apud nos.* — k — *ſ. Iſaac.* — l n — *ſ. Haram.*
a b c d e f g h i k l m n
mulier venire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum,

de quo

.i. in Meſopotamiam, aut Chaldaam.

de quo tu egreſſus es? Dixitq. Abraham: Caue nequando reducas filium meum illuc.

.i. exire fecit. ſ. in Haram. ſ. de Hur Chaldaorum.

Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui

vt ſcribitur ſupra. .i. pollicitus eſt iuramento. .i. poſteris tuis. ſ. bonum.

locutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet angelum

.i. vt te dirigat. ſ. Iſaac. more Hebraorum omnis fœmina mulier dicitur. .i. non eris reus praſtiti iuramenti.

ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: ſin autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis

.i. in Meſopotamiam aut Chaldaam. ſ. in ſignum ſeruitutis, & obedientia.

iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manum ſub femore

ſ. per Deum cœli, & terra. .i. ſe facturum quod ei Dominus iniunxerat.

Abraham domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc. Tulitq. decem camelos de grege

.i. ex pretioſis iocalibus. .i. deſcendens inde. ſ. iuit. quod inter Euphratem & Tygrim, ſic dicta eſt.

domini ſui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans ſecum, profectusq. perrexit in Meſopotamiam

ſ. Haran, in qua habitabat Nachor. .i. requieſcere. ſ. Haram.

ad vrbem Nachor. Cumq. camelos feciſſet accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ veſpere,

tempore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: Domine Deus domini mei

Hebraiſmus .i. exaudi preces meas, vel fac occurrere quod opto. .i. beneficium hoc quod poſtulo.

Abraham, occurre, obſecro, mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham.

Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam

.i. accidat. fac vt &c. Hebraiſmus eſt. .i. cantarum.

aquam. Igitur puella, cui ego dixero: inclina hydriam tuam vt bibam: & illa reſponderit, bibe,

.i. praparaueris: ſ. innotuerit: non aſſerendo, ſed præmiſſa oratione, vt ſigno ſciam.

quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac: & per hoc intelligam

.i. beneficium. ſ. quam precatus ſum.

quod feceris miſericordiam cum domino meo.

SCHO-

S C H O L I A.

1 ET *Dominus in cunctis benedixerat ei.*]Hebraiſmo, ideſt, benefecerat, ſubſtantiam auxerat, vel fortunauerat eum in cunctis: *en quanto ponia mano hazia, que le ſuccedieſſe bien.*

2 *Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Deum cæli, & terræ.*] In ſignum obedientiæ ſolebant ſerui ſuper Domini femur manum imponere, quaſi dicerent, tu es ſeruus meus. poteſt autem dominus ex aliqua neceſſitate ſeruum adiurare, & neceſſitatem ei imponere per inuocationem nominis Dei, vel rei ſacræ, vt S. Thomas docet. quo more, quem & apud Indos eſſe teſtantur Hieronymus, & Alchuinus, vſus eſt Abraham, non tam in teſtimonium ſeruitutis, quam ob myſterium iuramenti, quod diuinitus inſtructus intendebat, faciens ſeruum iurare per Dominum cæli, & terræ, poſita manu ſuper femur, cum de vxore ſobolis prouideret; quod crederet Abraham, & tunc cogitaret, & proteſtatus ſit illo facto, Dominum cæli, & terræ in carne venturum de illius femore per Iſaac propagando: ſic Ambroſius lib. 1. de Abraham. cap. 9. Theodoretus quæſt. 73. in Geneſim. Hieronymus quæſt. Hebr. in Geneſim in cap. 24. Auguſtinus quæſt. 62. in Geneſim, tom. 4. & 16. de ciuit. Dei. cap. 31. & ſerm. 71. de tempore. Gregorius Papa, Alchuinus quæſt. in Geneſim, & Patrum plerique. quod enim Iudæi ſcribunt: In ſanctificatione, id eſt, in circuncisione iuraſſe, vt myſteria fidei obſcurarent, tradiderunt.

[margin: ...ſeph. 1. antiq. / ...bryſ. ho. 46. Gen. / ...uen Eſra. / ...Tho. 22. q. ...a. 1. corp. / ...ier. q. hebr. Gen. / ...lch. q. in Gē. / ...Auen Eſra / ...Diodorus / ...culus. / ...mbroſius / ...heodoretus. / ...ieronymus. / ...uguſtinus. / ...regor. Papa. / ...lchuinus.]

3 *Vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum.*] Nouerat Abraham Noe maledictionem in Chanaam, & ipſos infideles, & idololatras, noluit eis miſceri, ne vxores, virum, aut filios ad idololatriam allicerent.

4 *Sed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris.*] Non ad Hur Chaldæorum, ſed in Meſopotamiam in Haram, vbi de eius cognatione remanſerant, non quod in Haram natus eſſet Abraham, vt quidam putarunt contra communem ſententiam Hebræorum, & noſtrorum, & Ethnicorum. immo & ſacræ Scripturæ Gen. 15. vbi de terra ſua eum Dominus eduxiſſe dicitur. & Gen. 12. refertur, quomodo eductus fuerit de Hur Chaldæorum, & Iudith 5. & Act. 7. Sed quod dictio illa, meam, non ad terram, ſed ad cognationem tantum referatur; vel melius, quod non ſit ſermo de ciuitate aliqua, ſed de regione transfluuiali comprehendente Chaldæam, & Haram, immo & totam Meſopotamiam: reſpectu enim Paleſtinæ tota illa regio transfluuialis dicta eſt. Et Actorum 7. ex beati Stephani verbis aperte conſtat, natum Abraham in Hur. Et ſeniorem domus vocauit, qui nouerat optime hæc omnia, & ita viam ſuam (etſi difficilem in hyeme propter luti profunditatem; in æſtate, propter aquæ defectum, & latronum pericula, vt Ioſephus refert) in Haram direxit, vbi ſciebat eſſe Nachor fratrem Abrahæ.

[margin: ...ſeph. 1. anti. ...p. 13.]

5 *Caue ne quando reducas filium meum illuc.*] Cogitabat Abraham ex Dei iniuncto inde exijſſe, & promiſſam terram Chanaam ſemini ſuo in Iſaac; ne his contraire videretur, cauit ne Iſaac eo rediret.

6 *Si autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis iuramento.*] Mulieris nomine omnes feminæ Hebraico more vocantur: Porro, non teneri iuramento eſt, non eſſe reum præſtiti iuramenti.

7 *Iurauit ſibi ſuper ſermone hoc.*] Ideſt ſe facturum, quod Abraham ei iniunxerat, nempe non accepturum vxorem filio Iſaac de Chanaam, ſed de cognatione Abrahæ.

7 *Ex omnibus bonis eius portans ſecum.*] Ideſt ex pretioſiſſimis bonis, præſertim de ijs, quæ ad ornatum muliebrem ſpectabant, vt ſunt annuli inaures, armillæ, veſtes, & huiuſmodi, & alia, vt eius cognatis donaret de ijs, quæ vel rara, vel in illa regione non eſſent, vt Ioſephus ſcribit: Cæterum, & Hebræi etiam tradunt ſecum chartam donationis detuliſſe, qua Abraham dederat Iſaac filio bona omnia, tam mobilia, quam immobilia, vt magis & puellam, & parentes alliceret; & ideo, iuxta Hebræum, omnia bona domini ſui aſportaſſe videtur, propter hoc inſtrumentum donationis. nam filijs ancillarũ munera diſtribuerat, atque ab Iſaac ſeparauerat, vt dicitur c. ſeq.

[margin: Ioſeph. 1. anti. cap. 13.]

9 *Profectusque perrexit in Meſopotamiam ad vrbem Nachor.*] Profectusque perrexit, ideſt, deſcendens iuit, non in Hur Chaldæorum, ſed in Meſopotamiam, quæ eſt inter Euphratem, & Tygrim, ſic enim ex Græco inter flumina dicitur Meſopotamia, à *Meſos*, quod eſt medius, & *Potamos* fluuius. tranſlator accepit nomen Græcum, quod ſuo tempore magis notum, & in vſu. paraphraſtes Chaldæus vertit: abijt in Syriam, quæ eſt iuxta Euphratem: non ergo citra Euphratem, vt aliqui, ſed ad vrbem Nachor, ideſt, vbi Nachor habitabat trans Edeſſam, vbi Romanorum exercitus cæſus, & Craſſus dux captus, vt Hieronymus ſcribit. ex qua vrbe Abraham de domo ex Dei iniuncto in Chanaam perrexerat. Porro hinc conſtat, Nachor, cuius non fuit mentio facta, quando Thare cum Abraham, & Lot, & alijs de Hur Chaldæorum exijt, poſtea vel ad meliora conuerſum, vel perſecutionem paſſum, forſan quod à Chaldæis ſuſpectus haberetur, in Meſopotamiam transmigraſſe. Præterea hic, & Deuter. 33. & Iudic. 3. & 1. Paralip. 19. pro, Meſopotamia, in Hebræo habetur *Haram Naharim*, ideſt, Syria fluuiorum: in alijs vero locis ſemper eſt *Padan*, ideſt, redemptio, vel Syriace Paralitas, aut coniunctio. Ioſue vero 24. habetur *Eber hanaar*, ideſt trans flumen.

[margin: Hier. tom. 4. de locis hebr.]

[margin: ארם נהרים / פדן / עבר הנהר / ברך]

10 *Cumque camelos feciſſet accumbere.*] ideſt, requieſcere *Barach* enim, ideſt, accumbere, & genuflectere ſignificat, quod genuflexione accumbant, & requieſcant Cameli.

11 *Occurre mihi obſecro hodie.*]Hebraiſmus eſt. i. exaudi preces meas. paraphraſtes Chaldæus, proſpera quod peto, ſiue occurre, cito fac, quod peto.

12 *Et fac miſericordiam cum Domino meo Abraham*] Ideſt, hoc beneficium tribue illi, *hazelde merced en eſto que os ſuplico.*

13 *Ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac*] Id eſt, ipſa ſit, quam præparaſti. Ioſephus, & Theodoretus ſignum petijſſe dicunt, vt cognoſceret ſecundum Dei voluntatem nuptias fore, ad quas venerat. ſed textus non ſolum hoc innuit, ſed vt hoc ſigno futuram ſponſam Iſaac noſceret ipſe Eliezer. nam antequam ſciret, cuius filia, ex ſolo reſponſo & armillas præparauit, & de hoſpitio in eius domo interrogauit, vt in ſequentibus huius capitis dicitur. Porro non per modum augurij, aut diuinationis ſignum petijt, vt Auguſtinus, & Albinus aduertũt, ſed pręmiſſa oratione, quo in faciẽdis à Deo dirigeretur, quæ obſeruatio, præmiſſa oratione, dummodo non imprudenter mali ſe periculo exponat illicita non eſt, vt S. Thomas docet. & ſic factum hoc laudant Chryſoſtomus, & Theodoretus.

oſeph. l. anti. ap. 13. heo. q. in Gē.

Aug. q. 63. in Gen. tom. 4. Alb. q. in Gē. Chryſ. ho. 45. in Gen. S.T. 22. q. 95. ar. 7. ad 3. Chryſ. ho. 45. in Gen. Theod. q. 73. in Gen.

14 *Ac per hoc intelligam, quod feceris miſericordiam cum Domino meo Abraham*] Ideſt, quod ei hoc beneficium conceſſeris. *que le haueis hecho la merced, que os ſuplico.*

e ſ. Eliezer.
a b c d e f g h i k l m n
Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ

f i. cantarum.
a b c d e f g h i K l m n
vxoris Nachor, fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua: puella decora nimis, virgoq.

b c d explicat, quod dixerat virgo. quare, &, pro, ideſt, ponitur. — l i. cantarum.
a b c d e f g h i k l n m
pulcherrima, & incognita viro: deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur.

c ſ. Eliezer. — n i. cantaro.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Occurritq. ei ſeruus, & ait: pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ reſpondit:

f i. cantarum. — h i. brachium, vel manum.
a b c d e f g h i K l m n o p
bibe domine mi. celeriterq. depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum. Cumq. ille

b ſ. Rebecca. — k l i. ſatis biberint.
a b c d e f g h i k l m
bibiſſet, adiecit: quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensq.

a i. cantarum. — c i. vaſis lapideis, vel ligneis, vbi animalia bibebant.
a b c d e f g h i k l m
hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam: & hauſtam omnibus

c ſ. Elieζer. — e intuens, in illa omnia accidere, quæ in ſignum à Domino petierat. Iuxta Hebræum: Stupebat in ea. — l m n i. proſperaſſet Deus ſuum iter.
a b c d e f g h i k l m
camelis dedit. Ipſe autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrum proſperum iter

l ſ. Eliezer.
a b c d e f g h i k l m
ſuum feciſſet Dominus, an non. Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures

c d ſ. communis ponderis, ſilicet octo ducatorum auri. — f g ſ. duas. — h i K quadraginta ſ. ducatorum ponderis auri.
a b c d e f g h i k
aureas, appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pondo ſiclorum decem.

Dixitq.

a c
ſ. Eliezer. ſ. Rebeccam.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Dixitque ad eam: Cuius es filia? indica mihi: eſt in domo patris tui locus ad manendum?

Quæ reſpondit: Filia ſum Bathuelis, filij Melchæ, quem peperit ipſi Nachor. Et addidit,

i
.i. in domo noſtra.
a b c d e f g h i K l m n o
dicens: palearum quoque, & foeni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum.

a e
more tunc ſolito, corporis ſ. inclinatione .i. gratias Domino *egit.*
a b c d e f g h i k l
Inclinauit ſe homo, & adorauit Dominum, dicens: Benedictus Dominus Deus domini

f g h i k
Hebraiſmus .i. qui & nunc miſericors, & iuſtus fuit in promiſſis erga dominum meum Abraham. ſ. promiſſi, q.d. fideliter egit.
a b c d e f g h i K l m n
mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à Domino meo, &

f g
ſ. Nachor.
a b c d e f g h i k l m n o
recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, & nunciauit

a b c d
.i. in ea parte domus, vbi familia matris eius erat.
a b c d e f g h i k l m n
in domum matris ſuæ omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban,

c d e f g
ſ. audiens quod ex domo Abraham eſſet. ſ. Eliezer. .i. ad locum, in quo.
a b c d e f g h i k l m
qui feſtinus egreſſus eſt ad hominem, vbi erat fons. Cumque vidiſſet inaures,

e f i K
quæ, antequam accepiſſet ab Eliezer, audiuit ſeruum eſſe Abrahæ fratris Nachor. .i. quæ geſta fuerant.
a b c d e f g h i K l m n
& armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis: Hæc locutus

d f
ſ. Laban. ſ. Eliezer.
a b c d e f g h i k l m n o
eſt mihi homo: venit ad virum, qui ſtabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ:

e f
.i. gratioſe apud Deum, & cui Deus fauet. .i. à Domino.
a b c d e f g h i k l m n
dixitq; ad eum: Ingredere, benedicte Domini: cur foris ſtas? præparaui domum, & locum

h
.i. ciſtellas detrahi iuſſit, & onera deponi:
a b c d e f g h i k l m n
camelis. Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit camelos, deditq; paleas & foenum,

d e f g h
quod pedeſtres incederent, tunc moris erat lauare peregrinantium pedes.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& aquam ad lauandum pedes eius, & virorum qui venerat cum eo. Et appoſitus eſt in

c
.i. cibus.
c
conſpectu eius panis.

SCHOLIA.

Clem. Alex. Strom.4. Orig. ho. 10. in Gen.

עלמה בתולה עלמה

15 *Virgo & incognita viro.*] Quidam virginem dictam putant, quòd habitu puellam, non nuptam præſeferat; incognitam vero viro; quia erat incorrupta corpore. Clemens Alexand. Strom.4. & Origen. ho. 10. in Gen. Virginem, corpore interpretantur, incognitam vero viro dictum propter animi pudicitiam. Sed certius eſt, verba vltima explicantia eſſe priora; ſolet enim frequenter Scriptura, quod non ita aperte dixerat, ſequentibus verbis clarius aperire. Incognita igitur viro, quam virginem dixerat. Placet etiam hoc loco, quod eruditi quidam obſeruant: In Hebræo duas eſſe voces ſignificantes puellam & virginem, *Alma* ſcilicet, & *Betula*: ſed *Betula* quandoque ponitur pro puella, etiam ſi virgo non ſit, vt Ezech. 23. & Ioelis. 1. vbi puella lugēs maritum ſuum, dicitur in Hebræo, *Betula*: quare cum hoc loco, vbi nos legimus: virgo, in Hebræo ſit *Betula* merito ſubditur: & incognita viro; vt oſtenderet Moyſes, non ſolum puellam, ſed à viro incognitam fuiſſe: de quo abunde S. Hieronym. q. heb. in Gen. & in 7. cap. Iſaiæ.

בתולה בתולה

Ioſeph. 1. anti. cap. 13.

16 *Quæ reſpondit, bibe Domine.*] Ioſephus primo denegatum ab alijs puellis potum deſcribit, ac proinde increpante illas Rebecca, ipſam gratanter ei obtuliſſe, ſed textus id non indicat.

17 *Effundensq. hydriam in canalibus.*] Erant iuxta puteum lapidea, vel lignea vaſa, in quibus iumenta biberent, & hæc canalia vocat, *pilas, y canales* dicimus nos.

18 *Ipſe autem contemplabatur illam tacitus.*] Credibile eſt Eliezer famulis etiam inſinuaſſe, vt tacerent, vel Scriptura tacet, in quo eam adiuuerit, exprimit tamen quid ipſa fecerit. contemplabatur vero tacitus, ſcire volens (dicit textus) vtrum proſperum iter ſuum feciſſet Deus, an non; quaſi dicat, perpendebat impleri in illa, quæ à Deo in ſignum poſtulauerat, & per illa experiri volens, an Deum ductorem viæ habuiſſet, & felici exitu iter ſuum proſperaſſet. iuxta Hebræum eſt: cum admiratione contemplari. Chaldæus: admirabatur. Septuaginta: conſiderabat.

בקע שקל

19 *Inaures aureas appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pondo ſiclorum decem.*] Iuxta Hieronymum *Kace*, ſemi vncia eſt; *Secel* vero, qui Latine ſiclus, vnciȩ pondus habet. Cæterum de menſuris & ponderibus, cum ſecundum tempus & regiones tantam experiamur varietatem, vix certum quid dici poteſt. ſed, quantum coniectari licet, inaures octo ducatorum auri, armillæ vero quadraginta pondus habebant. Porro in Hebræo habetur inaurem auream ponderis dimidij ſicli. nam Exo. 38. ponitur pro dimidio ſiclo eadem vox, quæ hic; ſed forſan, quod cum pondera varia ſint in diuerſis regionibus, ſiclus vnus Palæſtinæ, vbi morabatur Abraham, erant duo ſicli Meſopotamiæ, de quibus locutus eſt Vulgatus. Iam inaurem, pro inaures, ſicut ſæpe ſingulare pro plurali, & ſic omnia conueniunt; ita vt quælibet eſſet vnius ſicli Meſopotamiæ, medij vero Palæſtinæ.

20 *Cuius es filia? indica mihi: eſt in domo patris tui locus ad manendum?*] Rei geſtæ veritatem Scriptura præcipue attendens quædam tacet, alia per prolepſim, & prepoſtero ordine quandoq. narrat; ſed quantum ex dictis colligi poteſt, ſequenti ordine geſta fuiſſe credo, vt primo Eliezer iocalia preparauerit, ſed ne leuis animo iudicaretur, ſi illa daret puellæ, quam non nouerat, quæſiuit eius nomen, & parentum; quam cum audiſſet filiam Bathuelis, filij Nachor, fratris Abraham, ſe ſeruum Abrahæ eſſe patefecit, & aperuit vaſa portatoria, & continuo iocalia tradidit, vt aperte paulo inferius dicitur in textu. non enim credendum eſt virginem honeſtiſſimam & verecundā ab ignoto homine illa accepiſſe, & tunc Eliezer, eſſet ne in eius domo ad manendum locus, quæſiuit, mercedemq. hoſpitij pollicitum Ioſephus refert, & Rebeccam mercedis nomen ægre tuliſſe; ſed quod fœmina eſſet, Laban fratri ſe renuntiaturam dixit, vt ipſe illum in domum deduceret, vtpote ſeruum Abraham, fratris Nachor, quod & factum eſt.

Ioſeph. 1. anti. cap. 13.

21 *Inclinauit ſe homo, & adorauit Dominum.*] Iuxta vim vocis Hebrȩæ inclinaſſe ceruicem innuitur; ſed non ſolum hoc, immo iuxta tunc conſuetum modum feciſſe intelligendum eſt. adorare autem hoc loco, ideſt, gratias agere.

22 *Qui non abſtulit miſericordiam, & veritatem ſuam à Domino meo,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, qui & nunc miſericors, & verax in promiſſis fuit erga Dominum meum Abraham.

23 *Et nunciauit in domo matris ſuæ.*] Ioſephus patrem eius Bathuelē tunc iam mortuum fuiſſe refert; quod ſi ita eſt, Bathuel, de quo infra in hoc eodem capite mentio fit, iunior Rebeccæ frater fuit, ac proinde Laban primo nominatus eſt. Cæterum in domo matris, ideſt, in familia matris, quod cum tunc viri plures haberent vxores, ſingulæ partem domus, *vn quarto de la caſa*, habebant ſignatam pro filijs, & familia ſua.

Ioſeph. 1. anti. c. 13.

24 *Benedicte Domini mei.*] Ideſt, à Domino, quaſi dicat, gratioſe apud Deum, & cui Deus fauet.

25 *Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis.*] Hebræo ſchemate, ſicut ſæpe alibi, panis pro omni cibo ponitur.

26 *Et virorum qui venerant cum eo.*] Quod pedeſtres incederent. Cæterum olim oſculo hoſpites recipiebant, & pedes abluebant in ſignum officioſȩ charitatis, & ſic Chriſtus Dominus commendaturus charitatem, pedes lauit, alludens ad antiquorum morem, & conſuetudinem.

27 *Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis.*] Iuxta Hebræum eſt, & appoſitum eſt coram eo vt comederet. Chaldæus: & poſuerunt coram eo cibum: Septuaginta legunt: panem ſicut nos: ſed idem eſt omnium ſenſus, Hebræo ſchemate pane pro obſonio poſito.

a e f g h i n
.ſ. Eliazar. .i. mandata, quæ perfero, expoſuero. .ſ. Laban .ſ. Eliazar.
a b c d e f g h i k l m n o
Qui ait: Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: loquere. At ille: Seruus,

f k l
.i. benefecit. .i. potens factus eſt.
a b c d e f g h i K l m
inquit, Abraham ſum: & Dominus benedixit Domino meo valde, magnificatusq; eſt: &

dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos.

g h i p
Hebraiſmus .i. eius filium. .ſ. bona.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, deditq; illi omnia quæ

c l
.i. iuramento me adegit. .ſ. Iſaac.
a b c d e f g h i K l m n o
habuerat, & adiurauit me dominus meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus

Chananæorum, in quorum terra habito: ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione

mea accipies vxorem filio meo: Ego vero reſpondi Domino meo: Quid ſi noluerit venire mecum

d e f g m n o a
Hebraiſmus .i. viuo, & conuerſor, vt ei beneplaceam, vel ad nutum & voluntatem eius conuerſor, vel cui placere ſtudeo. .i. proſperum faciet iter tuum .i. ad quæ agenda pergis.
a b c d e f g h i k l m n o
mulier? Dominus ait, in cuius conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum tecum, & diriget viam

o
.i. abſolutus eris à iuramento. ſic iuxta Hebræum.
a b c d e f g h i k l m n o p
tuam: accipiesq; vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris

a b c g l
maledictio dicitur, quod maledictus ſit, qui iuramentum frangit. .i. cognatos. .ſ. filiam ſuam.
a b c d e f g h i k l m n o p
à maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie

l m n o p
.i. ſi proſperum feciſti negotium, cui intendo. ſi me haueis fauorecido en el negocio, en que ando.
a b c d e f g h i K l m n o p
ad fontem aquæ, & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam, in

k l
.ſ. & ſit, vt virgo quæ egrediatur &c.
a b c d e f g h i k l m n o p
qua nunc ambulo, ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam,

l
.i. ex cantaro.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
audierit à me; Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua: & dixerit mihi: & tu

K
.i. deſtinauit, ſiue deſtinaſti Hebræo more, tertia perſona pro ſecunda.
a b c d e f g h i k l m n o
bibe, & camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei.

e K
.i. perpenderem. .i. cantaro.
a b c d e f g h i k l m n o
Dumq; hæc tacitus mecum uoluerem, apparuit Rebecca ueniens cum hydria, quam portabat in ſcapula:

deſcenditq; ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. Quæ

c
.i. cantarum.
a b c d e f g h i K l m n o p q
feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum.
Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpondit:
filia Bethuelis ſum, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam

i K m
.i. gratias egi. .i. laudans Dominum.
a b c d e f g h i K l m n
faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. Pronusq; adoraui Dominum, benedicens Domino
Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris domini mei

e f h
.i. gratiam. .i. fideliter, & quod confirmatio eſſet ſignorum.
a b c d e f g h i k l m n
filio eius. Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi:

K l m n o p
Hebraiſmus .i. aliorſum me vertam quo Deus mentem diriget.
a b c d e f g h i K l m n o p
ſin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram.

c d e f g h i
frater iunior eiuſdem nominis cum patre: Hebraiſmus .i. diuino nutu hæc diriguntur. Dios lo encamina, todo eſto es voluntad de Dios.
a b c d e f g h i K l m
Reſponderuntque Laban, & Bathuel: A Domino egreſſus eſt ſermo: non poſſumus extra

a b c d e f i k l
Hebraiſmus .i. non poſſumus in aliquo contraire ei, quod nouimus à Deo eſſe. .i. in tua poteſtate.
a b c d e f g h i k l m n o p
placitum eius quidquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere,

h i k o
Hebraiſmus .i. ſicut vult Dominus. .ſ. Eleazer.
a b c d e f g h i k l m n o p
& ſit vxor filij domini tui, ſicut locutus eſt Dominus. Quod cum audiſſet puer Abraham,

a b g h
.ſ. in terram. .i. gratias egit Deo: inſtrumenta & dona iocalia vaſa vocat more Hebræorum.
a b c d e f g h i K l m
procidens adorauit in terram Dominum. Prolatisq; vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus,

a b l
quod nouis ſponſis dari conſueuit. etiam pretioſa.
a b c d e f g h i K l m n o
dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. Inito conuiuio,

m n o
.ſ. Eliazer. .i. permittite. dad me licencia que me vaya.
a b c d e f g h i K l m n o
veſcentes pariter, & bibentes manſerunt ibi. Surgens autem mane, locutus eſt puer: Dimittite me,

h m
.ſ. Rebecca. .ſ. Rebeccæ.
a b c d e f g h i k l m n
vt vadam ad dominum meum. Reſponderuntq; fratres eius, & mater: Maneat puella ſaltem

l m o
.i. remorari. .i. poſtquam. puer. .i. proſperauit.
a b c d e f g h i k l m n o
decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit

viam

a b c d

.i. euentum rei, propter quam veni. .i. permittite me reuerti.

a b c d e f g h i x l m n

viam meam: dimittite me vt pergam ad Dominum meum. & dixerunt: vocemus puellam,

b d

:i. inquiramus: .i. conſenſum.

a b c d e f g h i k l m n o

& quæramus eius voluntatem. Cumque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto?

d h k

i. permiſerunt ipſam ire. .ſ. aſſociauerunt ei. .i. Eliazer.

a b c d e f g h i k l m n

Quæ ait: Vadam. Dimiſerunt ergo eam, & nutricem illius, ſeruumq; Abraham, & comites

h i k n o

ſratres & cognati, qui conuenerant, ſic eam vocabant more Hebræorum. Hebraiſmus 'i. in numeroſam, & copioſam prolem.

a b c d e f g h i K l m n o

eius imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicentes: Soror noſtra es, creſcas in mille millia,

a b c d e f e

Hebraiſmus .i. ſuperior ſit inimicis ſuis, & vrbes eorum poſſideat. :i. vrbes, vel propugnacula, quæ ad vrbium portas eſſe ſolent.

a b c d e f g h i x l m n o

& poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Igitur Rebecca, & puellæ illius aſcenſis camelis,

c h i

.ſ. Eliazar. .ſ. Abraham.

a b c d e f g h i x l m n

ſecutæ ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad Dominum ſuum: Eo autem tempore deambulabat

f g

de quo ſupra cap. 16.

a b c d e f g h i k l m n o

Iſaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt viuentis, & videntis: habitabat enim

b c g h l m n

reſpectu Palaſtinæ .ſ. Geraris. .i. ad exercitum, & orationem. à hazer exercicio, y orar. y tomar el freſco por la tarde. propter æſtum enim vſq. domi manſerat.

a b c d e f g h i k l m n n

in terra auſtrali: & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque

i k l

& ſciens à ſeruo quis eſſet. .ſ. celeriter.

a b c d e f g h i k l

eleuaſſet oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque, conſpecto Iſaac, deſcendit

g h i k

præpoſtere narratur hæc interrogatio, quæ deſcenſum cameli anteceſſit.

a b c d e f g h i K l m n o p q r

de camelo, & ait ad puerum: Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis?

b l m o

.ſ. Rebecca. .i. peplum, quo caput. faciem, & pectus velabant feminæ. ex honeſtate, & verecundia. .ſ. Eliazar.

a b c d e f g h i k l m n o p

Dixitq; ei: Ipſe eſt Dominus meus. At illa tollens cito pallium operuit ſe. Seruus autem

b h i k l

.ſ. Iſaac. .i. in eam partem domus, quæ fuerat Saræ pro ſua familia. en el quadro de Sara.

a b c d e f g h i x l m

cuncta, quæ geſſerat narrauit Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris

d

.ſ. Rebeccam.

a b c d e f g h i K l m n o

ſuæ, & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex

a
à qua tres iam anni fluxerant.
a b c d e
morte matris eius acciderat, temperaret.

S C H O L I A.

28 *Non comedam donec loquar ſermones meos.*] Quare Ioſephus falſus eſt, qui poſt cœnam hæc retuliſſe dixit. Porro, ſermones meos, Hebraica phraſi, ideſt, mandata, quæ perfero, & quæ mihi contigerunt.

h. 1. ant. 13.

29 *In quorum terra habito.*] Ioſephus refert, addidiſſe: & poterat vxores filio ſuo dare potiſſimas apud illos. ſatis credi poteſt, munus ſuum verbis ornaſſe, ſed Scriptura breuiter ſimilia percurrere ſolet.

30 *Dominus, ait, in cuius conſpectu ambulo,*] Chaldæus legit; In cuius conſpectu ego ſeruio; Septuaginta: Cui placeo coram eo: ſed Vulgatus iuxta Hebræum vertit: alij Hebraiſmum interpretantur. ambulare enim ſeruire, & placere, & mandata Dei ſeruare importat.

31 *Innocens eris à maledictione mea,*] Ideſt, abſolutus eris à iuramento, ſiue non teneberis iuramento mihi à te præſtito. maledictionem autem dixit, vt Auguſtinus, & Alchuinus docent, quod ſatis maledictus ſit, qui contra iuramentum facit.

g. q. 65. in n. tom. 4. ch. q. in Gē.

32 *Si facitis miſericordiam & veritatem cum Domino meo.*] Miſericordiam, ideſt, gratiam in re alias non debita; veritatem, quod verificatio tot ſignorum, ac proinde quod tam iuſtum, & æquum erat æquitate morali. nec deſunt qui dicant, Hebraiſmum eſſe, ideſt, vere, & liberaliter facere.

33 *Vt vadam ad dexteram ſiue ad ſiniſtram.*] Quidam ſic dictum putant, quod ad dexteram eſſent filij Iſmaelis; & ad ſiniſtram filij Lot: & rurſus inter Tygrim, & Euphratem, vbi tunc aderant alij fratres Bathuelis ex duodecim, quos Nachor habuit ſupra capite 22. Sed certe, licet ita ſit, verba tamen illa iuxta phraſim Hebræam dicta ſunt, ideſt; aliorſum me vertam, ſiue quo me Dominus diriget, *paraque diuierta aca, o aculla, donde Dios me inſpirare.*

34 *Reſponderuntq. Laban, & Bathuel.*] In Hebræo *Bethuel*. Porro qui Rebeccæ patrem cum Ioſepho defunctum credunt, quod ſatis veriſimile eſt, hunc iuniorem eius filium eiuſdem nominis cum patre dicunt. Hebræi vero ex celeritate, & promptitudine, qua, non expectata patris reſponſione, Laban locutus fuerit, primo loco nominatum putant; ſicut & infra in hoc capite, reſponderunt fratres & mater, etiam dicitur. Bathuelem enim patrem de dato conſenſu pœnituiſſe dicunt, ac impedire conantem Rebeccæ coniugium, continuo ab angelo percuſſum mortuum fuiſſe affirmant.

בתואל
Ioſeph. 1. anti. 13.

35 *A Domino egreſſus eſt ſermo,*] Ideſt, negotium hoc diuino nutu geritur. Hebraiſmus eſt. *es ordinacion de Dios, es de Dios.* more enim Hebræo quodlibet factum, aut negotium, verbum aut ſermonem nominari frequens eſt in Scriptura. Vnde & librum geſtorum Regum inſcribunt librum verborum Regum. Porro, vt Auguſtinus aduertit, ſeruus dicta Abrahamo à Deo retulerat, & verba etiam Domini ſui, & ad illa alludentes, & ad ſignum, quod ſeruus petierat à Deo, dirigi à Deo rem iſtam dixerunt. Aug. q. 67. in Gen. to. 4.

36 *Non poſſumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum.*] Iuxta Hebræum eſt, non poſſumus loqui tecum bonum aut malum; ita & Chaldæus: & eſt Hebraiſmus, ideſt, non poſſumus contraire tibi vlla in re, in ijs, quæ à Deo eſſe nouimus.

37 *Sicut locutus eſt Dominus.*] Frequentiſſimus apud Hebræos loquendi mos, ideſt, ſicut vult Dominus. *conforme à la voluntad de Dios.*

38 *Coram te eſt, tolle eam.*] Coram te, ideſt, in tua poteſtate. *delante la teneis à vueſtra voluntad, lleualda ſi quereis.* quantum ex nobis eſt.

39 *Procidens adorauit in terram Dominum,*] Ideſt, gratias Deo egit proſtratus in terra. hic enim mos adorandi Deum innuitur.

40 *Prolatisq. vaſis argenteis,*] Hebræo ſchemate quæcumque inſtrumenta, ſiue bellica, ſiue iocalia, vaſa dicuntur, vt videre eſt. 1. Reg. 20. & alibi ſæpe.

41 *Dedit Rebeccæ pro munere,*] Ideſt, munera dedit. Idiotiſmus linguæ eſt, munera itaque ſicut nouis ſponſis dari conſueuerunt.

42 *Fratribus autem, & matri dona obtulit.*] Quidam, iuxta Hebræum, poma dicunt, & quod ſecundum Ioſephum fructus ſecum Eliazer detulerat, qui non erant in Meſopotamia. crediderim tamen alia dona maioris pretij, & æſtimationis eis etiam dediſſe. Ioſeph. 1. anti. cap. 13.

43 *Dimitte me vt vadam,*] Vel ſoli Laban, qui quaſi patrem puellæ in omnibus ſe geſſiſſe apparet, locutus; vel more Hebræorum ſingulare ponitur hic pro plurali; dimitte, pro dimittite, ideſt, permittite me ire. *dad me licencia que me bueliia.*

44 *Maneat puella ſaltem decem dies apud nos.*]

Vulga-

Vulgatus optime vertit, dies, licet vox Hebræa anceps videatur, & ad dies, & ad annos, quaſi dicat, aliquot dies, ſaltē decem. Nec deſunt, qui dicant, dies ſumi pro anno, quaſi dicat, ſaltem per decē menſes, quod mos fuerit Hebræis, virginem deſponſatam per annum integrum ornari, & præparari marito, & ſic traduci cum abſens eſſet.

45 *Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam, dimittite me*] Retinere, ideſt, remorari, Porro, direxit viam meam, ideſt, poſtquam iter meum proſperauit, *pues todo me ha ſuccedido bien, dexad me ſer preſto de buelta,* dimittite, ideſt, permittite me ire. *dad me licencia que me parta luego.*

46 *Quæramus ipſius voluntatem,*] Ideſt, inquiramus eius conſenſum. Matrimonia ſiquidem abſque expreſſo cōſenſu fieri nequeunt. neque enim filij de contrahendo matrimonio patribus obedire tenentur, ſed iuxta cauſam, quæ patres impellit, vel neceſſitatis, vel honeſtatis; ſic ſolum contra honeſtatem, vel quid ſimile delinquunt, cum parentum voluntati in hoc non obtemperant. ſic S. Thomas. Porro, ex Hebræo: interrogemus, os eius, dicitur, ſed optime Vulgatus ſenſum phraſis Hebraicæ tranſtulit: & ſimiliter paraphraſtes Chaldæus vertit: Inquiramus eius voluntatem.

S.T.22.q.104 ar. 1. corp. & 1.d.29. ar.4. corp.

47 *Dimiſerunt ergo eam, & nutricem eius Delboram*] Ideſt, permiſerunt illam ire, & nutricem etiam ei aſſociauerunt, & puellas, vt ſtatim paulo inferius dicitur; & permiſerunt cum illa ire. quam nutricem ab ineunte ætate Rebeccæ curam geſſiſſe, & in infantia lactaſſe, probabile eſt. Iam Delbora in Hebræo *Debora*.

שוה

48 *Imprecantes proſpera ſorori ſuæ*] Iuxta Hebræum eſt: benedixerunt, quod iuxta Hebraiſmum eleganter vertit Vulgatus: imprecantes proſpera. Porro, ea hora puellæ cognati multi conuenerant, qui omnes more Hebræo ſororem eam vocantes, ideſt, conſanguineam, bona imprecabantur.

49 *Creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum*] Iuxta Hebraicum ſchema, mille millia, ideſt, in copioſam, & numeroſam ſobolem. Porro, poſſidere portas inimicorum, etiam eſt Hebraiſmus, quem vigeſimo ſecundo capite expoſuimus, ideſt, ſuperiores ſint inimicis ſuis, eorumq. ciuitates armis ingrediantur, & poſſideant. forſan hac benedictione alludentes ad ea, quæ de promiſſionibus à Deo factis Abrahæ eis retulerat Eliezer, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt.

Aug.tom.4.q. 68. in Gen. Alb.q. in Gen.

50 *Ad puteum, cuius nomen eſt viuentis, & videntis*] Puteus eſt, vbi angelus reperit Agar errantem, & conſolatus eſt eam; quare puteum hoc nomine inſigniuit ſupra cap. 16.

51 *Habitabat enim in terra Auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro*] Reſpectu Paleſtinæ ad Auſtrum habitabat Iſaac, & calor proinde vrgebat: quare facto veſpere, eo enim vſque propter æſtum domi remanſerat: meditari vero in agro, Hebræorum multi ex verbo *Suah*, quod eſt, muſſitare, & quaſi ſecum loqui, & quod Iudæis in vſu fuerit orare in illa hora, ad orandum Deum dicunt exijſſe; quibus Hieronymus, Alchuinus, & Chaldæus paraphraſtes ſubſcribunt; & Auguſtinus affectum dicit ſtudioſe cogitantis, cum delectatione meditationis, verbum in textu poſitum innuere. vnde Hebræus mos fuit ex communi traditione, vt orarent mane, exemplo Abrahæ, veſpere, exemplo Iſaac, nocte, ſicut Iacob. Alij, vt Septuaginta, vertunt: vt exerceret ſe; quod meditari aliquando in Scriptura eſt exercere. *ſalio al campo à hazer exercicio.* vtrumque mihi placet: & quod exercitij cauſa, & vt Deum ſimul oraret, ſicq. intelligendum puto.

דברה

Hier. q. hebr. in Gen. Alb.q. in Gen. Aug tom.4.q 49. in Gen.

52 *Rebecca quoque conſpecto Iſaac deſcendit de camelo*] Cognouit Iſaac camelos, & cum in occurſum eorum iret, percontata fuit Rebecca, quis eſſet, etſi in litera præpoſtere hæc narrentur, ſicut & alibi ſæpe, & cognito, quod Iſaac eſſet, de camelo deſcendit vrbanitatis cauſa, &, iuxta vim vocis Hebraicæ, celeriter, prompteq. deſcendiſſe; & quaſi de camelo ſe iactaſſe innuitur.

53 *Tollens cito pallium ſuum operuit ſe*] Pallium, ſiue teriſtrum, vt Hieronymus ſcribit, quod etiam nunc genus eſt Arabici veſtimenti, quo mulieres illius prouinciæ velantur, quo antiquitus puellæ ex lino tenuiſſimo confecto (quod & peplum dicebant) caput, faciem, & pectus velabant propter honeſtatem, ne ſe viris ſpectandas præbere viderentur, quod & apud gentes Dianæ dicatum, eoq. in diuinationibus vtebantur, vt Ezech. 13. innuitur; Hinc & velandi mulieres in die, qua nubunt, conſuetudo orta eſt.

Hier. q. hebr. in Gen.

54 *Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ*] Ideſt, in eam partem domus, quæ Saræ dicata erat cum familia ſua, nec alijs vxoribus Abrahæ communis erat, qua poſt eius mortem Abraham non vtebatur, ſed vxori Iſaac ſeruabat. hanc vocat tabernaculum Saræ, *el quarto de caſa de ſu madre.* Chaldæus legit: Et introduxit eam Iſaac in tabernaculum, & vidit, & ecce opera eius recta erant, ſicut opera Saræ matris ſuæ. forſan ideo ſubditur: Et dilexit eam, ſubintellige, proinde, ſiue propter eius opera, in tantum, &c.

55 *Vt dolorem, qui ex morte matris acciderat temperaret.*] Tres anni à morte Saræ fluxerant, ſed eam tenere dilexerat Iſaac, & ex eius morte acerbiſſimum, & diuturnum dolorem conceperat, quem aduentu Rebeccæ vxoris ſuæ maxima ex parte leniuit.

CAPVT XXV.

Abraham vero aliam duxit vxorem, nomine Ceturam: quæ peperit ei Zamran & Ieſchan, &

c
à quo Madianitæ.
a b c d e f g h i k l m n o p
Madan, & Madian, & Ieſboc, & Sue. Iecſan quoque genuit Saba, & Dadan. Filij Dadan

c d e f p
nomina ſunt gentium, & populorum à filijs Dadan originem trahentium. à quo Africa dicta eſt.
a b c d e f g h i k l m n o p q
fuerunt Aſſurim, & Latuſim, & Loomin. At vero ex Madian ortus eſt Epha, & Opher, &

Henoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi filij Ceturæ. Deditq. Abraham cuncta, quæ poſſederat,

d
vxorum ſcilicet, ſed minus principalium.
a b c d e f g h i k l m n o p
Iſaac: filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum

e f
.i. in Orientalibus regionibus.
a b c d e f g h i K l m
adhuc ipſe viueret, ad plagam Orientalem. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum

c i k
faltandole la virtud, per velor. .i. pacifica, & opulenta.
a b c d e f g h i k l m n
ſeptuaginta quinque anni. Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæq. ætatis, &

a b c d e f l n
idem quod prouectæ ætatis, & qui ſatis diu vixerat. .i. mortuus eſt, periphraſi ſolita, inter Hebræos. præcipui eorum, qui reperti ſunt.
a b c d e f g h i k l m n o
plenus dierum, congregatusq. eſt ad populum ſuum. Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filij

b c d
quæ ſequuntur, iam explicata ſunt, c. 23.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, quem

r
.i. benefecit.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
emerat à filijs Heth: vbi ſepultus eſt ipſe, & Sara vxor eius. Et poſt obitum illius, benedixit

e f k l m
forſan ante patris mortem iam ibi habitare cœperat. de quo ſupra cap. 16.
a b c d e f g h i k l m n o
Deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum, nomine viuentis, & videntis. Hæ ſunt

a
.i. enumeratio filiorum, &c.
a b c d e f g h i k l m n o
generationes Iſmael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Aegyptia, famula Saræ: & hæc nomina

b d K
.ſ. Iſmaelis. nomenclaturis. à quo Nabathena regio, pars Arabiæ.
a b c d e f g h i k l
filiorum eius in vocabulis & generationibus ſuis. Primogenitus Iſmaelis Nabaioth, deinde

Cedar

a
à quo Cedareni, qui & Agareni.
a b c d e f g h i k l m n o
Cedar, & Adbeel, & Mabſam, Maſma quoque, & Duma, & Maſſa, Hadar, & Thema,

m n o p q r — p q r
q.d. apud ſuos vocabantur. — *quia & caſtella, & oppida, & tribus ab eis denominata noſcuntur. Chaldaus: In villis & ciuitatibus. Septuaginta: In manſionibus, & tabernaculis.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& Iethur, & Naphris, & Cedma. Iſti ſunt filij Iſmaelis: & hæc nomina per caſtella, & oppida

c d
.i. populorum, & familiarum.
a b c d e f g h i k l m n o
eorum, duodecim principes tribuum ſuarum. Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem

c f g h
.i. mortuus, periphraſi apud Hebræos *aſſueta.*
a b c d e f g h i k l m n o
deficiensq. mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. Habitauitq. ab Heuila vſque Sur, quæ

c d — f g
.i. qua itur ad Aſſyrios. — *.i. cunctis ſuperſtitibus filijs, ſic Hieron. q. in Gen.*
a b c d e f g h i
reſpicit Aegyptum introeuntibus Aſſyrios, coram cunctis fratribus ſuis obijt.

S C H O L I A.

Hier. q. hebr. in Gen.

1 ABRAHAM *vero aliam duxit vxorem, nomine Ceturam*] Ex Hieronymo Hebræi hanc putant Agar, quam, quod caſte vixiſſe nouerat, de concubina in vxorem duxerit Abraham: alioquin videretur nouis nuptijs ſenem laſciuijſſe, cum autem infra dicitur, filijs concubinarum largitum fuiſſe munera, more Hebræo, pluralem numerum pro ſingulari legi dicunt, concubinarum, ideſt, concubinæ. Ceturam vero, ideſt, copulatam, ſiue coniunctam dictam fuiſſe. ſed probabilius videtur cum Clemente, & Auguſtino aliam fuiſſe, & ex Chananæis; nam & de Agar in hoc capite proprio nomine mentio fit. & ob myſterium factum eſſe, vt ad ſecundas nuptias tranſierit; ita cenſet Auguſtinus contra Cataphriges hæreticos. nec deſunt, qui dicant, viuente Sara, Ceturam duxiſſe multo ante eius mortem, quamuis præpoſtere hic poſt eius mortem narretur; poſt mortem vero, cum Iſaac domui ſuæ Abraham præfecerit, ipſum cum Cetura & eius filijs, ſeorſum manſiſſe.

Clem. Alex. ſtrom. 2.
Aug. 16. de ci. Dei c. 31.
Aug. 16. de ci. Dei c. 33. 10. 5

2 *Quæ peperit ei Zamram, & Iecſan & Madam, & Madian, & Ieſboc, & Sue*] Filios Ceturæ refert Hieronymus occupaſſe *Trozloditin*, & Arabiam, quæ nunc vocatur *Eudemon*, vſque ad maris rubri terminos, & à plerìſque filijs Ceturæ occupatas Indiæ regiones. Porro Zamram, in Hebræo *Zimran*: Madan, in Hebræo *Medan*: Madian, in Hebræo *Midian*, à quo dicta eſt ciuitas Madian, vnde & Madianitæ, iuxta mare rubrum: & Ieſboc, in Hebræo *Iſbach*: Sue, in Hebræo *Suah*.

Hier. q. hebr. in Gen.
τρωγλοδυτιν
ἐυδαίμων
זמרן
מדן
מדין
ישבה
שוח

3 *Iecſan quoque genuit Saba, & Dadam*] Ex his, orti ſunt populi Orientales, quorum meminit Ezechiel cap. 26. & Saba meminit Iſaiæ cap. 60. & auri eius. Porro, Dadam, in Hebræo *Dedan*.

דדן

4 *Filij Dadan fuerunt Aſſurim, & Latuſſim, & Laonim*] Nomina ſunt gentium & populorum, qui originem traxerunt à filijs Dadam. refert tamen B. Hieronymus Aſſurim in negotiatores transferri quoſdam exiſtimaſſe, Latuſſim æris, ferriq. metalla tundentes; Loomin vero, Philartos, ideſt, principes multarum tribuum, atque populorum, & ab Aſſurim vocatos eſſe Syros contendunt. nam apud Hebræos Aſſyrij, Aſſurim dicti ſunt. Porro, Loamin in Hebræo *Leumin*, & Latuſſim, in Hebræo *Lethuſim*.

Hier. q. hebr. in Gen.
לאמים
לטושים

5 *Ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa*] Ephad meminit Iſai. cap. 60. & Madianitis coniungitur; Epher vero, ſiue Apher Hieronymus, & Ioſephus referunt duxiſſe aduerſus Lybiam exercitum, & ibi, victis hoſtibus, conſediſſe, eiusq. poſteros ex nomine ataui Africam nuncupaſſe: cæteros dicit Ioſephus tenuiſſe partes felicis Arabiæ, & Trogloditas. Porro Henoch in Hebræo *Chanoch*.

Hier. q. hebr. in Gen.
Ioſeph. 1. ant. c. 23.
חנוך

6 *Dedit autem Abraham cuncta, quæ poſſederat, Iſaac, filijs autem concubinarum largitus eſt munera*] Per recapitulationem hoc quidam, nec improbabiliter, dictum putant. nam & Eliazer cognatis Rebeccæ iam factum retulit. vnde & coniectura eſt, cum Ceturam, adhuc viuente Sara, concubinam habuiſſe. Porro concubinarum filios olim heredes cum cæteris extitiſſe, niſi pater aliter prouidiſſet, quidam putant. Sed veroſimilius eſt, neque illis hæreditatis ius, neque ſacerdotij, neque primogenituræ fuiſſe, ſed munera tantum dare conſueuerant, quorum matres ſine cæremonijs quibuſdam in vxores ducebant, & concubinæ dicebantur.

7 *Fueruntq. anni Abraham centum ſeptuaginta quinque*] Ferunt Hebræi, hos annos diſtinctè appoſitos in textu Hebræo, ſcilicet centum anni, ſeptuaginta, & quinque anni, ad deſignandum, Abraham ita mundũ à peccato fuiſſe, cum cẽtum annos & ſeptuaginta haberet, ſicut cum quinque tantum.

8 *Mortuus eſt in ſenectute bona, prouectaq. ætatis, & plenus dierum, congregatusq. eſt ad populum ſuum*] Mortuus, apud Hebræos, periphraſi congregatus dicitur ad populum ſuum, ideſt, collectus ad maiores ſuos, ſicut & ſui, poſt alios; & vulgari ſermone eiuſdem ſub diuerſis verbis repetitio fieri ſolet, *murio, y hizo el camino que todos*. Porro, in ſenectute bona, ideſt, pacifica, & opulenta. At vero prouectæ ætatis, & plenus dierum, etiam idem ſignificant; niſi, iuxta Hebræum, plenum dierum dicas id, quod ſatur dierum, & nos dicimus, *barto de viuir, que no ſe le bazia de mal el morir.*

9 *In ſpelunca duplici*] Reperi apud Dorotheum in Synopſi de vita Ezechielis Prophetæ, duplicem ſpeluncam dictam eſſe, quod flexuoſa eſſet, & abdita, ſupra planum & tellurem edita, & in petra quadam ſuſpenſa. (Doroth. in Synopſi.)

10 *Qui habitabat iuxta puteum, nomine viuentis, & videntis.*] Forſan adhuc viuente patre, iam habitare ibi cœperat, vnde & in fine præcedentis capitis, per viam, quæ ad puteum ducit, deambulaſſe ſcribitur.

11 *Nabaioth deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam, & Maſma quoque & Duma, & Maſſa, Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma*] Nabaioth, in Hebræo *Nabaioth*, à quo omnis regio, iuxta Hieronymum, ab Euphrate vſque ad mare rubrum Nabathena vſque hodie dicitur, quæ pars Arabiæ eſt; Cedar vero, à quo Arabes Ezech. 26. qui fere omnes pecudum, & armentorum paſtores, & vt plurimum morantur in campis ſub tentorijs, iuxta illud Cantic. 1. Sicut tabernacula Cedar. Hi Cedareni, qui & Sarraceni modo dicuntur, ſeu potius Agareni, & ciuitas, & prouincia dicta eſt eodem nomine. Dumæ Iſaiæ 21. mentio fit, onus Duma ad me clamat è Seir, vnde prope Seir hi habitarunt, vbi Idumæi, quare & Idumæi Themanites dicti ſunt. Porro, Mabſam, in Hebræo *Mibſam*; Maſma in Hebræo *Miſma*. (נביות Hier. q. hebr. in Gen.) (מבשם משמע)

12 *Et hæc nomina per caſtella, & oppida eorum duodecim principes tribuum ſuarum*] Chaldaica: In villis ſuis, & ciuitatibus ſuis. Septuaginta: In manſionibus eorum, & in tabernaculis eorum. Sed hæc in idem incidunt. nam, iuxta Hieronymum, familiæ eorum, oppidaq. & pagi, ac munita caſtella, & tribus eorum hac appellatione celebrantur ab vnoquoque ex his. & Cedar in deſerto, & Duma alia regio, & Themã ad Auſtrum, & Cedmad ad Orientalem plagam dicitur. Porro principes tribuum, ideſt, populorum, & familiarum ſuarum. (Hier. q. hebr. in Gen.)

13 *Deficiensq. mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum*] Idem eſt, mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum; periphraſi enim apud Hebræos ſic deſcribitur mors: ſiue congregatus eſt, ſiue dormiuit cum patribus ſuis.

14 *Habitauit autem ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit Aegyptum introeuntibus Aſſyrios*] In Hebræo eſt *VaisKenu*, ideſt, habitauerunt, vt non ſolum de vno Iſmaele, ſed de omnibus eius filijs intelligatur. Iam Heuila, regio eſt, vt Albinus ſcribit, quam circumfluit Phiſon ex paradiſo fluens, dicta à quodam Euila nepote Noe, & eſt ſolitudo contra faciem Aegypti: Sur quoque eſt ſolitudo inter Cades & Barad extendens deſertum vſque ad mare rubrum, & Aegypti confines. Porro introeuntibus Aſſyrios, ideſt, dum pergis, vel qua itur ad Aſſyrios. (וישכנו) (Alb. q. in Ge.)

15 *Coram cunctis fratribus ſuis obijt*] Quidam, iuxta Chaldæum paraphraſtem, vbi dicitur hic obijt, legunt: cecidit ſors eius, ideſt, non procul habitauit à fratribus, ſiue ſors illa propinqua erat hæreditati fratrum, ſic & Septuaginta Interpretes, iuxta quod prædictum erat ſupra capite 16. è regione fratrum ſuorum figet tabernacula, & verbum *Napal*, ſicut cadere, ita etiam & tentorizare ſignificat, vt ſit ſenſus, è regione fratrum tentoria fixit. Alij, per fratres, filios intelligunt, qui congregati fuerant ad mortem patris, filios autem quandoque fratres dici oſtendunt ex cap. 31. huius libri. vbi dixit Iacob ad Laban, pono hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, ideſt, coram filijs. Sed certè germanior huius loci interpretatio, iuxta Hieronymum, & Albinum, obijt, ideſt, mortuus eſt omnibus eius fratribus ſuperſtitibus, ſeu viuentibus. nam & ſenior illis erat. (נפל) (Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.)

---

d *i. genealogia.*

a b c d e f g h i k l m
Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filij Abraham: Abraham genuit Iſaac: qui cum

---

l *ſiue de Haran Padan.*

a b c d e f g h i k l
quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia,

---

g h i *vt ſ. ei conceptum daret.*

a b c d e f g h i k l m n o
ſororem Laban. Deprecatusq. eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui

exaudi-

a h
Chryſoſtomus inquit poſt viginti annos. quod mater, vt admodum moleſtum, & periculoſum timuit.
a b c d e f g h i k l m n o
exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait:

d e g h m n
in tanto .ſ. diſcrimine vitæ verſari. .i. quid profuit. ſiue ad orationem, ſiue ad ſeruos Dei, vel ſacerdotem.
a b c d e f g h i k l m n o
Si ſic mihi futurum erat; quid neceſſe fuit concipere? perrexitq. vt conſuleret Dominum. Qui

a b c d l m n q
ſiue per angelum, ſiue per ſeruum Dei, ſiue per internam inſpirationem. .i. duo capita gentium, & populorum. .i. ab his, qui in ventre ſunt deſcendentes. .ſ. Iudaicus.
a b c d e f g h i K l m n o p q
reſpondens, ait: Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq.

a d e f
.ſ. Idumæorum. .i. Idumæus. tempore Dauid impletum eſt. .i. Iudaico.
a b c d e f g h i k l m n
populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini

K r
.i. flauus, roſſo. quaſi gauſapinatus à capite vſque ad pedes, hirtus, velloſo.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
in vtero eius reperti ſunt. Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hyſpidus:

e
Seyr vero ex pellibus.
a b c d e f g h i k l m n
Vocatumq. eſt nomen eius Eſau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: &

b d e f g
.ſ. pater, vel qui nomen impoſuit. .i. ſupplantator. ecce quomodo adhuc ſuperſtes erat Abraham.
a b c d e f g h i k l m n
idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Iſaac, quando nati ſunt ei paruuli. Quibus

e f g i k n o
.i. ſciens, quod ad venationem ſpectat, & in ea expertus. .i. libenter in agro longe ab vrbe verſabatur. .s. non fictus, ſed integer.
a b c d e f g h i k l m n o
adultis, factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex

a b c m
.i. quietem, & curam domeſticam ſequens. .ſ. libenter.
a b c d e f g h i K l m n
habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau, eo quod de venationibus illius veſceretur: &

b c m o
quod mitis, & domeſticus, & à Deo ad maiora deſignatus, quod diuino oraculo nouerat, vt inquit Ruper. in Gen. .i. de venatione.
a b c d e f g h i k l m n o
Rebecca diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum veniſſet Eſau de agro

h K
.ſ. lentium. .i. valde.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
laſſus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido laſſus ſum. Quam ob cauſam vocatum eſt

c d e f i K n o
.i. rufus. volens, & intendens vexationem redimere, qui à Deo nouerat ſibi primogenituram tributam. .i. ius primogeniti. quod nimium laſſus, & forſan quaſi iam moriturum ſe finxit.
a b c d e f g h i K l m n o p
nomen eius Edom. Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. ille reſpondit: En morior, quid

c f
.i. ius primogeniti. quod .ſ. vendes.
a b c d e f g h i k l m n
mihi proderunt primogenita? ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, & vendidit

a
.i. ſucceſſionem in principatu, velut patris in reliquos fratres, & ſacerdotio, & duabus bonorum partibus.
a b c d e f g h i k l m n
primogenita. Et ſic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt,

a c
ius enim primogeniti parum æſtimabat. .i. iura primogenituræ.
a b c d
paruipendens, quod primogenita vendidiſſet.

S C H O L I A.

פדן ארם

15 *De Meſopotamia*] In Hebræo, de *Aram Padan*, ad differentiam alterius, quæ Aram Soba dicitur.

17 *Deprecatusq. eſt Iſaac pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis*] Hebræi ferunt, Iſaac & Rebeccam, vnum è regione alterius, oraſſe pro prole; quod iuxta Hebræum legi poteſt, & multiplicauit preces Iſaac ad Dominum è regione vxoris ſuæ ſterilis. ſimul itaque orabant, ſed precantium efficacior fuit Iſaac, & ita Vulgatus eius preces exprimit, dicens: Iſaac pro vxore ſua oraſſe, licet & ipſam etiam oraſſe ſubintelligi poſſit.

Seuer. in ſua hiſt.
ἐσκίρτων
διέπλεον

18 *Sed collidebantur in vtero paruuli*] Seuerus Sulpitius exultaſſe ſcribit, quod iuxta Septuaginta interpretes dixit, qui vertunt: *Eſcirton*, ideſt, ludebant, ſiue calcitrabant. Aquila, confringebantur. Symmachus, *Diepleon*, ideſt, in ſimilitudinem nauis in ſuperficie ferebantur. hoc certum eſt, motionem illam matri moleſtiſſimam fuiſſe, aborſumq. & proprium interitum timuiſſe. Porro, cum huius inuſitati motus ſignificationem infra oſtendat Dominus, dicens: Duæ gentes ſunt in vtero tuo, &c. conſtat non naturalem, ſiue à ſola natura profectum, ſed magis diuinitus, à cauſa ſcilicet, quæ ordinabat illũ peculiariter ad talem ſignificationem. ſic Rupertus. Rup. l. 7. in Gē.

19 *Surrexitq. Rebecca, vt conſuleret Dominum.*] Paraphraſtes Chaldæus legit: Abijt vt peteret doctrinam à facie Domini. Hieroſolymitana vero paraphraſis habet: Abijt vt peteret miſericordiam à Domino, vbi concionabatur Sem. Vnde Hebræi, & cum illis Euſebius, & Gennadius in Catena in Geneſim, ferunt conſuluiſſe per Melchiſedech, qui ſacerdos erat Altiſſimi, & per Heber, qui propheta Domini fuit, quos tunc adhuc vixiſſe ex diligenti annorum computatione, vere deprehendi poteſt. ſed certe Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus, vt dubium relinquunt, an ad illos, an vero ad orationem confugiens (quod magis Diodoro & Theodoreto placet) Dominum conſuluerit. reſponſum tamen habuit, ſiue per illos, ſiue per angelum, ſiue per internam inſpirationem. cum enim textus nihil horum exprimat, præſtat cum patribus nihil in his diffiniire, ſed vt incerta relinquere; nam & verbum *Daras*, & conſulere, & precari ſignificat.

Hier. q. hebr. in Gen.
Aug. tom. 4. q. 2. in Gen.
Alb. q. in Gen.
Diodorus.
Theod. q. 75 in Gen.
& Auctor Hiſt. Scholaſt. lib. Scholaſt. li. Gen. c. 66
דריש

20 *Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi in ventre tuo diuidentur.*] Ideſt, duo capita gentium, & populorum, qui ab inuicem diuerſi erunt, Iudæorum ſcilicet, & Idumæorum.

21 *Et maior ſeruiet minori*] Verba hæc ex mente R. Samuelis Marrochiani libro de aduentu Meſſiæ ad Iſaac Iſraelitam, de gentibus & Iudæis intelliguntur. Iudæi ſiquidem antiquitate maiores in populo Dei, viro Euangelico ſeruient, qui maxime ex gentibus eſt, vt etiam B. Vigilius contendit. Alij per Iacob Chriſtum intelligunt, qui Reges, & regna ſuæ legis ſubegit iugo, ſed hæc potius videntur ad allegoriam ſpectare. ſecundum literam enim, vt Auguſtinus, & Albinus cenſent, populum Idumæorum longe numero maiorem ſuæ ſeruituti ſubegit 2. Reg. 8. qui & tributum exſoluit, vſque ad tempus Ioram, ſub quo rebellarunt.

R. Samuel. c. 22.
B. Vig. 2. contra Euth.
Aug. q. 73. in Gen. tom. 4.
Alb. q. in Gē.

22 *Rufus erat, & totus in morem pellis Hiſpidus.*] Iuxta Ioſephum, à capite vſque ad pedes erat vehementer hirſutus, *velloſo*, & veluti gauſapinatus, & ſecundum pilorum etymologiam dictus Eſau. Sed, iuxta Hieronymum, vbi nos piloſum dicimus, in Hebræo eſt *Sear*, vnde Eſau Seyr, ideſt, piloſus dictus eſt. Porro, rufus, non plane ruber, ſed ad modum flaui declinans, *rubio y roſo no vermeio.*

Ioſeph. l. anti. cap. 14.
Hier. q. hebr. in Gen.
שער
שעיר

23 *Et idcirco appellauit eum Iacob*] In Hebræo *Iaacob*, à verbo *Achab*, ideſt, à tergo ſequi, poſtergare, vt ita dicam, & ſupplantare, ſeu ſeducere: quod poſt tergum incedant, qui ſupplantare contendunt. Porro Iſaac eſt, qui nomen impoſuit, *Vaicra* enim, verbum maſculini generis eſt.

יעקב
עקב
ויקרא

24 *Sexagenarius erat Iſaac, quando nati ſunt ei paruuli*] Viginti annis vxoris ſterilitatem comprobauit, & non duxit concubinam, ſicut Abraham, vt Hebræi obſeruant, quod voluntarie ductus ad ſacrificium, proinde conſecratus ſit, & non oportet tales, niſi vnam ducere vxorem: ex quo Paulus 1. ad Timoth. 3. Epiſcopum vnius vxoris virum oportere eſſe obſeruauit. Porro Abraham poſt Eſau & Iacob natiuitatem adhuc quindecim annis ſuperſtitem fuiſſe ex annorum ſupputatione aperte colligitur, & tamen iam prius eius mors, & benedictio Iſaac deſcriptæ ſunt, vt colligas, quam frequens ſit in Scriptura, præpoſtero ordine aliqua narrare, vel per prolepſim, dum hæc non perturbent rerum geſtarum veritatem, & aliunde illarum ordo deprehendi poſſit.

25 *Vir gnarus venandi, & homo agricola*] Gnarus dicitur ſciens, & expertus eorum, quæ ad venationem ſpectant, *ſabio y experimentado en la caça.* Porro homo agricola, ideſt, libenter in agro verſabatur procul ab vrbe. *bombre del campo.*

26 *Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis*] Simplex dicitur Iacob, non ex induſtriæ de-

fectu

Aug. q. 74. in Gen. tom. 4. B. Ant. ſer. 76. ἄπλαςος תם תמם

fectu, ſed abſque dolo, vt ait Auguſtinus, Græce *Aplaſtos*: vnde B. Antonius magnus in ſua Melliſſa, ſimplicem, ideſt, minime fictum dicit, & quia ſimplicitas hæc perfectionem vitæ præfefert, merito vox Hebræa *Tam*, à verbo *Tamam*, ideſt, perficere, complere, quaſi à perfectione ortum habet, vt ſimplex, ideſt, integer dicatur. Porro, in tabernaculis habitaſſe dicitur, iuxta Hebræos, quod quatuordecim annis conuerſatus fuerit in tabernaculis Melchiſedech, in quibus Dei cultus vigebat, & in tabernaculis Heber, qui ad ſe venientes de diuinis erudiebat, ſicq. Chaldaica paraphraſis legit: Iacob erat vir integer, miniſter domus doctrinæ. Sed certe in tentorijs habitaſſe dicitur, quod quietem, & domeſticam curam tantum diligeret. *hombre recogido y caſero*.

27 *Eo quod de venationibus illius veſceretur*] Subintelligendum eſt iuxta Hebræum, libenter, quibus, ſcilicet, libenter veſcebatur.

28 *Da mihi de coctione hac rufa*] Lentis Aegyptiacæ fuiſſe coctionem hanc refert Auguſtinus in Pſalm. 46. cuius lenticulæ edulium in vſu fuiſſe, quo non ſolum pueri nutriebantur, & multum venale, & maxime tunc commẽdatum, ſcribunt Athenæus lib. 4. Aulus Gellius lib. 17. cap. 8. loquens de Tauro Philoſopho.

28 d. *Vocatum eſt nomen eius Edom*] Rubrum, ſiue fuluum, lingua Hebraica *Edom* dicitur; ab eo igitur, quod rubro cibo vendiderit primogenita ſua, fului, ideſt, Edom, ſortitus eſt nomen, iuxta Hieronymum.

Hier. q. hebr. in Gen.

29 *Vende mihi primogenita tua*] Iuxta vim ſermonis Hebraici ſubintelligendum eſt, hodie, aut cito, vende mihi ius primogenituræ. quod quidem ius, quantum ex diuinis literis conijcere poſſumus, multa ſibi vendicabat. primo principatum patris inter reliquos fratres: vnde Rubenitas ſuper hoc cum Moyſe contendiſſe legimus Num. 16. & B. Paulus, quod Chriſtus Dominus omnia gubernet & regat, cum primogenitum omnis creaturæ appellat; & forſan tempore Ieroboam ipſe regnauit, qui de tribu erat Ephraim, quod primogenitura data fuiſſet Ioſeph patri ſuo; verum eſt tamen non fuiſſe datum principatum, & regnum Ioſeph, quia Deuter. 17. Statuendum erat, vt ei daretur, quem Dominus deſignaret: tum etiam, quia à Domino dandum erat tribui Iuda infra cap. 49. ſecundo, primogenituræ annexus fuit locus honoratior cæteris: vnde infra cap. 43. dicitur, ſedeant iuxta primogenita ſua. tertio, etiam dabatur primogenito duplex portio; quare Ioſeph, qui pro Ruben nactus fuerat primogenituram, Paralip. 5. duplicem ſortem habuit in terra promiſſionis; nam Ephraim, & Manaſſe eius filijs, duæ deſignatæ ſunt ſortes. de ſacerdotio vero, quidquid apud gentes fuerit, & licet poſt legem annexum fuerit primogenitis Exod. 29. & Num. 20. tamen ante legem, non eſt adeo certum. Abel enim obtulit, ſicut Cain, & nuſquam Rubenitas de ſacerdotio contendiſſe legimus cum Moyſe, bene tamen de principatu. Cæterum, ſi annexum fuit, vt Hieronymus, Albinus, & S. Thomas ex Hebræis referunt. ſaltem à tempore Noe, vt inquit Hieronymus epiſt. 126. ad Euagrium, ex quo exemplum Abel, quod adductum eſt in oppoſitum, non habet vim; & iuxta hanc ſententiam, quæ veroſimilior eſt, & ſacro textui magis conſona: Iacob diuinitus edoctus, quod primogenitura ſibi ex diuina deſignatione deberetur, non peccauit, quia non emere, ſed potius nactus opportunam occaſionem, vexationem ſuam redimere contendit; ſic S. Thomas. Eſau vero vendens, peccauit, & quia vili pretio (etiam ſi ſacerdotium non eſſet annexum) vt prodigus.

Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gẽ. S. Tho. in Gen.

S. Tho. 4. d. 25. q. 5. a. 3. ad 5.

30 *En morior, quid proderunt mihi primogenita?*] Quidam ex vi ſermonis Hebraici dictum hoc interpretantur, quaſi dicat: quotidie in diſcrimine vitæ verſor, qui in feras irruo. Sed ſatis germanus videtur ſermo, quod ex venatione veniens, nimium laſſus, vel vere moriturus, vel talem ſe fingens, dixerit: En morior. *eſtoy me muriendo, que me aprouecharan los mayorazgos*.

31 *Iurauit Eſau, & vendidit primogenita*] Quidam lentium edulium non dicunt pretium fuiſſe primogenituræ, ſed tantum cauſam vendendi, & ſic Paulum intelligi debere, vt ſcilicet Eſau ex lentium appetitu, ad primogenitorum venditionem, aliquo ſcilicet certo pretio, ſe obligauerit: ſed certe textus non innuit aliud pretium, niſi lentium edulium.

32 *Paruipendens quod primogenita vendidiſſet*] Quod robuſtus, & doloſus fuerit, nihilo factam venditionem dicunt reputaſſe, quia, neque venditione, neque iuramento obſtantibus, primogenita retinere decreuerat: ſed germanior ſenſus eſt, vt quia primogeniti ius vilipenderet, ideo venditionem nihilo æſtimaſſet.

CAPVT XXVI.

a b c d e k l m n
præpoſtere hoc narratur, quod multo ante primogenitorum venditionem accidit. ſ. in qua Iſaac habitabat. i. fuerat aliquando. de qua ſupra c. 12.
a b c d e f g h i k l m n
Orta autem fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham,

a b c d i
prius ei apparuit Deus, & dixit, ne deſcenderet in Aegyptum. antequam ſ. in Gerara deſcenderet.
a b c d e f g h i k l
abijt Iſaac ad Abimelech Regem Palæſtinorum in Gerara. Apparuitq. ei Dominus,

m n p
ſiue ſpeciali reuelatione, ſiue ex ſigno, ex tunc exhibito. .i. habita in ea ad tempus.
a b c d e f g h i K l m n o p q
& ait: Ne deſcendas in Aegyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi. Et peregrinare in

e K l m n o p
.i. benefaciam in ſequentibus ſ. .i. poſteris tuis. erat enim Gerara pars quædam Palæſtinæ, & terræ promiſſæ.
a b c d e f g h i k l m n o p
ea, eroq. tecum, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has,

a b k l
de quo ſupra cap. 22. .i. prolem.
a b c d e f g h i k l m
complens iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo. & multiplicabo ſemen tuum, ſicut

a b i k l m n l m
hyperbole eſt. de Chriſto Domino verba hæc intelliguntur, ſicut ſupra cap. 22. dictum eſt. pro propter, vel per. .ſ. in Chriſto.
a b c d e f g h i k l m n o
ſtellas cæli: daboq. poſteris tuis vniuerſas regiones has: & benedicentur in ſemine tuo omnes

g h l m n o
.i. mandatis, quæ per reuelationem ei præcepi. idem ſignificatur, licet diuerſis vocibus ſ. leges à natura indita, & præcepta ſiue ad naturam, ſiue ad ſupernaturalia, ſiue ad cæremonialia tradita ei, ſiue à natura, ſiue per ſpecialem reuelationem.
a b c d e f g h i k l m n o
gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea,

b c e
vt circumciſio, & ſimilia, quæ ad ritus, & cæremonialia ſpectant. iuxta Hebraum: ſtatuta. .i. commoratus eſt.
a b c d e f g h i k l m
& cæremonias, legesq. ſeruauerit. Manſit itaque Iſaac in Geraris. Qui cum interrogaretur

f i K l
.ſ. Rebecca. quia cognata, more Hebræorum.
a b c d e f g h i k l m n o p
à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: ſoror mea eſt: timuerat enim confiteri, quod

h i l
minus enim putabant gentes virum interficere, & potiri vidua, quam adulterari. .ſ. Rebecca.
a b c d e f g h i k l m
ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.

Cumque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech

f g h i K l
.ſ. Iſaac. amplexibus, vel oſculis: quod inter tantum germanos ſemper turpe viſum eſt, cum laſciuiendi cauſa fiunt.
a b c d e f g h i k l
Rex Palæſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua.

b h l m n m
.ſ. Iſaac. .ſ. Rebecca. non fuerat mentitus, quia, Hebræorum more, ſoror dicta eſt, ſed tacuerat verum, .ſ. eſſe vxorem. iuxta Hebraum .i. dixiſti.
a b c d e f g h i k l m n o p
& accerſito eo ait: Perſpicuum eſt, quod vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem

c o
.ſ. Iſaac.
a b c d e f g h i k l
tuam eſſe? Reſpondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitq. Abimelech: Quare

impo-

a b c d c m
.i. cur nos decepiſti. iuxta Hebræum: parum abfuit, quin dormiret. .i. vnus, ſeu pracipuus, ego ſcilicet, qui Rex. .ſ. occaſione data.
a b c d e f g h i k l m n o
impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos

a b K l k l
.i. pœnam grauiſſimi delicti. .ſ. Iſaac. .ſ. Rebeccam. iuxta Hebræum, virum hunc
a b c d e f g h i k l
grande peccatum. Præcepitq. omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem,

a b m n o p
.i. reus erit mortis. qui ſterilis alioquin. .i. copioſum fructum, vel centuplum, quam ſeminauerat. .i. benefecit in ſequentibus.
a b c d e f g h i k l m n o p
morte morietur. Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum: benedixitq.

h i k l n
.i. indies locupletior fiebat. .i. ditiſſimus.
a b c d e f g h i k l m n
ei Dominus. Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens, atque ſuccreſcens, donec magnus

e f l
.i. namque. .i. poſſedit. .i. fructuum, qui ex agricultura percipiuntur, & famulos, & ancillas.
a b c d e f g h i k l
vehementer effectus eſt: habuit quoque poſſeſſiones ouium, & armentorum, & familiæ

plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæſtini, omnes puteos, quos foderant ſerui patris illius

e
.ſ. nempe.
a b c d e f g h i k l
Abraham, illo tempore obſtruxerunt, implentes humo: intantum, vt ipſe Abimelech diceret

c d e f g
diſtantia loci ad habitandum. per exaggerationem dixit, q.d. plus ſatis diues factus es.
a b c d e f g h i K l
ad Iſaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

S C H O L I A.

Aug. q. 75. in Gen. tom. 4.

1 ORTA autem fame] Præpoſtere hæc narrari poſt venditionem primogenituræ affirmat Auguſtinus. nam idem Abimelech, & idem Phicol princeps exercitus recenſentur ſupra cap. 21. quando cum eis Abraham fœdus init ante natiuitatem Iſaac: & Ioſephus eumdem eſſe Abimelech affirmat, qui pro muneribus, & amicitijs Abrahæ blande ſuſcepit Iſaac. multo ergo ante venditionem primogenituræ hæc contigerunt.

2 *Apparuitq. ei Dominus*] Etiã prius apparuiſſe Dominum Iſaac, quam in Gerara deſcenderet, & accepto ſigno terræ, in qua habitaret, poſtea in Geraris manſiſſe ſatis probabile eſt; niſi apparitiones multiplicare velis, vt, ſcilicet, altera ſit, qua ei terram Geraris monſtrauerit, ab illa, qua, ne in Ægyptum deſcenderet, præcepit.

3 *Ne deſcendas in Aegyptum*] Quia conſecratus Domino fuit à die ſuæ victimæ, tradunt Hebræi, ideo, ne in Ægyptum deſcenderet, præcepiſſe: ſed veroſimilius videtur, id iniunctum fuiſſe, vt experiretur, etiam tempore famis, poſſe Deum in terra Palæſtinæ, quam ei promiſerat Deus, cuius pars erat Geraris ciuitas, non ſolum ei ſuccurrere, ſed etiam eum locupletare.

4 *Et benedicam tibi*] Ideſt, benefaciam tibi: in quibus ſtatim ſubiungit, dicens: tibi enim, & ſemini tuo dab vniuerſas regiones has.

5 *Complens iuramentum, quod ſpopondi patri tuo*] De hoc iuramento, vide ſupra cap. 22.

6 *Et multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli*] Iam ſupra cap. 15. expoſuimus, quomodo prædicta

verba hæc per hyperbolen intelligenda ſint.

7 *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*] Supra 22. cap. explicauimus, quomodo prædicta verba, non ſecundum Hebræorum ſententiam, ſed magis iuxta mentem Pauli, & Patrum interpretanda ſint.

8 *Eo quod obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta, & mandata mea, & cæremonias, legeſq. ſeruauerit.*] Voci meæ dicitur, quod per vocem Domini, ſiue per ſpecialem reuelationem aliqua Abrahæ iniuncta fuerint, vt quod de terra ſua exiret, quod ſacrificaret filium, quod ſe circumcideret, &c. Porro, præcepta, mandata, & leges idem ſignificant, licet diuerſis rationibus, ſic, vel aliter nominentur, quæ & leges à natura inditas, & præcepta, quæ illi peculiariter iniuncta ſunt, comprehendunt, ſiue ad naturalia, ſiue ad ſupernaturalia pertineant; ſiue quæ faceret, ſiue quæ crederet. Cæremoniæ etiam dicta ſunt illa mandata, quæ ad cæremonialia, & ad peculiares ritus pertinere videntur, vt circumciſio, & alia pleraque ex ijs, quæ poſtea Moyſi lege ſancita ſunt, quorum aliqua, diuina reuelatione, antea Abrahæ nota fuerant: & quidem cæremoniæ nomen, teſte Valerio, à Cerete oppido dictum eſt, quæ in ſignis externis conſiſtit pro tempore in diuino cultu, & ad Dei laudem ſolitis.

9 *Soror mea eſt*] Sicut Abraham eius pater tacuit, Saram vxorem ſuam eſſe, ſororem autem ſuam vere eſſe dixit, Hebræorum more, quo cognati, fratres & ſorores dicuntur; ita & Iſaac fecit. quare non fuit mentitus, licet Abimelech illum mentitum fuiſſe dicat paulo inferius.

מצחק 10 *Vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua*] *Meſſahech*, ſic vt ſupra cap. 21. numquam congreſſum, vt quibuſdam viſum eſt, ſignificat, ſed ludentem, vel iocantem. amplexus ergo, vel oſcula innuit, quæ ad ludum & iocum inter coniugatos pertinere videntur: quod tamen inter germanos tantum, & inter non ſponſatos turpe viſum ſemper fuit, cum laſciuiendi cauſa fiunt, ſicut & alij tactus inhoneſti. non enim loquor de oſculis, & amplexibus, quæ vrbanitatis gratia fiunt, iuxta morem patriæ, & quaſi per tranſennam, ſed quæ laſciuiendo fiunt. *Aug. 22. contra Fauſtum, 46.*

11 *Timui ne morerer propter eam*] Iam ſupra cap. 12. & 20. vidimus; adeo graue fuiſſe adulterij peccatum etiam inter gentes, vt minus putarent, occidere virum, vt deinde eius vxore potirentur, quam eo viuente cum illa adulterari.

12 *Quare impoſuiſti nobis?*] Hoc loco imponere idem videtur quod deludere, vnde & impoſitor dicitur, quod alios deludat: quaſi dicat, quare nos decepiſti? vel, quid ſic feciſti? vt alij exponunt.

13 *Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua*] Chaldæus: Parum abſuit, quin dormiſſet vnus de populo cum vxore tua, & certe ex vi ſermonis Hebraici quidam rationabiliter contendunt, verba hæc intelligenda eſſe de eodem Abimelech, vt ſit ſenſus: potuit, ideſt, in procliui fuit, vel parum abfuit. quiſpiam, ideſt, vnus, ſcilicet, præcipuus inter omnes, ſcilicet, ego, qui ſum Rex.

14 *Et induxeras ſuper nos grande peccatum*] Id eſt, fuiſſes in occaſione inducendi ſuper nos, ideſt, vt incurreremus pœnam grauiſſimi delicti.

14 d. *Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte moriatur*. Iuxta Hebræum eſt: Qui tetigerit virum hunc & vxorem eius, moriendo morietur. Alij: vxorem eius. & licet aliquibus videatur verbum tangere, ſumi hoc loco pro eo, quod eſt accedere ad illam, ſiue coire cum illa, ex quo apud gentes colligunt adulterium pęna mortis plecti ſolere. tamen cum iuxta Hebræum ſit: virum hunc, & in Vulgato ſubintelligi poſſit, crediderim huius loci ſenſum eſſe: Qui iniuriam aliquam, vel damnum intulerit, ſiue hoc, ſiue illud ſit, dummodo grauis ſit læſio, vel iniuria. Porro, morte morietur, id eſt, reus erit mortis.

15 *Et inuenit ipſo anno centuplum*] Iuxta Hieronymum aliqui vertunt: centum æſtimationes, id eſt, centies pluſquam æſtimauerat, ſeu putauerat: ſiue tamen dicas centuplum pro vno, quod ſeminauerat, collegiſſe, ſiue centum pluſquam putauerat, numerus certus pro incerto hic ponitur, ideſt, valde copioſum fructum ex ſemine percepiſſe. Porro, in ipſo anno, dictum eſt, cum tamen anni illi ſteriles fuiſſent, vt hoc inſinuaret. *Hier. q. hebr. in Gen.*

16 *Benedixitq. ei Dominus*] Ideſt, benefecit. In quibus vero & dixerat: quia centuplum inuenit, & in eo, etiam quod ſubdit: quia locupletatus eſt homo, &c. non fato, aut fortuna tanta frugum vbertas Iſaac contigit, ſed ſic Deo ſpecialiter diſponente.

17 *Et ibat proficiſcens, atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt*] Idem eſt proficiens & ſuccreſcens, ideſt, locupletior in dies fiebat. Porro, donec magnus vehementer effectus eſt, ideſt, magnis opibus abundans. quod vero ſubditur: Et habuit poſſeſſiones, explicatio eſt eius, quod dixerat, magnum ſcilicet euaſiſſe, quaſi dicat, nam & habuit poſſeſſiones ouium, & armentorum, & familiæ, ideſt, poſſedit oues, & armenta, & familiam plurimam. Iam nomine familiæ iuxta vim vocis Hebraicæ, quidam ſatis probabiliter intelligunt, quidquid ex agrorum cultura prouenit. itaque non ſolum fuit diues in ouibus, & armentis, quæ in montibus degunt, ſed in opibus, quæ domi retinentur, vt ſunt fructus, qui ex agricultura colliguntur. Cæterum hoc ipſum etiam inſinuat, quod & familia communi nomine ſignificat, ideſt, plures ſeruos & ancillas. hæc enim omnia prædictis verbis comprehenduntur.

18 *Obſtruxerunt implentes humo*] Idem importat, obſtruxerunt, quod impleuerunt humo, ſeu potius vnum eſt explicatio alterius, quomodo, ſcilicet obſtruxerant, nempe humo implentes.

19 *Recede à nobis*] Per prolepſim hic ponitur, quia hoc dixit, cum fodit puteum, pro quo non fuit contentio, & tunc aſcendit in Berſabee, vt habetur infra in hoc capite.

At

a b c g l m

ſ. & nolens contendere, ſed elongans ſe à ciuitate. — alij vallem, ſed quaſi frequenter decurrentibus aquis. — i. refodit in eodem torrente, ſeu valle Geraræ.

a b c d e f g h i k l m n o

At ille diſcedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretq. ibi: rurſum fodit alios puteos,

quos foderant ſerui patris ſui Abraham, & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant Philiſthijm:

i i k l

ſ. ſerui Iſaac. — ſ. alios puteos denuo ab ijs, quos refoderant.

a b c d e f g h i k l

appellauitq. eos eiſdem nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderuntque in torrente,

a b c d

præter ipſum ſcilicet: — i. iugiter ſcaturientem.

a b c d e f g h i k l m n o

& repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac,

n

in Hebræo: Heſec, alij contentionem, Septuaginta: iniuſtitiam.

a b c d e f g h i k l m n

dicentium: Noſtra eſt aqua: quamobrem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit calumniam.

n

in Hebræo Sathana, ſiue Sitha. aliqui odium. Septuaginta, ſicut Vulgatus.

a b c d e f g h i k l m n

Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati ſunt, appellauitque eum, inimicitias.

o

in Hebræo Rehoboth.

a b c d e f g h i K l m n o

Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaq. vocauit nomen eius, latitudo,

f g h l

i. vt creſcamus, & augeamur in bonis, & pecoribus. — hic ſecundum hiſtoriæ ordinem Abimelech à ſe abire iuſſit, & tunc aſcendit in Berſabee.

a b c d e f g h i k l m n o p

dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram. Aſcendit autem ex illo loco

b d e f l m n o

de quo ſupra cap. 21. — vt conſolaretur Iſaac in iniurijs illatis. — per ſpecialem curam, & fœdus initum.

a b c d e f g h i k l m n o p q

in Berſabee, vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui,

d e f g g h l m

ſ. vt te cuſtodiam, protegam, faueamq. tibi. — i. benefaciam tibi, in quibus vero ſ. in his quæ ſequuntur. — i. prolem tuam.

a b c d e f g h i k l m n o

noli timere, quia ego tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum

d e f l

in gratiarum actionem, pro conſolatione, & promiſſione. — i. fixit & conſtruxit.

a b c d e f g h i k l

meum Abraham. Itaque ædificauit ibi altare, & inuocato nomine Domini, extendit

f g

i. refoderent. — quem Palæſtini obſtruxerant.

a b c d e f g h i k l m

tabernaculum: præcepitq. ſeruis ſuis, vt foderent puteum. Ad quem locum cum veniſſent

a b c m n o p

ſ. cum cœtu amicorum, inter quos Ochozatha. — nolens amicitiam renuere, ſed occaſionem renuendi proponens.

a b c d e f g h i K l m n o p

de Geraris Abimelech, & Ochozatha amicus illius, & Phicol dux militum, locutus eſt eis Iſaac:

f g h i K l

quando dixit Abimelech: recede à nobis, quia potentior, &c.

a b c d e f g h i k l m n

Quid veniſtis ad me hominem, quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? Qui reſponderunt:

a b c d

i. certo percepimus *i. tibi fauere Dominum.*

a b c d e f g h i K l m n o

Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco nos diximus: ſit iuramentum inter nos, & ineamus

h i K m n

ſub. licet recedere te à nobis iuſſerimus. *vt ſ. arriperemus.*

a b c d e f g h i k l m n o p

foedus, vt non facias nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus

i k

i. in his, in quibus tibi benefecit.

a b c d e f g h i k l m n o

quod te læderet: ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini. Fecit ergo eis conuiuium,

g

ſ. ieiuni.

a b c d e f g h i K l m n o p

& poſt cibum & potum ſurgentes mane, iurauerunt ſibi mutuo: dimiſitq. eos Iſaac pacifice in

o p q

iam ante initum fœdus.

a b c d e f g h i k l m n o p q

locum ſuum. Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac annunciantes ei de puteo, quem foderant,

h n

Hebraice Siba. *ſ. inde.*

a b c d e f g h i k l n

atque dicentes: inuenimus aquam. Vnde appellauit eum, abundantiam: & nomen vrbi impoſitum

b k l m o

de quo ſupra, cap. 21. *ſ. inconſultis parentibus* *quæ & Aganuda, & Ada.* *qui & Elon.*

a b c d e f g h i k l m n o

eſt Berſabee, vſque in præſentem diem. Eſau vero quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri

c e k l m n o

quæ & A[illegible], & Alibamin. *qui & Euſebon, & Ana.* *ſ. ratione coniugij.* *ſ. quia ad prouinciales ægre ferebant cognationem ſuam copulari.*

a b c d e f g h i k l m n o

Hethæi, & Baſemath filiam Elom eiuſdem loci: quæ ambæ offenderant animum Iſaac, & Rebeccæ.

S C H O L I A.

20 *Et ille diſcedens vt veniret ad torrentem Gerara*] Diſcedens Iſaac, nolensq. contendere, elongans ſe à ciuitate, venit ad torrentem Gerara. Septuaginta legunt: vallem. & quidem *Nahal*, & torrentem, & vallem ſignificat. torrens autem dicitur ex aqua ibi quandoque currente ex deſcenſu pluuiarum, vel niuium reſolutione. Porro ibi refodit puteos, quos ſerui patris ſui aliquando foderant. quid autem ſit Gerara, diximus ſupra, capite 10. & 20. נחל

21 *Foderuntq. in torrente, & receperunt aquam viuam*] Licet enim, cum primum fodere cœperant, tantum intenderent, vt deſcendentem aquam retinerent pro tempore ſiccitatis, cæterum præter ſpem eius accidit, vt aquam viuam inuenirent, id eſt, ſcaturientem, & iugiter manantem: & hi putei alij ſunt ab illis, quos obſtruxerant homines regionis illius, & refoderant ſerui Iſaac, & eiſdem, quibus antea nominibus, appellauerant.

22 *Sed & ibi iurgium fuit.*] De rixa & iurgio, vide ſupra, cap. 13. modo S. Thomas, ſeruos Iſaac, calumniam paſſos aſſerit, nec rixatos, ſed terræ incolæ, inquit, rixati ſunt contra eos. S. T. 22. q. 41. ar. 1. ad 2.

23 *Ex eo quod acciderat vocauit calumniam*] In Hebræo *Heſec*, quidam contentionem, vel iurgium עשק

vertunt,

עשק
עש
גזל
Hier. q. hebr. in Gen.

vertunt, quod ſcilicet contenderint cum Iſaac ſuper puteo. alij vertunt: occupationem vel detentionem à verbo *Haſſach* iuxta R. Dauid in libro radicum; qui conſtituit diſcrimen inter *Haſſac* quod ſignificat detinere acceptum, vel quod quis habet, & *Gazal*, quod eſt rapere quod non habebat. Cæterum ſanctus Hieronymus, & Vulgatus vertunt calumniam.

τὴν ἀντικειμένην, & ἐναντίωσιν
שטנה
שטנה

24 *Appellauitq; eum inimicitias*] Aquila, & Symmachus, *Tin Antichimenin*, & *Enantioſin*, ideſt, aduerſum atque contrarium. in Hebræo eſt *Satana*. Hieronymus legit, *Satana*, ex quo colligit, Sathanam contrarium interpretari. alij legunt *Sitnah*, ideſt, diuerticulum; ſed Hieronymus & Vulgatus vertunt inimicitias. Cæterum hæc nomina varia ex diuerſis, quæ acciderant, impoſita, non multum diſſident, & quantum ad veritatem rei idem quaſi important, & verificari poſſunt. fuit enim contentio inter illos & ſeruos Iſaac, & fuit detentio laborantium, & diuerticulum, & inimicitiæ inter contendentes, & contrarietas; & propter prædicta putei prædicti imperfecti relicti ſunt, vt auctor eſt Ioſephus.

Ioſeph. 1. anti. c. 14.

רחבות
Ioſeph. 1. anti. cap. 14.

25 *Itaq; vocauit nomen eius latitudo.*] In Hebræo *Rehoboth*, ideſt, latitudines, vel propter abundantiam aquæ, vel quod latius viuerent; vnde ſubditur: Nunc dilatauit nos Dominus: & teſte Ioſepho hic puteus perfectus, reliquis, vt dictum eſt, imperfectis manentibus. Porro ſi hiſtoriæ ordinem ſpectes, hoc loco Abimelech ipſum Iſaac à ſe recedere iuſſit, quod potentior factus fuerit valde, ſicut iam in hoc eodem capite dictum fuerat, ſed per prolepſim.

25 *Et fecit creſcere ſuper terram.*] Ideſt, vt creſcamus, & augeamur in bonis, & armentis ſuper terram.

27 *Aſcendit autem Iſaac ex illo loco in Berſabee.*] Quid Berſabee, ſupra diximus cap. 21. duobus in locis, & vt conſtat ex impoſitione Iſaac, vt habetur in fine huius capitis, dictus eſt in Hebræo *Siba*, quod eſt abundantia & ſaturitas.

שבעה

Hier. q. hebr. in Gen.

28 *Et Ochozath amicus eius & Phicol*,] Hieronymus legit, & Ahuzat pronubus eius: aſſerit tamen in Hebræo haberi: collegium amicorum, inter quos & Phicol princeps exercitus, forſan Abimelech cum amicorum cœtu acceſſit, inter quos erant præcipui Ochozath, & Phicol: & ita Vulgatus illorum nomina expreſſit; licet Ochozat, vt eſt nomen appellatiuum, & cœtum amicorum importet.

29 *Quid veniſtis ad me hominem quem odiſtis*,] Licet enim Iſaac illorum amicitiam renuere nollet, occaſionem tamen illam renuendi propoſuit.

30 *Vidimus tecum eſſe Deum.*] Vidimus, ſubintellige iuxta Hebræum, videndo; quaſi dicat, videndo vidimus, ideſt, certo percepimus. eſt linguæ idiotiſmus. Porro, tecum eſſe Dominum, hoc loco idem eſt, quod Deum tibi fauere. ex cunctis enim proſperis, quæ ei acciderant, & ſubita bonorum multiplicatione id colligebant.

31 *Sit iuramentum inter nos:*] Chaldæus: confirmetur nunc iuramentum, quod erat inter Patres noſtros, & inter nos & te. Septuaginta: ſit imprecatio inter nos & te. forſan reiterari petijt iuramentum cum Abraham hactenus factum.

32 *Sicut & nos nihil tuorum attigimus.*] Satisfaciunt illius querelæ, quaſi dicant: licet te emiſimus non tamen, læſimus, aut quidquam ex bonis tuis detraximus.

33 *Surgentes mane*,] Hebræi id factum dicunt ob reuerentiam iuramenti, ante omnem potum, cum ieiuni eſſent.

34 *Inuenimus aquam.*] Licet iam ante fœdus præcepiſſet refodi puteum, quem ſerui patris ſui antea foderant, & Philiſtijn obſtruxerant, poſt initum tamen fœdus cum Abimelech, aquam inuenerunt. Porro, vt teſtantur Hieronymus, & Auguſtinus, Septuaginta legunt: Non inuenimus aquam, & vocauit nomen eius iuramentum. in Hebræo autem, cui Aquila & Symmachus conſentiunt, dicitur: Inuenimus aquam, & appellatus eſt ſaturitas. Inuenimus aquam, abundantem intellige, & ad ſatietatem, quare ſubditur: & appellatus eſt ſaturitas.

Hier. q. hebr. in Gen.
Aug. tom. 4. q. in Gen.

45 *Eſau vero quadragenarius duxit vxores duas.*] Inconſultis quidem parentibus, vt teſtatur Ioſephus, Eſau duas Hethæas duxit vxores. non enim habebat libenter ad prouinciales ſuam copulare cognationem, ſed nolens eſſe moleſtus, conſilio tacere decreuit, quin & poſtea ipſum vocauit, vt ei benediceret.

Ioſeph. 1. anti. cap. 14.

46 *Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elom.*] Ioſephus alijs nominibus de his loquitur dicens: duxit Aganuda Melonis filiam, & Alibanim Euſebonis, virorum inter Chananæos valde potentium. nec mirum, quia & vnus antiquitus, ſicut & nunc plura ſortitus eſt nomina. vnde & Geneſ. 36. hæc eadem Iudith dicitur Ada filia Elon mater Eliphaz, & Beeri pater Iudith ibidem appellatur Elon & Baſemath alia vxor, quæ in Hebræo *Baſmath*, Geneſ. 36. dicitur Aholibama filia Ana filij Sebeb: & Elon Chetæus pater eius. Gen. 36. dicitur Ana filius Sebeon Chenæus.

Ioſeph. 1. anti. cap. 14.
בשמת

37 *Quæ ambo offenderant animum Iſaac, & Rebeccæ:*] Chaldæus: Et fuerunt rebelles & irritatrices contra mandatum Iſaac, & Rebeccæ. Septuaginta: Et erant contendentes cum Iſaac, & Rebecca; quæ in idem incidunt, cuius cauſam inſinuat Hieroſolymitanũ Thargum, immo & expreſſit, cum ait: Et fuerunt rebelles, & inflato animo, colentes idola, nec recipientes doctrinam, neque ab Iſaac, neque à Rebecca. Quidam hoc referunt ad earum conciues, qui, ſcilicet, Hethęi offenderant animos parentum Eſau. Alij affirmant, ex vtriuſque coniugio offenſos fuiſſe. vnde legunt: Quæ res excruciauit vtriuſque animum, ſiue fuit amaritudo, ideſt, amarum reddidit eorum ſpiritum, vt ſit ſenſus, quę ambo ex earum coniugio ſoceros offenderant. forſan vtrumque innuit ſacer textus eiſdem verbis, & quod à principio ex vtriuſque coniugio parentes offenſi ſint, & magis ductu temporis; ob earum impietatem, vt Chaldæi. Septuaginta, & Hieroſolymitani Thargi lectiones inſinuant.

CAPVT XXVII.

a e f g
.i. iam ſenio confectus eſt. .i. ita vt caliginoſi cæcutirent.
a b c d e f g h i k l m n o
Senuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: Vocauitq; Eſau filium

n a b
iux:a Hebræum: Ecce ego ſenui, & ignoro.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſuum maiorem, & dixit ei: fili mi? qui reſpondit: Adſum. Cui pater: Vides, inquit, quod

a g h i
q. d. mors mihi iam inſtet. .ſ. quæſo: vt ſint verba hortantis, & non præcipientis. .i. inſtrumenta venationis .ſ. pharetram, & arcum.
a b c d e f g h i k l m n o
ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere

i l
.i. cibos. .i. ſicut libenter me veſci noſti.
a b c d e f g h i k l m n o
foras: cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, &

e f g h o
.i. vt imprecer tibi felicia, & fauſta ex animo. .i. ego. ſciens Iacob ex diuina ordinatione, ſupra c. 25. deberi primogenituram.
a b c d e f g h i K l m n o
affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea, antequam moriar. Quod cum audiſſet Rebecca,

b h
.ſ. Eſau. .ſ. Iſaac.
a b c d e f g h i k l m n o p
& ille abiiſſet in agrum, vt iuſſionem patris impleret, dixit filio ſuo Iacob: audiui patrem
tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: affer mihi de venatione tua, & fac cibos

d e f g g o
.i. imprecer tibi ex animo à Deo bona, & fauſta. .i. Deo fauente. .i. conſenti. Iuxta Hebræum. audi vocem meam in eo, quod præcipio tibi.
a b c d e f g h i k l m n o
vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce

f
.ſ. non multum diſtantem.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
conſiliis meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri

k
.ſ. imprecando felicia, & fauſta.
a b c d e f g h i k l m
tuo, quibus libenter veſcitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam

l
in Hebræo Seir.
a b c d e f g h i k l m n o p q
moriatur. Cui ille reſpondit: Noſti quod Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis: ſi

a f
iuxta Hebræum ſubintelligitur, ſi ſorte. .i. perceperit me eſſe.
a b c d e f g h i k l m n o p
attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducam

c e g h o
.i. malorum imprecationem. .i. bonorum imprecatione. credens quod Deus ſic diſponeret, & benedictionem conſequeretur. .i. malorum imprecatio. Iuxta Hebræum: maledictio tua.
a b c d e f g h i x l m n o
ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: in me ſit, ait, iſta maledictio,

---

d e f
.i. crede verbis meis.
a b c d e f g h i K l m n o p q
fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditq; matri.

---

m n
.i. pretioſioribus, forſan ex rebus odoriferis contextis.
a b c d e f g h i x l m n o p
Parauit illa cibos, ſicut velle nouerat patrem illius. Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud

---

d e h m
.ſ. Iacob. admodum chirothecarum, ſic vt apparentur figura manus. iuxta Hebræum: læuitatem ſeu læuorem.
a b c d e f g h i k l m n
ſe habebat domi, induit eum: pelliculaſq; hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.

---

f
iuxta Hebræum: parauerat.
a b c d e f g h i K l m n o
Deditq; pulmentum & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: pater mi? At ille

---

m o
quantum ad ius primogenituræ, quod emerat. myſtice quantum ad primogenituram, quam putas. ſicut Chriſtus de Ioanne dixit: ipſe eſt Elias.
a b c d e f g h i x l m n o p
reſpondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob: Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci

---

a b c l m n o p q
modus loquendi filiorum in ijs, quæ à patre quomodolibet dicta ſunt. .i. vt mihi ex animo bona preceris.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſicut præcepiſti mihi: Surge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.

---

f g
.i. quid iſtud. que ha ſido, que tan preſto lo hallaſte?
a b c d e f g h i k l m n o
Rurſumq; Iſaac ad filium ſuum: quomodo, inquit, tam cito inuenire potuiſti, fili mi? Qui

---

b c d
.i. Deus ſcit.
a b c d e f g h i x l m n o
reſpondit: Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi quod volebam: Dixitq; Iſaac: Accede huc,

---

g
.i. experiar, & tentem.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
vt tangam te fili mi, & probem, vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad

---

g h i k l m n o
erant enim valde ſimiles, & vix, niſi quia hirſutus erat Eſau, diſſimiles in alio percipiebantur.
a b c d e f g h i K l m n o p
patrem, & palpato eo, dixit Iſaac: Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt

---

m m a b
.i. cum vellet benedicere. per prolepſim, non enim benedixit niſi poſt cibum.
a b c d e f g h i K l m
Eſau. Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens

---

K l
ſicut ſupra, quantum ad ius primogenituræ, de quo eſt ſollicitus.
a b c d e f g h i k l m n o p q
ergo illi, ait: Tu es filius meus Eſau? Reſpondit, ego ſum. At ille. Affer mihi, inquit,

---

cibos

g h i k l
.i. vt imprecer tibi ex animo fælicia, & fauſta. .i. ego.
a b c d e f g h i k l m n o p
cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet,

obtulit ei etiam vinum, quo hauſto. Dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi oſculum, fili mi.

m. a
.i. imprecans illi fælicia, & fauſta.
a b c d e f g h i k l m
Acceſſit & oſculatus eſt eum. Statimq; vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedicens

h i x m n r ſ
.i. floribus odoriferis referti. .i. quem Dominus vberem & florentem nimium fecit, ſiue varijs floribus à Domino refertus eſt. quod vos minus lædat, quam pruina, & pluuia, & multum fructificat.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore

d c d e f g h i l m n
.i. fertilitate. quia ex cæli influxu, & bona terræ diſpoſitione fructuum abundantia pendet. & ſubintelligenda pluuia, & alia quibus terra e cælo fœcundatur. eſt explicatio præcedentium verborum, quid, ſcilicet, abundantia frumenti & vini. non in Iacob, ſed tempore Dauid, & Salomonis adimpleta ſunt.
a b c d e f g h i k l m n o
coeli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Et ſeruiant tibi populi, &

a d e i x l m n o
eſt idem quod incuruentur. .i. ſuperior. idem quod adorent. in Chriſto Domino adimpletum, cui filij Abrahæ ſecundum fidem, & ſecundum carnem, ex quibus Chriſtus.
a b c d e f g h i k l m n o
adorent te tribus. Eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.

b c d e t i K l m
.i. mala imprecabitur. .i. ſimilia illi ſuccedant. .i. qui bona precabitur. .i. ſimilia illi det Deus abundanter.
a b c d e f g h i K l m
qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

S C H O L I A.

1 S*VME arma.*] More Hebraico, per arma, inſtrumenta intelligit venationis, quæ ſtatim exprimit: pharetram dicens & arcum, quamuis paraphraſtes Chaldæus per pharetram gladium vertat: ſed in Hebræo eſt *Theli*, ideſt, pharetra à verbo *Taleh*, quod eſt ſuſpendere; nam ad collum ſuſpendunt cã ſagittarij. Porro, vbi dicitur, ſume, ſubintelligendum eſt, quæſo, iuxta Hebræum, vt ſit, ſume quæſo arma, & ſint potius verba hortantis, quam præcipientis. תלי תלה

2 *Sicut velle me noſti,*] Ideſt, ſicut me libenter veſci noſti. Porro, quidam iuxta Hebræos ferunt conſuetudinem fuiſſe, ante ſimiles benedictiones filium benedicendum obſequium aliquod parẽti exhibere ſolitum, & menſæ miniſtrare. Alij vero dicunt, in his magis prophetice prænuntiaſſe Iſaac, ſicut Iacob infra cap. 49. cum congregari filios iuſſit: & quandoque prophetas excitare ſe ad prophetandum, præmiſſa optima diſpoſitione, vt videre eſt. 4. Reg. 3. de Eliſeo, qui iuſſit pſaltem pſallere, vt prophetaret.

3 *Vt benedicat tibi anima mea, antequam moriar.*] Bonorum imprecatio frequenter in Scriptura benedictio dicitur, ſicut hoc loco ex verbis textus, quæ infra in hoc cap. referuntur, & ex verbis Ioſephi 1. antiquitatum apparet, vt ſit ſenſus: benedicat, ideſt, imprecer tibi fælicia, & fauſta. prophetice tamen in eis locutus eſt. vnde Auguſtinus, ex hoc quod cibum petijt Iſaac, & mater feſtinat pro Iacob, verba prophetiæ myſterio non vacare aduertit. Porro, dicitur anima mea more Hebraico, id eſt, ego, quaſi dicat: vt ego benedicam tibi: ſubintelligendum tamen eſt ex more loquendi, ex animo, vt, ſcilicet, ex animo imprecer tibi fælicia, & fauſta. *Ioſeph. 1. anti. cap. 14.* *Aug. q. 79. in Gen. to. 4.*

4 *Benedicat tibi priuſquam moriatur.*] Sciebat Rebecca, ex diuino oraculo ſupra cap. 25. vt Chryſoſtomus aduertit, ius primogenituræ Iacob deberi, & ideo omnem lapidem mouet mater, vt paternam benedictionem conſequatur. *Chryſ. ho. 53. in Gen.* *Theod. q. 78. in Gen.*

5 *Quibus libenter veſcitur.*] Ex Hebræo eſt: ſicut dilexit; ſic Chaldæus, & Septuaginta. ſed idem eſt omnium ſenſus.

6 *Homo piloſus.*] Vbi nos piloſum legimus, in Hebræo, vt inquiunt Hieronymus, & Alchuinus, eſt *Seir*, vnde poſtea montis regio, in qua verſabatur, ſic dicta eſt. *Hier. q. hebr. in Gen.* *Alch. q. in Gẽ.* שעיר

7 *In me ſit iſta maledictio fili mi.*] Confidit Rebecca, Deum ſic diſpoſiturum cuncta, vt Iacob paternam benedictionem conſequeretur, & non eſt fruſtrata ſua ſpe. Adde, forſan à Deo reuelatum ipſi fuiſſe. etenim Chaldæus legit hoc loco: Mihi dictũ eſt per prophetiam, quod non venirent maledictiones ſuper te, niſi benedictiones fili mi. quod licet Vulgatus nõ expreſſerit, verba tamen Rebeccę multam euentus certitudinem præſeferunt.

8 *Tantum audi vocem meam.*] Subintelligendum eſt, in eo quod ego præcipio tibi. ſic eſt in Hebræo expreſſe: Chaldæus legit: Et nunc fili mi acquieſce verbo meo, quod ego præcipio tibi: Septuaginta: Audi me, ſicut ego præcipio tibi.

Hier. q. hebr. in Gen.

9 *Et veſtibus Eſau valde bonis.*] Iſtas veſtes ex rebus odoriferis contextas veroſimile eſt, quas Hieronymus ex Hebræis refert ſacerdotales fuiſſe, quibus primogeniti induti Deo victimas offerebãt, antequam Aaron ad ſacerdotium eligeretur. Cæterum quidquid de hoc ſit, etiam apud nos magnatum primogeniti pretioſioribus veſtibus induuntur, quam alij fratres. valde igitur bonis, ideſt, pretioſioribus.

Origen. lib. 6. ſtromaton.

Plato 3. de repub.
Hier. in epiſt. ad Galat. c. 2.
Chryſ. in fine libri 1. de ſacerdotio. & ho. 53. in Gen.
Caſſian. li. 17. coll. à cap. 17. vſque 21.

Aug. lib. 1. de mendacio c. 2. & in epiſt. ad Hieron.
3. d. 38. & 22. q. 69. ar. 1. & 2. & q. 70. a. 4 & q. 100. a. 3. & 4. & q. 111. ar. 1. & q. 124. ar. 5. ad 2.
Amb. lib. 2. de Iacob, & vita beata. c. 2.
Aug. l. de mendacio c. 2. tom. 4. q. 74. in Gen. & 16. de ciu. Dei c. 37.
Chryſ. in epiſt. ad Colloſ. & ho. 53. in Gen.
Theod. q. 80. in Gen.
Iſidor. in hunc locum.
Beda in Gen.
Ruper. in Gen.
S. T. 22. q. 100 ar. 3. ad 3. & 3. d. 38 q. 1. a. 5

10 *Ego ſum primogenitus tuus Eſau.*] Origenes cenſet mendacia, & ſimulationes quandoque Chriſtianis licere, & vtilia eſſe, & ſapientem virum officioſo mendacio vti, vel ad aliquod damnũ vitandum, vel ad bonum aliquod conſequendum; non ſecus quam medicamine, cum neceſſe fuerit, vt auctor eſt Plato. Origeni videntur conſentire Hieronymus, Chryſoſtomus, & Ioannes Caſſianus eius diaconus, & diſcipulus, quod multis ſcripturæ exemplis conantur aſtruere: ſed certe abuſiue, & improprie nomine mendacij forſan loquuntur, pro eo quod prima facie ita apparet; licet ex exemplis quæ inducunt, aliqua à mendacio non excuſem; ſed ſuis proprijs locis expendentur. Quod autem vere mendacium, licet minimum & officioſum ſit, non liceat quacumque cauſa, non ſolum Auguſtini, & Theologorum omnium Scholaſticorum communis conſenſus, ſed & aperta Eccleſiæ determinatio eſt in Decretalibus titulo de vſuris. cap. ſuper eo, ex Innocentio tertio. Immo & Scripturæ teſtimonijs firmari poſſe videtur. 1. Ioannis 1. Omne mendacium non eſt ex veritate, ideſt, ex Deo. Ad Epheſ. 4. Propter quod deponentes omne mendacium loquimini veritatem, &c. Iacob vero, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & Gregorius hom. 6. in Ezechielem. & 17. moral. lib. & Theodoretus, Iſidorus, Beda, Rupertus, & Innocentius tertius de diuortijs capite gaudemus. & fere omnes, inter quos, & S. Thom. excuſant eum à mendacio; cum enim primogenitura ei ex domini diſpoſitione deberetur, vere dixit ſe primogenitum, iure, ſcilicet, & Eſau, myſtice de ipſo loquendo; ſicut & Chriſtus Dominus, vere Ioannem dixit ipſum eſſe Heliam, myſtice quidem & in ſpiritu: ita & Iacob vere erat cui debebatur primogenitura, quem pater vocabat Eſau. ex diuino igitur inſtinctu motus loquebatur, ad eum ſenſum verba ſua implicite, vel explicite dirigens, ad quem Spiritus Sanctus ordinabat.

11 *Voluntas Dei.*] Ideſt, decretum Dei, vel: Deus occurrere fecit. Porro, vbi dicitur Dei, ſubintelligendum, eſt iuxta vim Hebraicæ vocis, Domini Dei tui.

Ioſeph. 1. anti. cap. 14.

Hier. epiſt. 124 & 125.

12 *Vox quidem, vox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau.*] Teſtatur Ioſephus valde in omnibus ſimiles fuiſſe, vtpote qui gemini erant, vixq. diſſimiles, niſi quod hirſutus erat Eſau, Iacob vero lenis: vnde ſequitur: Cognouit eum, quia, &c. Iam vt quid Deus paſſus ſit, ſic decipi ſanctum Iſaac, quæſiuit S. Damaſus à S. Hieronymo, cui optime ſatiſfacit. Videndus eſt etiam S. Gregor. in moralib. & ho. 6. in Ezech.

13 *Benedicens ergo illi, ait, tu es filius meus Eſau.*] Per prolepſim hic dicitur benedicens; non enim benedixit, niſi poſt cibum.

14 *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.*] Ideſt, ſicut odor agri fragrantibus floribus onuſti, & abundantis. Porro cui benedixit Dominus, ſchemate Hebraico, ideſt, quem vberem, & fructiferum, & varijs floribus refertum fecit Dominus.

Theod. q. 8 in Gen.
Paſchaſ. lib. ad Placidu c. 21.
S. Vigil. lib. cont. Euthic.
Iulius de erroribus profanarũ religionum c. 19. ad Conſtantium & Conſtãtem Auguſtos.

15 *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini.*] De rore cæli dicitur, quod ros minus lædat, quam pruina aut pluuia, multumq; fructificet: de pinguedine vero terræ, Hebraico ſchemate, ideſt, de terra fertili & pingui, ex his enim abundantia terrænaſcentium pendet: Chaldæus legit: De optimo terræ. Quod vero additur: Frumenti & vini, explicatio eſt priorum verborum, vt ſcilicet abundantia ſit frumenti & vini. vnde & aliqui vertunt pinguedines terræ, id eſt, pinguia, quæ terra producit. conſtat etiam iuxta Hebræum, quod circumfertur, eſſe tantum frumenti, & vini noui, ſiue muſti, & ſimiliter infra: frumento & vino, non addit oleo; & Pſalm. 4. dicitur de fructu frumenti & vini, ſic eſt in Vulgato iuxta veram correctionem; licet in aliquibus biblijs addatur, & olei. Porro verba hæc Theodoretus, Paſchaſius, Ratbertus, S. Vigilius, Iulius Firmicius Maternus de Chriſto Domino interpretantur. verum hæc ad myſticum puto pertinere ſenſum.

Iulian. Pom lib. 1. contra Iudaos.

16 *Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus, eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.*] Hæc conſtat non fuiſſe impleta in Iacob, immo vt potentiorem Eſau fratrem ſuum timuit infra cap. 32. Sed tempore Dauid & Salomonis, quando Idumæi ſeruire Iudæis ſunt compulſi, & etiam ſecundum litteram tempore Chriſti Domini, vt Iulianus Pomerius Toletanus Archiepiſcopus cenſet, cui & Iudæi filij matris ſuæ ſecundum carnem, ſcilicet Iudææ, & filij Abrahæ ſecundum fidem ſeruierunt, & ante ipſum curuantur, cui data eſt poteſtas in cælo, & in terra Matth. vltimo. Porro Hebræus eadem voce vtitur, vbi dicit, adorent, & vbi dicit, incuruentur: & certe idem intelligendum eſt per vtrumque; & licet de Chriſto Domino verificentur de vera adoratione latriæ, & vero dominio, hoc tamen loco ex vi verborũ Hebraicorum ſermo eſt de reuerentia, quæ excellentioribus perſonis tribuitur; & de Domino, pro eo quod ſuperiorem importat: nam & primogenituræ poſſeſſio, in huiuſmodi benedictionibus, à patribus iam iam morituris primogenito dabatur; cui inter cætera non ſolum à fratribus honor reddebatur, & in

bonis

bonis duplex portio dabatur, ſed & fratribus ſuperior erat, ſicut modo eſt in primogenitis principum. licet ergo ex vi vocum Hebraicarum, non attingat principatum perfecti dominij, vt fuit in Chriſto ſecundum maiorem perfectionem, quam in omnibus primogenitis, non tamen illud excludit, quia & hæc reuerentia, vt excellentiori perſonæ etiam Chriſto debebatur, & ſic prædicta verba, vt diximus, in Chriſto ſecundum litteram verificari poſſunt.

17 *Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus.*] Id eſt, qui bona & fælicia fuerit precatus tibi, bona illi ſuccedant & fauſta; quæ verba maxime de iuſtis intelliguntur, quibus mala precari, non eſt abſque peccato, cum maledictio ſoli peccatori debeatur. Porro, Ioſephus multis verbis benedictionem hanc proſequitur; & certe ſi Iacob benedictiones, & Dauidis in Salomonem conſulas, colliges multa hic ſileri, quæ imprecari, & dici in huiuſmodi benedictionibus ſolebant. *Ioſeph. l. anti. cap. 14.*

a b c f
iuxta H-b-aum.: Iam Iſaac. .ſ. imprecationem, ſiue benedictionem. iuxta Hebraum: ſimul ac egreſſus.
a b c. d e f g h i k l m n
Vix Iſaac ſermonem impleuerat: & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctoſq; de venatione

p q
.i. vt impreceris ex animo mihi fauſta & fælicia:
a b c d e f g h i k l m n o p q
cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi

anima tua. Dixitq; illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus

c d e
hic forſan cognouit in extaſi Iſaac prædicta diuina ordinatione facta fuiſſe.
a b c d e f g h i K l m n o p q
Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltra quam credi poteſt, admirans, ait: quis igitur ille eſt

o
.i. precatus ſum fauſta & fælicia.
a b c d e f g h i K l m n o
qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priuſquam tu venires? benedixiq;

b c d i
confirmat factum, quia iam diuina diſpenſatione factum cognouerat. iuxta Hebraum: clamauit.
a b c d e f g h i k l m
ei, & erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore magno: &

l c d c o
iuxta Hebraum: vehementer amaro. .i. imprecare etiam mihi felicia & fauſta: in bonam partem interpretandum eſt, quia iam ſciebat, à Deo hæc dirigi.
a b c d e f g h i k l m n o
conſternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter,

c d n
.ſ. quam tibi dare inſtitueram. .i. ſupplantator.
a b c d e f g h i k l m n
& accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit: Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob:

g l m n o
.i. ius primogenituræ. in vtroque Iacob ſuam redemit vexationem à Deo directus.
a b c d e f g h i k l m n o
ſupplantauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit

c m
.ſ. Eſau ait. .i. fælicium & bonorum imprecationem.
a b c d e f g h i k l m
benedictionem meam. Rurſumq; ad patrem: Numquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem?

b c l
quaſi ſe excuſans. .i. ſuperiorem. illi .ſ. quæ primogenitis debebatur ab alijs fratribus.
a b c d e f g h i k l m n
Reſpondit Iſaac: Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui:

frumen-

d h i n o p a b
.i. poſtquam omnibus eum donaui. .i. quibus te donabo. .i. etiam poteris multa precari, in quibus communes eſſe poſſumus.
a b c d e f g h i k l m n o p
eum, & tibi poſthac, fili mi, vltra quid faciam? Cui Eſau: Num vnam, inquit, tantum

h
.i. fauſta impreceris.
a b c d e f g h i k l m n
benedictionem habes pater? mihi quoque obſecro vt benedicas. Cumq. eiulatu magno fleret, motus

e f g n o p q r a
.i. de terra naſcentibus. .i. in his abundare te faciet Deus. Iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum. Habitatio tua. .i. in arte militari comparabis victum, vel eris vir bellicoſus.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Iſaac, dixit ad eum: in pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit benedictio tua. Viues in

b c d e f i k l m n
impletum fuit tempore Dauid 2. Reg. 8. impletum fuit 4. Reg. 8.
a b c d e f g h i k l m n o p
gladio, & fratri tuo ſeruies: tempusq. veniet, cum excutias, & ſoluas iugum eius de

h i
.i. pro imprecatione patris, quam vt primogenitus conſecutus fuit.
a b c d e f g h i k l m n
ceruicibus tuis. Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater:

a b c d g h i
forſan etiam verbis. vel ſi corde tantum, Rebecca diuinitus ſciuit. .i. mortis, in qua lugeri ſolet. timuit enim maledictionem patris, ſi eo ſuperſtite fratrem occideret.
a b c d e f g h i k l m n o p
dixitq. in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata

ſunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vocans Iacob filium ſuum, dixit ad eum: Ecce Eſau frater

b k l
.ſ. in hoc de præteritis conſolatur, quod .ſ. occidet te, & minatur. .i. crede verbis meis.
a b c d e f g h i k l m n o p q
tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad

m n
.i. conquiſcat, vel remittatur furor.
a b c d e f g h i k l m n
Laban fratrem meum in Haran; habitabisq. cum eo dies paucos, donec requieſcat furor

l m
.i. contra eum, tamen iuſte redimendo, ſcilicet vexationem tuam.
a b c d e f g h i k l m n
fratris tui, & ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturq. eorum quæ feciſti in eum: poſtea

g h i k
vno .ſ. occiſo, & altero profugo ob mortem fratris.
a b c d e f g h i k l m n o p
mittam & adducam te inde huc: cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitq. Rebecca

g h k l m n o p a
non enim bene habebat prolem ſuam ad prouinciales copulare. quærens occaſionem mittendi Iacob, & elongandi à furore fratris, dixit: huius terræ.
a b c d e f g h i k l m n o p
ad Iſaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe

c d
in tanta .ſ. amaritudine.
a b c d
huius terræ nolo viuere.

SCHOLIA.

18 *Expauit Iſaac ſtupore vehementi*] Hebræi ferunt, Iſaac benedictionem Iacob datam retractare voluiſſe, ſed gehennam ſibi paratam vidiſſe, ſi id faceret. hoc tamen certo credo diuinitus agnouiſſe, diſpoſitione diuina factum, vt Iacob benedictioné conſequeretur; & Auguſtinus iuxta Græcam tranſlationem in extaſi id vidiſſe putat: vnde contendente Eſau deinde pro benedictione, ſe excuſat, & factum confirmauit, dicens; & erit benedictus.

Aug q. 80. in Gē. to. 4. & q. 11. no. & vet. teſt. Alb. q. in Gē.

19 *Venit germanus tuus fraudulenter.*] In Hebræo eſt *Bemirma*, quod iuxta peritos, quidquid alij dicant, ſignificat, quod cum dolo, aut cum prudentia fit: & Septuaginta legunt cum dolo. itaq. fraudulenter hoc loco in bonam partem accipiendum eſt, pro eo quod prudenter & caute fit. ſic & 2. ad Corint. 12. Iam enim ſciebat Iſaac à Deo hæc dirigi. vnde & paraphraſtes Chaldæus legit: Venit ſapienter. Iam doli & fraudis vſus in bonam partem etiam apud ſcriptores profanos reperitur, vt apud Aulum Gellium, Terentium, & Vlpianum.

במרמה

Terentius in Eunuch. Vlpian. li. 4 ff. tt. de dolo malo Aul. Gel. l. 12. c. 9.

20 *Nomen eius Iacob*,] Iacob iuxta Hieronymum ſupplantator interpretatur. ex eo igitur, inquit Hieronymus, quod fratrem arte deceperit, alluſit ad nomen, quo ideo Iacob antea vocatus eſt, quod in ortu plantam fratris apprehenderit.

21 *Frumento & vino ſtabiliui eum,*] Hebraiſmus eſt, ideſt, donaui illi abundantiam omnium rerum, eamq. illi imprecatus ſum à Deo. Ceterum & prior benedictio, antequam Iſaac à Deo admonitus eſſet de primogenitura Iacob, in qua perſonæ error eſſe videtur, qui error inualidos contractus, & irritos facere ſolet, etiam in matrimonio, & contra intentionem Iſaac videtur. poſito tamen diuino decreto, vt iam erat de primogenitura Iacob, valida fuit benedictio; vtpote de primaria intentione Iſaac, quæ fuit benedicere primogenitū. ſecundaria autem & quaſi per errorem, erat benedicere Eſau.

21. d. *Et tibi, poſthæc fili mi, vltra quid faciam*] Cum ſermo eſſet de illa ſollemni benedictione, qua hæredes futuri erant promiſſionum Dei, quæ datæ fuerunt Abrahæ & ſemini eius, certe merito dixit: & tibi poſthæc quid faciam; illis ſiquidem tantū dari poterat, ex quibus futurus erat Dei populus benedictionum Dei hæres, quare Abraham continuo excluſit Iſmaelem, cum dictum eſt ei: in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Gen. 21. Et ante obitū ſuum reliquos filios ab Iſaac ſegregauit, ipſumq. ſolum hæredem manifeſtauit, ſic & modo ſanctus Iſaac docuit. At Iacob plures habuit benedictiones, quia omnes illi quibus benedixit futuri erant patres Iſraelitici populi, cui data eſt hæreditas patribus repromiſſa. Iſaac autem vel ſimilem benedictionem à patre ſuo obtinuit, licet ſicut & multa alia non ſit in Scriptura expreſſum, vel quod tot modis filius hæres agnitus & manifeſtatus ſit, non fuit adeo de benedictione ſollicitus.

22 *Motus Iſaac dixit ad eum.*] Pietate motus, & filij ſui Eſau fletu & lacrymis, licet ſe à priori benedictione non excuſauerit, benedixit quoque modo & illi, vt etiam Ioſephus aduertit.

Ioſeph. 1. ant. cap. 14.

23 *In pinguedine terræ & in rore cæli deſuper erit benedictio tua.*] Sicut iam explicauimus, ideſt, in terræ naſcentibus, quæ ex cæli rore & influentijs, & terræ optima diſpoſitione pendent: ſic Hieron.

Hier. q. hebr. in Gen.

24 *Viues in gladio & ſeruies fratri tuo.*] In gladio, ideſt, in arte militari comparabis victum: de cuius poſteris, ſcilicet Idumeis, vide quæ in huius confirmationem ſcribit Ioſephus. quod vero dicitur: & ſeruies, ad tempus Dauid & Salomonis refertur. 2. Reg. 8. Sicut & quod ſubditur: Et excuties iugum, impletum eſt poſtea, ſicut ſcribitur. 4. Reg. 8.

Ioſephus 4. de bello Iud. in obſidione Hieruſalem.

25 *Dixitq. in corde ſuo.*] Forſan non ſolum, ſed etiam verbis aut ſignis; vnde ad aures Rebeccæ peruenit; quamuis & Auguſtinus diuinitus pleraq. reuelata Rebeccæ affirmet: inter quæ, & quod in corde ſuo Eſau dixiſſe, ſcribitur.

Aug. q. 81. in Gen. to. 4.

26 *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob.*] Dicitur luctus, ideſt, mortis, quando paterna hæreditas inter fratres diuiditur, & tunc iurgij occaſio eſt: eo tamen diſtulit, quia timebat patris maledictionem, ſi illo ſuperſtite fratrem necaſſet.

27 *Minatur vt occidat te.*] Subintelligendum eſt: quaſi in hoc de factis conſoletur. Chaldæus legit: Inſidiatur vt occidat te, quod ſubintelligi poteſt, licet Vulgatus ſolum exprimat minas.

28 *Cur vtroque orbabor filio.*] Hoc dixit quia altero occiſo, altero vero ob necem fratris profugo, vtroque ſimul quaſi orbata remaneret.

29 *Tædet me vitæ meæ.*] Licet nollet filios ſuos filiabus gentium coniungi, immo offenſa fuit cum Eſau illas duxerat; addidit tamen: de ſtirpe huius terræ: occaſionem quærens, vt filium ſuum Iacob in Haran mittens, à furore fratris ſui Eſau liberaret.

CAPVT XXVIII.

f .i. bene precatus eſt. f ſequentibus imprecationibus, quæ ſunt poſt mandatum, vt iret in Meſopotamiam.

a b c d e f g h i k l m n o p

Vocauit itaq. Iſaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq. ei dicens: Noli accipere vxorem de gente

Cha-

c g i K l
.i. fuge, ſiue ſurge: ſiue in Aram Padan. .i. cognationem & familiam, iam enim ille obierat.
a b c d e f g h i k l m n o
Chanaan: ſed vade & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ,

o
.i. benefaciat in ſequentibus.
a b c d e f g h i K l m n o
& accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat

b c g i k l m o p q
pro, ideſt. ſ. in multitudine filiorum. in nepotum prole. .i. copioſam habeas poſteritatem. .i. in te compleat promiſſa eius. & benefaciat ſicut illi.
a b c d e f g h i k l m n o p q
tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet: vt ſis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones

b c d e i K n p
.i. proli tuæ. .i. te vita functo. .i. quam incolis, vt peregrinus. iuxta Hebræum. Septuaginta & Chaldæus. dedit. .ſ. Abrahæ. ſic iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Abrahæ, & ſemini tuo poſt te: vt poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt auo tuo.

b h
.i. amandaſſet. ſiue Aran padam, ſiue Aram fluuiorum.
a b c d e f g h i k l m n
Cumque dimiſiſſet eum Iſaac, profectus venit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ. Videns autem Eſau quod benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret, & quod poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens: Non accipias vxorem de filiabus Chanaan: quodq. obediens Iacob parentibus

e h i K
.i. intelligens. .i. diſplicerent, pro coniugio ſuæ cognationis. iuxta Hebræum: quod mala eſſent in oculis patris ſui.
a b c d e f g h i K l m n o
ſuis iſſet in Syriam: probans quoque quod non libenter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus:

b c d
cupiens. ſ. voluntati patris ſatisfacere.
a b c d e f g h i K l m n o
iuit ad Iſmaelem, & duxit vxorem abſque ijs, quas prius habebat, Maheleth filiam Iſmael

d i l
in Hebræo Nebaioth primogenitus Iſmaelis ſupra cap. 25. vbi tunc morabatur Iſaac. Ciuitas eſt Meſopotamiæ, in qua manſerat frater Abrahæ poſt patris mortem.
a b c d e f g h i k l
filij Abraham, ſororem Nabaioth. Igitur egreſſus Iacob de Berſabee, pergebat Haran.

e k
.ſ. montis Moria; vt in ſacro loco in oratione pernoctare poſſet, & vt diuino ſolatio potiretur.
a b c d e f g h i k l m n o p
Cumque veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de

c h
iuxta Hebræum: illius loci. poſt orationem .ſ.
a b c d e f g h i k l
lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco.

SCHOLIA.

ET *benedixit eum.*] Ideſt benè precatus eſt illi, illis ſcilicet verbis, quę paulo poſt apponuntur, poſt mandatum ſcilicet: Deus autem omnipotens benedicat tibi & creſcere, &c. nam infra textus inquit; & quod poſt benedictionem præcepiſſet, &c. quamuis & aliqui dictionem illam poſt vertant, & cum, quaſi vtrumque ſimul fuerit. Ceterùm Vulgatus vertit, poſt. Porrò non deſunt, qui hoc loco, benedicere, pro, maledicere dicant eſſe poſitum.

2 *Sed vade, & proficiſcere.*] Iuxta Auguſtinum hic, vade, pro fuge intelligendum eſt: immo & Græci ſic vertunt; nouerat enim iam Iſaac, minari Eſau necem fratri ſuo Iacob; & ideo quaſi ab eius furore eum fugere voluit. *Aug. q.72. in Gen. to.4.*

3 *In Meſopotamiam Syriæ.*] In Hebræo eſt in *Padan Aram*, hæc eſt Meſopotamia; *Aram*, enim, ideſt, Syria, vna ſic dicta eſt. Aran altera huic coniuncta, quæ dicitur *Aram Padan*, ideſt, priori coniuncta; nam *Padan*, ideſt, copula, & hæc eſt Meſopotamia: nec deſunt, qui Padan dicant eſſe ciuitatem in Meſopotamia, quæ dicta eſt ſupra, Haran ſiue Charan. Porro, Syriæ nomen adeo generale eſt multis prouincijs, vt maximam confuſionem pariat, & ita per priuata, & peculiaria prouinciarum nomina, potius loqui oportet. Plinius eius vndecim prouincias numerat: videndi ſunt Ptolæmeus lib.5. & Ammianus Marcellinus lib. 23.

פדן ארם · ארם · ארם פדן · פדן

Plinius, Ptol. lib.4. Marcel. li. 23.

4 *Benedicat tibi, & creſcere te faciat.*] Coniunctio illa, &, hoc loco, idem valet quod, ideſt, creſcere te faciat, &c. vel benedicat tibi in ſequentibus, ſcilicet, creſcere te faciat, & multiplicet, niſi dicamus, creſcere, multitudinis filiorum ortum importare, multiplicare vero, eorumdem conſeruationem: vel creſcere, ortum filiorum, multiplicare vero, nepotum, & eorum prolis multitudinem denotat.

5 *Det tibi benedictiones Abrahæ.*] De quibus ſupra cap.25. & 22. ſenſus igitur eſt: conferat tibi beneficia, & benefaciat ſicut Abrahamo: & ei promiſſa, in te & ſemine tuo, opere compleantur.

6 *Vt poſſideas terram peregrinationis tuæ.*] Id eſt, terram hanc, quam incolis; adhuc enim erant quaſi peregrini in ea, etiamſi illam Deus Abrahæ promiſerit; quia promiſit dandam filijs; quouſque ergo data eſt eis in poſſeſſionem, veluti peregrini habiti ſunt.

7 *Quod non libenter aſpiceret.*] Ideſt, diſpliceret ei, pro coniugio filiæ Chanaan.

8 *Iuit ad Iſmaelem.*] Putans ſe in hoc, vt par eſt, parentum voluntati ſatisfacere.

8. d. *Mahelcth filiam Iſmael filij Abraham ſororem Nabaioth.*] Maheleth, alij vocant Melech, ſed in Hebræo eſt *Machalath*. Porro, Nabaioth in Hebræo eſt *Nebaioth*. מחלת נביות

9 *Pergebat Haran.*] Ciuitas eſt Meſopotamiæ, vbi remanſerunt frater & cognati Abrahæ, defuncto eius patre Tharæ.

10 *Cumque veniſſet ad quemdam locum.*] Ioſephus propter prouincialium odium dicit Iacob noluiſſe vrbem intrare, ſed extra pernoctare voluiſſe, & multi ex Catholicis contendunt, locum iſtum fuiſſe in monte Moria, vbi Abraham voluit ſacrificare Iſaac: ac proinde veluti in loco ſacro pernoctare voluit in oratione, vt cæleſti ſolatio potiretur: quod & factum eſt.

---

d e f g k
ſymbolum Chriſti Domini. propter eius humanitatem. propter eius diuinitatem.
a b c d e f g h i k l m n
Viditq. in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: angelos

n a b c d e f g
quia per meritum Chriſti, cæleſtia dona & angeli in miniſterium ad nos deſcendunt, & merita noſtra, etiam ipſis quaſi perferentibus, aſcendunt.
a b c d e f g h i k l m n
quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi:

d e f g h i k
per ſpecialem cultum, fœdus, & curam. erat terra Paleſtina.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: Terram in qua dormis, tibi dabo

a b c e f g h i k
pro, ideſt. i. proli tuæ. i. filij tui. per hyperbolen dictum. per filiorum multitudinem.
a b c d e f g h i k l m n o
& ſemini tuo: Eritq. ſemen tuum ſicut puluis terræ: dilataberis ad Occidentem, & Orientem,

i l m
pro, ideſt. i. Chriſto Domino.
a b c d e f g h i k l m n o p
& Septentrionem, & Meridiem: & benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.

c d p a
contra inimicos, & incommoda, ſi qua ſe offerant. pro, & ita complebo.
a b c d e f g h i k l m n o p
Et ero cuſtos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam niſi

comple-

compleuero vniuerſa quæ dixi. Cumque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait. Vere Dominus

a b c d e f g h k l
per ſpecialem modum, quo ſe, ſuis, & ſua manifeſtabat. ante iſtam reuelationem. ex reuerentia viſionis: .i. venerandus.
a b c d e f g h i k l m n o p q
eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque. Quam terribilis eſt, inquit, locus iſte? non eſt

a d c g h o p
.ſ. locus. quod ibi angelos aſcendentes & deſcendentes quaſi in domo propria viderit: quia huiuſmodi viſiones, quaſi apertura, & porta cæli ſunt. impolitum ſicut antea erat.
a b c d e f g h i K l m n o p
hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem

e f g i k l l
ſ. in altum. .i. memoriam eorum, quæ ibi contigerunt, inſtar metæ, ſeu columnæ. quaſi ſacrando. .i. ſuper ſummitatem capitis, vel ſuper caput.
a b c d e f g h i k l m
ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Appellauitq; nomen

b e
.i. domus Dei, vt fortis. .i. amigdalus.
a b c d e f g h i k l m n o
vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum,

a b c d e f g h i
ſi Dominus incolumem me reddere fecerit.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, &

l m n a b
per ſpecialem cultum in hoc loco, & offerendo decimas. & colam Dominum, vt verum Deum.
a b c d e f g h i K l m n
veſtimentum ad induendum, reuerſusq. fuero proſpere ad domum patris mei, erit mihi Dominus

c d e g h i K l m
.i. locus, in quo lapis. .i. memoriam beneficiorum, & vbi poſtea litaret. quod & litare. & inuocare nomen Dei inſtituebat deinceps ibi.
a b c d e f g h i K l m n o p
in Deum, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumq. quæ dederis

b c d d
quarum pars conſumebatur, altera in cibum ſacratum cedebat: in ſacrificium.
a b c d
mihi, decimas offeram tibi.

S C H O L I A.

11 *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram.*] Sacramentum huius ſcalæ, quam Iacob vidit, Hebræorum doctiſſimi docent, fuiſſe hæc ſcilicet inferiora, à ſuperioribus dependere. At Bacharius qui tempore Auguſtini vixit, & ſanctus Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus, dicunt eſſe vitam contemplatiuam: Magnus autem Aurelius Caſſiodorus dicit eſſe ſacram Scripturam, variosq. ſenſus, iuxta Patrum interpretationem, eſſe gradus illius: ſed certe hæc omnia puto ad myſticum pertinere ſenſum, in ſenſu vero literali, credo eſſe myſterium incarnationis, ſiue Chriſtum Dominum, in quo duæ ſunt naturæ, diuina ſecundum quam cælum contingit, terram autem ſecundum naturam humanam: per Chriſtum autem, ſiue per eius merita, à Deo cæleſtia ad nos dona deſcendunt, & merita aſcendunt, necnon angeli ad noſtra deſcendunt miniſteria, & aſcendendo perferunt ante Deum bona, quæ gerimus: alia ad ornatum viſionis pertinent.

Bachar. epiſt. de recipiendis lapſis.
S. Hildebert. epiſt. 37.
Aurel. in præfatione diuinarum inſtitutionum.

12 *Dicentem ſibi: ego ſum Deus Abraham.*] Ioſephus multis verbis refert, colloquium hoc Dei cum Iacob, & promiſſiones illi factas. Porro, Deus Abraham, & Iſaac dicitur, propter ſpecialem cultum, pactum, & curam Dei erga illos.

13 *Terram, in qua dormis tibi dabo & ſemini tuo*] Terra hæc intra Palæſtinam erat. Porro: tibi dabo, intelligendum eſt, ſicut ſequitur, ideſt,

ſemini tuo: itaque coniunctio illa, &, pro, ideſt, ponitur, tibi, ideſt, ſemini tuo: licet Abrahæ, Iſaac, & Iacob, fuerit promiſſa poſſidenda, ſcilicet, in eorum filijs.

14 *Eritq. ſemen tuum ſicut puluis terræ.*] Per hyperbolen dictum eſt; ob ingentem eius numerũ. vnde ſubditur: dilataberis ad orientem, &c. ex eo quod in tanto numero futurum ſemen ſit, vt ad omnes mundi plagas protendatur.

15 *Et benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.*] Hæc verba interpretanda ſunt de Chriſto, ſicut habetur ſupra cap. 22. etenim coniunctio illa, &, pro, ideſt, ponitur: vt ſit ſenſus: in te, ideſt, in ſemine tuo, ſcilicet promiſſo, quod eſt Chriſtus Dominus: quomodo & ſupra capite. 22. intelligi debent: in te, ideſt, in ſemine tuo: vnde hoc loco, vtraque verba repetuntur; vt vtrorumque idem ſenſus intelligatur.

16 *Et ero cuſtos tuus quocumque perrexeris,*] Ideſt, cuſtodiam te ab inimicis, & incommodis, ſi quæ ſeſe offerant.

17 *Nec dimittam niſi compleuero quæ dixi.*] Nec dimittam, modus loquendi eſt: nec enim poſtquam illa compleuit, dimiſit illum: ſed eſt ſenſus, tibi ſemper adero, & ſic abſque dubio complebo quæ dixi.

18 *Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.*] Quaſi dicat: non eſt hic locus communis, ſed à Deo electus, vt ſcilicet in eo ſeipſum oſtendat, & ſecreta ſua reuelet, & ſacramenta multa perficiantur: quod antea non ita noueram; ſolebant enim antiquitus, loca in quibus Dominus apparebat, magna veneratione coli.

19 *Pauensq; quam terribilis inquit eſt locus iſte*] Pauit ex reuerentia eorum quæ viderat: & admirans dixit: quam terribilis, ideſt admirandus; proinde ac venerandus eſt iſte locus.

20 *Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cæli*] Non eſt hic, ſubaudi locus, aliud niſi, &c. Viderat Dominum, & ſeruos eius angelos, aſcendentes & deſcendentes, quaſi in domo Dei: & viſiones cæleſtes, quæ ianua ſiue apertura cæli dicuntur: ſicut cum Stephanus dixit: Ecce video cælos apertos. Adde iuxta Auguſtini & Albini ſententiam: Vidiſſe in ſpiritu multa Chriſti ſacramenta, & ibi templum erigendum à Salomone. 2. Paralipp. 3. Vbi vigeret cultus Dei, & ibi Chriſtum Dominum offerendum, & ſolum per Chriſtum patere aditum ad regna cæleſtia, qui non longe paſſurus erat ab illo loco: ecce quomodo domus Dei, & porta cæli.

Aug. q. 83. in Gen. to. 4.
Alb. q. in Gen.

21 *Tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum.*] Titulus in ſcriptura varia ſignificat, vt ſuis locis expendemus: hoc vero loco, non ſuperſcriptionem aut ſtatuam, ſiue aliter politum lapidem, vt columnam; cum agri communis lapis eſſet, ſed potius informem abſque vlla artis politura, ſed prius in ſolo iacentem, deinde in ſublime erectum, ad perpetuam recordationem eorum, quę ibi Iacob contigerant.

22 *Infundenſq. oleum deſuper.*] Iuxta Hebræũ eſt, & effudit oleum ſuper caput eius: ſic & Chaldæus, & Septuaginta: Super ſummitatem eius. Non ergo totum lapidem aſperſit, ſed tantum cacumen illius. Iam, effuſio olei fiebat; vt hoc modo lapis quodammodo conſecraretur, vbi & litare poſtea Iacob inſtituerat, vt Ioſephus refert. Quamuis Auguſtinus, & Albinus ad Chriſtum referant, qui petra eſt & vnctus: vnde & Chriſtus dictus; quaſi ad prophetiam referentes: ſed hæc magis ad myſticum puto pertinere ſenſum.

Ioſeph. l. anti. cap. 15.
Aug. q. 84. in Gen.
Alb. q. in Gen.

23 *Appellauitq; nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.*] Multiplex eſt Luza, vt videre eſt apud Hieronymum, quo loco videtur Luza, atque Bethel, aliam eſſe à Hieruſalem: quod & peritiſſimi viri contendunt, maxime ex illo 3. Reg. 12. vbi Ieroboam ſcribitur poſuiſſe in Bethel vitulum aureum, vt in eius cultu detineret populum, ne iret in Hieroſolymitanum templum, vbi regnabat Roboam. ex quo apparet, locum Bethel longe diſſitum fuiſſe à monte Moria, & vrbe Hieruſalem. idem innui videtur Iudicum 1. Sed forſan æquiuocatio eſt in nomine Bethel & Luza, quod horum nominum plures fuerint vrbes in Palæſtina: probabilius tamen puto & quaſi certum, licet Hieruſalem ob nominis ſignificationem ab aliquibus dicta ſit Bethel, ideſt, domus Dei; hanc tamen Bethel, de qua hic ſermo ſit, non eſſe ciuitatem Hieruſalem; etenim in hac vrbe multo poſt tempore conſtat fuiſſe lapidem à Iacob in titulum erectũ, & ſepulchrum Debboræ ſubtus in valle. Geneſ. 35. Quę monumenta numquam fuiſſe in ciuitate Hieruſalem quis dubitat? Alij vero ſunt, qui eamdem cum Hieruſalem eſſe dicunt: & licet locus iſte ante extra vrbem fuerit, poſtmodum vero intra vrbem fuit incluſus: etenim Salem dicta eſt à Melchiſedech, vt ſupra vidimus cap. 14. Poſtea vero Iebus à Iebuſæis, qui illam incoluerant: vt habetur Iudic. 19. Et deinde ex vtroque conflatum eſt eius vnum nomen, Hieruſalem. Luza vero, ideſt, amygdalus iuxta Hieronymum dicta fuit; quod his arboribus abundaret: Bethel vero à Beth, ideſt, domus, &, El, quod eſt nomen Dei, vt fortis: iuxta Hieronymum vbi ſupra, ideſt, domus Dei, à Iacob vocata eſt. ſed hæc, vt diximus, Bethel eſt, de qua hic eſt ſermo, non Hieruſalem: tempore vero Salomonis, qui Salem fortem & amplam dedit, dicta eſt Solima; quaſi Salomina, diminute: & ratione præcedentis nominis, ſcilicet, Hieruſalem, per quandam compoſitionem vocata eſt Hieroſolyma. Tamdem ab Aelio Hadriano, qui poſt deſtructam à Tito & Veſpaſiano illam reædificauit, dicta eſt Aelia. Porro, in Hebræo eſt, *Vlamluz*, ex quo etiam apud grauiſſimos viros, ſed ſermonis Hebraici haud peritos, dicitur *Vlam*. ſed vt ex Hieronymo conſtat, *Vlam*, non eſt nomen loci, ſed apud Hebræos idem eſt quod ante, vel prius: itaque *Vlam*, ideſt, prius, dicta erat Luza.

Hier. de locis Hebr.
Hier. q. hebr. in Gen.
Hier. q. hebr. in Gen.
ולם לוז
Hier. q. hebr. in Gen.

23. d. *Si fuerit Deus mecum.*] Dictio, ſi, non inſinuat dubietatem, immo cum certitudine eſt appoſita, vt ſæpe in Scriptura contingit: vt Pſal. 94. Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. & Ioann. 15. ſi me perſecuti ſunt: quod tamen certum erat.

24 *Erit mihi Dominus in Deum*] Proprie votum eſt de meliori bono,ſed improprie,& communi nomine, iuxta S. Thomam etiam eſt de his, quæ licet neceſſaria ſunt ad finem, non tamen ſunt abſolute neceſſaria : ac proinde ſpontanee homo illis acquieſcit. huiuſmodi ſunt fides, vel velle credere in Deum, & abrenunciare pompis mundi,& diabolo, & huiuſmodi. Cæterum hoc loco, Iacob etiam propriè vouit, habere ſcilicet Dominum in Deum per ſpecialem cultum,non debitum, vt ſcilicet in eius memoriam erexerit titulum,litauerit,decimas obtulerit,& huiuſmodi,quæ libera erant. S.Th.22.q.88 ar.2. ad 1.

25 *Et lapis iſte,quem erexi in titulum*] Ideſt, in memoriam beneficiorum, & vbi intendebat Iacob redire, & ſacrificia offerre, vt dictum eſt.

26 *Vocabiturq. domus Dei*] Quia & litare & inuocare ibi nomẽ Domini inſtituit:ex quibus dicitur : Domus Dei. vnde iuxta Hebræum, & Septuaginta, pro, vocabitur, ponitur : Erit Domus Dei. Chaldæus vero legit : Erit, ſuper quem Domino victimas offeram.

27 *Cunctorum, quæ dederis mihi,decimas offeram tibi*] Sicut ab Abrahamo & Iſaac didicerat, portionem bonorum Deo ſacrabat: quæ poſtea decimæ nomen obtinuit: Antequam eſſent per legem determinati miniſtri,quibus poſtea data eſt hæc quota, ex Hebræorum traditione, primogenitis, qui ſacerdotij officio fungebantur, quiſque pro libito, cum ſeſe offerebat occaſio, tribuebat : ſicut fecit Abraham cum Melchiſedech. ſed Iacob hic vouit Deo dare : quorum pars conſumebatur in ſacrificium,pars vero reliqua cedebat in cibum eorum, qui litabant, non in communem, & profanum, ſed quaſi ſacratum. S.T.22.q.8. a.1. ad 7.

CAPVT XXIX.

a .ſ. pedeſter. d .ſ. longo tempore, e f g Meſopotamia enim vrbs Haran, verſus Orientem eſt pergentibus à Palaſtina.

Profectus ergo Iacob venit ad terram Orientalem. Et vidit puteum in agro, tres quoque

h .ſ. puteo. n .ſ. putei.

greges ouium accubantes iuxta eum : nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide

claudebatur. Morisq. erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis

f .ſ. lapidem. g .ſ. Iacob. K communi nomine quo quis alterum, ex familiaritate fratrem vocat.

gregibus, rurſum ſuper os putei ponerent. Dixitq. ad paſtores : fratres, vnde eſtis? Qui

e .ſ. Iacob. K .i. nepotem filium filij .ſ. Bathuel. l qui caput illius familiæ, quæ manſerat in Haran.

reſponderunt : de Haran. Quos interrogans, numquid, ait, noſtis Laban filium Nachor?

a .ſ. paſtores. c d .i. valet, eſta bueno. e .ſ. Iacob. g .ſ. paſtores. i .ſ. ſtatim. m .ſ. Laban,

dixerunt : Nouimus. Sanusne eſt? inquit : Valet, inquiunt : & ecce Rachel filia eius venit

i m .ſ. modo, vel nunc.

cum grege ſuo. Dixitq. Iacob : Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducantur ad

n .ſ. paſtores.

caulas greges : date ante potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite. Qui reſponderunt : non

poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus

k l
ſ. Laban.
a b c d e f g h i k l m n o
greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam gregem ipſa

b g h i a b
ſ. Rachel. ſ. à paſtoribus. quia dixerunt filiam eſſe Laban. vel ſolus, ſuam fortitudinem oſtendens: vel cum paſtoribus, ſe illis familiarem præbens.
a b c d e f g h i k l m n
paſcebat. Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oueſq; Laban auunculi ſui:

i k l
per prolepſim dicitur, prius enim dixit, quis eſſet, & fleuit.
a b c d e f g h i k l m n
amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Et adaquato grege, oſculatus eſt eam: & eleuata

d g h p
pro, indicauerat. i. conſanguineus, vtpote filius Rebeccæ ſororis patris ſui. ſ. Rachel.
a b c d e f g h i k l m n o p q
voce fleuit, & indicauit ei, quod frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans

b c k l o
ſ. Laban. ſ. Rebeccæ. ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o
nunciauit patri ſuo. Qui cum audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, cucurrit obuiam ei:

l m n o
propter odium. ſ. Eſau, & vt vxorem duceret.
a b c d e f g h i k l m n o
complexuſq; eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris,

a b c d e f g p q
i. dixit. i. conſanguineus meus es. ſ. Laban. ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o p q
reſpondit: Os meum es, & caro mea. Et poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius, dixit ei:

c k l m
i. conſanguineus. q. d. quod iuſtum videbitur tibi, hoc dabo.
a b c d e f g h i k l m
Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias.

SCHOLIA.

1 PROFECTVS *ergo Iacob*] Iuxta Hebræum eſt: Et eleuauit Iacob pedes ſuos, ſic Chaldæus, & Septuaginta; quo dicendi modo innuit alacritatem & celeritatem, qua reliquum itineris perfecit, certus de diuina protectione, diuino accepto oraculo.

2 *In terram Orientalem*] Haran ciuitas, quæ in Meſopotamia erat à Berſabee, imo & à Palæſtina omni, pergentibus verſum Orientem erat, ad quam tamen longo tempore peruenit, vt auctor eſt Ioſephus. Porro, per Orientalem plagam, iuxta Hebræum eſt: Ad filios Orientis, ſic enim phraſi Hebræa Orientales gentes, & populi vocabantur, ſicut homines dicuntur filij hominum: Vulgatus vero vſus eſt phraſi Latina. Ioſeph. l. anti. c. 15.

3 *Et vidit puteum in agro*] Licet enim Meſopotamia Tygri & Euphrate magnis fluminibus vtrimque alluatur, eius tamen mediterranea, riuulis carent, & in communem vtilitatem puteos fodere ſolent.

4 *Numquid noſtis Laban filium Nachor*] Laban filius erat Bathuelis, filij Nachor, ſed quia Nachor illius familiæ caput erat, ſicut & Abraham, eius, quæ erat apud Chanaan, vt notiorem illum nominit patrem, ideſt auum Laban, & forſan longe illo illuſtrior fuit: ſic Auguſtinus. Aug. q. in [illegible]

5 *Sanus ne eſt*] Iuxta Hebræum, & Chaldæum: Numquid pax illi? quo pacis nomine, vt aduertimus, cuncta, quæ ad tranquillitatem, honorem, & ſalutem ſpectant, Hebraico ſchemate comprehenduntur.

6 *Amouit lapidem*] Vel ſolus, vt Hebræi ferunt, ſuam oſtendens fortitudinem, vel ſimul cum paſtoribus, familiarem ſe illis præbens.

7 *Oſculatus eſt eam*] Per prolepſim hoc dicitur; ſecundum enim hiſtoriæ ordinem, iuxta Auguſtinum

Aug. q. 87. in Gen. tom. 4.

guſtinum, prius indicauit ei quis eſſet, & tunc fleuit, & poſtea oſculatus eſt illam more ſolito inter conſanguineos, qui & apud aliquas nationes adhuc perſeuerat. Porro, Ioſephus refert illam de ſingulis interrogaſſe Iacob, & cum perciperet quod domi puerula audierat, Rebeccam ſororem patris ſui, & Abrahamum fratrem auunculi ſui Nachor, in lachrymas prorupiſſe; ſolent enim his viſcera commoueri, & oſculatum fuiſſe eam Iacob: & vtrumque verum eſſe potuit, & vt ambo flerent, & in pacis oſculum inclinarent.

Ioſeph. 1. anti. cap. 15.

R. Salomoh.

8 *Et eleuata voce fleuit*] Ex Hebræis quidam, inter quos R. Salomoh, ferunt, Iacob à patre ſuo multis comitatum, & copioſa pecuniæ quantitate miſſum, ſicut & Abraham ſeruum ſuum quondam miſerat ſupra cap. 24. Eliphain vero natu maiorem filium Eſau, ex patris mandato illum inſectaſſe, & ſolum, & diuitijs omnibus ſpoliatum reliquiſſe: & vitæ tantum peperciſſe; quod conſobrinus eius eſſet: hancq. fuiſſe lachrymarum eius cauſam, menorem ſcilicet Eliezer, quem audierat cum magnis diuitijs, & ſeruis aſſociatum ad eumdem locum quondam perueniſſe; ſed probabilius exiſtimant Hebræorum peritiſſimi, clam à patre miſſum abſque ſeruorum, & camelorum ſtrepitu, & quæ pedeſter poſſet tantum ſecum detuliſſe: vnde vbi dicitur: Profectus eſt Iacob, iuxta Hebræum dicitur: Leuauit Iacob pedes ſuos, ideſt, pedeſter inceſſit, vt facilior eſſet fuga, & patris inſtitutum Eſau celaretur: ac proinde etiam noluiſſe intrare vrbem Luza, ne ab aliquibus, ſi forte adeſſent, agnoſceretur: ſicq. vere dixiſſe infra cap. 32. In baculo meo, ideſt, ſolus, & abſque diuitijs, tranſiui Iordanem iſtum: nunc cum duabus turmis regredior.

9 *Auditis autem cauſis itineris*] Iuxta Ioſephum: quomodo ſcilicet nati duo filij, & fratri à Domino in primogenitura ſubſtitutus, & benedictionem acceperit, ac proinde illum, implacabili odio, ad mortem proſequeretur Eſau; & vt iræ locum daret, à parentibus miſſum fuiſſe, vt vxorem acciperet. Ioſeph. 1. anti. c. 15.

10 *Os meum, & caro mea*] Ideſt, conſanguineus es, & ſic mane in domo mea, quamdiu placuerit, & ſicut filium te gere in omnibus.

11 *Num, quia frater meus es, gratis ſeruies?*] Id eſt, quia conſanguineus, gratis ſeruies? dic quid mercedis accipies. quaſi dicat: tu ipſe vide, quod enim tibi iuſtum videbitur, hoc dabo pro mercede.

a ſ. Laban. g in Hebræo: Lea. o i. tenerrimis, & indecoris. Septuaginta: infirmis, alij: debilibus.

a b c d e f g h i k l m n o

Habebat autem duas filias, nomen maioris Lia: minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis

h totius corporis. m ipſi Laban.

a b c d e f g h i k l m n o

erat oculis: Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. Quam diligens Iacob, ait: ſeruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſpondit Laban: Melius eſt, vt eam tibi dem quam alteri viro, mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur

b c quantum ad laborem, quem pertulit, leuis eorum labor, nam & breue, quod eſt longum, videtur amantibus, iuxta Aug. q. 88 in Gen. m n ſ. Rachelem.

a b c d e f g h i k l m n o

illi pauci dies, præ amoris magnitudine. Dixitq. ad Laban: Da mihi vxorem meam: quia

f i. accedam concubitu carnali. i ſ. Laban. l m n iuxta Hebræum: Congregauit omnes viros loci.

a b c d e f g h i k l m n o

iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad

i ſ. vt dormiret cum Iacob. m ſ. in obſequium filiæ. n non emptitam. o ſ. Lia, vt ei eſſet in obſequium.

a b c d e f g h i k l m n o

conuiuium, fecit nuptias. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum. Dans ancillam filiæ,

a in Hebræo, Zilpam. c d e f g h i K ſ. carnali commercio, tamquam ad vxorem, quam putabat eſſe Rachelem.

a b c d e f g h i k l m n o p

Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liam: &

c d ſ. Laban. h i iuxta Hebræum: cur hoc mihi feciſti.

a b c d e f g h i k l m n o p

dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare

impoſui

a b
.i. decepiſti me
a b c d e f g h i k l m n
impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante

d e f g h h K
quibus nuptiæ celebrari conſueuerant, vt patet etiam Iudic. 14. .ſ. cum Lia. .ſ. Rachelem.
a b c d e f g h i k l m n
tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabô tibi:

k l n o
.i. conſenſit matrimonio Liæ, & tunc perfectum eſt. .ſ. ſtatim Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o
pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis alijs. Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta,

a b c d f h k m
pro qua poſtea ſeruiuit ſeptem annis. .ſ. Racheli. non emptitiam. in obſequium Rachelis. .ſ. Iacob. .ſ. Rachelis.
a b c d e f g h i k l m
Rachel duxit vxorem: cui pater ſeruam Balam tradiderat. Tandemq. potitus optatis nuptijs,

b c g h i k
.ſ. Rachelis. .ſ. Liæ. .ſ. Laban. .ſ. pro Rachele, quam iam in vxorem duxerat.
a b c d e f g h i k l m n
amorem ſequentis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis alijs. Videns autem Dominus

b e f h l
.ſ. Iacob. .i. fœcundauit illam. .ſ. Rachele. Lia.
a b d e f g h i k l m n
quod deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. Quæ conceptum genuit

e i
.i. viſionis filius. deiectionem, vel afflictionem.
a b c d e f g h i k m n
filium, vocauitq. nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit

b c e m
.ſ. Iacob. .ſ. Lia. .i. ſiue cognouit.
a b c d e f g h i k l m n o
me vir meus. Rurſumq. concepit, & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me Dominus

k l
.i. audiens, ſeu exauditio. .ſ. Lia.
a b c d e f g h i k l m
haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi. Vocauitq. nomen eius Simeon. Concepitq. tertio

e K
.ſ. Lia. .ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n
& genuit alium filium. Dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod

K m
.i. coniunctus, ſiue applicatus, ſeu copulatus. .ſ. Lia.
a b c d e f g h i k l m n o p
pepererim ei tres filios: & idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto concepit, & peperit filium,

d l n
.i. gratias agam, ſeu laudabo. In Hebræo Iehuda .i. confeſſio. .ſ. Lia.
a b c d e f g h i k l m n
& ait: Modo conſitebor Domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſauitq. parere.

SCHO-

SCHOLIA.

12 *Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venuſto aſpectu*] Chaldæus paraphraſtes Onchelos Syrus, & ita etiam in Chaldaica tranſlatione: elegantibus oculis, tranſtulit; quaſi dicat: oculorum tantum pulchritudine Liam commendari: ſed melius Vulgatus: Lippis erat, inquit, oculis, quaſi tenerrimis, ac mollibus: à verbo *Rachach*, quod eſt mollire. vnde Ioſephus, non decoram aſpectu dicit. Et Seuerus Sulpicius: deformiorem oſculis ſcribit. Et certe licet iuxta peritos linguæ Hebraicæ, & infirmum, & blandum, & ſanum ſignificet Hebræa vox; tamẽ hoc loco infirmum importat, vt diximus. Rachel vero decora erat facie, & venuſto aſpectu totius corporis. Porro Lia in Hebræo *Lea*.

רכך *Ioſeph. 1. anti. cap. 15. Seuer. in ſua hiſt.* לאה

12 d. *Seruiam tibi, pro Rachele filia tua minore ſeptem annis.*] Apud omnes fere gentes ſolenne fuiſſe legimus, vt inſinuat Plutarchus in vita Solonis, & Lycurgi, Cornelius Tacitus lib. de Germanorum moribus, Strabo lib. 3. & 15. vt in contrahendis matrimonijs, ſicut vxor dotem afferebat marito, ita viciſſim maritus pecunias, & munera (quaſi dotem quamdam) futuræ vxori, vel eius parentibus daret; Et perinde quaſi ſeinuicem maritus, & vxor coemerent, ita vt maritus quodammodo eſſet vxoris, & vxor itidem mariti: ſic & apud Meſopotamiam, & Palæſtinam. Cum autem Iacob pecunijs, & muneribus careret, operam ſuam locauit, ſicut & conſimiles facere conſueuerant: Iam quæ maritus dabat, ea nonnunquam in Scriptura ſponſalia vocabantur, vt 1. Reg. 18. & 2. Reg. 3. & infra etiam 34. capite videbimus.

13 *Et videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.*] In Hebræo eſt: Fuerunt in oculis eius, vt dies vni, ideſt, pauci, dies autem hic pro labore, quem toto illo tempore pertulit, ſumitur, iuxta Auguſtinum, & Alchuinum; hunc ſiquidem, amor leuiorem fecit, licet ſpes, quæ differtur tempus longiſſimum reddat, & animum affligat: & ex hac parte etiã ſibi longiſſimum viſum fuit, tamẽ ex Rachelis amore & æſtimatione, breuiſſimos reputauit labores, vt dictum eſt.

Aug. q. 88. in Gen. tom. 4. Alb. q. in Gen.

13 d. *Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias*] Nuptias conuiuali lætitia celebrari ſolitas apud Ethnicos, ex Æliano lib. 8. de varia hiſtoria conſtat, & ex Platone lib. 5. ſuarum legum, vbi legem conuiuijs nuptialibus conſtituit, vnde vt Iulius Polux aduertit, *Gamos*, Græca vox, & nuptias, & conuiuium apud Homerum ſignificat, ex quo etiam Homero Odyſſ. 4. & Iliad. 6. quod dicebamus de conuiuijs, in nuptijs ſolitis. deprehenditur, eamdem fuiſſe etiam conſuetudinem apud Iudæos, non ſolum ex lib. Heſter, & Iud. 14. & Tobiæ 9. ſed etiam ex his, quæ Matthæus 22. Luc. cap. 4. Ioan. cap. 2. ſcribunt, manifeſtum eſt.

14 *Veſpere Liam filiam ſuam introduxit*] Semotis luminibus, pudoris ſeruandi gratia, in cubile virgo violanda inferebatur.

15 *Dans ancillam filiæ Zelpham nomine*] Ioſephus, non ancillam inquit, ſed ſubditam: ſed forſan ſolo nomine à Vulgato differt, ancillã non emptitiã intelligens, ſingulis itaque filiabus, Laban, & ſingulas ancillas in obſequium dedit. Porro, Zelpha, in Hebræo eſt *Zilpha*.

Ioſeph. 1. anti. cap. 19. זלפה

25 *Quare impoſuiſti mihi?*] Ideſt, quare me decepiſti. vnde impoſitor dicitur, quod alios quis decipiat. Porro, Iacob non aduertiſſe Liam eſſe, ebrietati, & nocti aſcribit: ſed magis ex ſimplicitate animi Iacob, in quem talis rei ſuſpicio nec inciderat, eueniſſe puto, nec erat cauſa, cur id ſuſpicari poſſet, aut ſaltem teneretur. Adde, ex hoc maxime Iacob pudicitiam commẽdari, quod non blanditijs meretricijs vſus eſt cũ Lia, nec laſciuos adhibuit tactus, nec amatorios miſcuit ſermones, quo vehementius libidinem inflammaret; ſed honeſtiſſime coniugalem copulam exercuit, quod ſi ita vir fecit, non mirum eſt Liam ſiluiſſe, maxime cum à patre ſuo eſſet admonita; vnde nec agnita fuit.

Ioſeph. 1. anti. c. 15.

27 *Acquieuit placito.*] Ideſt, conſenſit decreto ſoceri ſui: quamuis & aliqui ſtatutum tempus, quod vulgo *plazo* dicimus, hic per placitum intelligi putent: ſed in idem redit. Ex his tamen verbis conſtat, Iacob conſenſiſſe in matrimonio Liæ, non enim ex copula præterita, perfectum fuit matrimonium: ſic docet S. Thomas, quia nondum aderat conſenſus Iacob, cum putaret ſe ad Rachelem accedere, excuſantur tamen ambo à culpa: Iacob, quod putauerit accedere ad ſuam: Lia vero, ex dictis patris ſui, & conſuetudine, quod maior prius nuptui traderetur, coniugali animo acceſſit ad Iacob; & ita adueniente conſenſu Iacob, perfectum eſt matrimonium.

S. Tho. 4. d. 36 a. 3. ad 4.

28 *Et hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem*] Solebant enim ſeptem diebus celebrari nuptiæ, vt conſtat Iudic. 16. his vero tranſactis, quibus celebratæ ſunt nuptiæ cum Lia (ſic R. Ezra, contra eos, qui hebdomadam annorum hic intelligunt) ingreſſus eſt ad Rachel, quæ in vxorem etiam ſibi tradita eſt, pro qua poſtea ſeruiuit ſeptem alijs annis, vt expreſſe conſtat ex textu: & aduertunt S. Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus: contra id, quod Ioſephus exiſtimauit, non contraxiſſe cum Rachele, niſi poſt ſeptem alios annos à coniugio Liæ. Iam, quod aliqui putant initio ſeptem annorum, quibus à principio conſtituerat Iacob cum Laban, vt pro Rachele, ſeptem annis ſeruiret, illam duxiſſe in vxorem per verba de præſenti, quod illis tranſactis diceret; da mihi vxorem meam. & rurſum affirmant, ſi intra illud tempus Iacob ad Rachelem accederet, peccaſſet, quia ſponte toto illo tempore matrimonij conſummationem ſuſpenderat; & ita manſit ſub parentum cura. Certe hoc ſecundum verum eſſet, priori ſuppoſito, quod tamen non credo, ſed potius tranſactis ſeptem annis, & rurſum hebdomada nuptiarum cum Lia, tunc cum Rachele contraxiſſe de præſenti, & matrimonium etiam conſummaſſe, quod autem Scriptura dixit; Da mihi vxorem meam, ex communi loquendi, & interpretandi modo intelligendum eſt, quaſi dicat, quam mihi in vxorem, tranſacto hoc tempore, dare conſtituiſti.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 83. in Gen. Alb. q. in Gen. Ioſeph. 1. anti. cap. 15.

19 *Cui pater ſeruam Balam tradiderat*] Etſi Zelpha ancilla, & Bala, hic ſeruæ nuncupentur, forſan non fuerunt emptitiæ; quod innuere voluit Ioſephus, cum dixit: Non in ancillam, ſed ſubditam. Porro Bala in Hebræo *Bilha*. בילה

19 d. *Aperuit vuluam eius*] Ideſt, fecit eam grauidam, dedit ei liberos. Hebraiſmus eſt, aperire vuluam, ideſt, facere mulierem fœcundam.

20 *Vocauit nomen eius Ruben*] Singulorum nominum, quæ filijs Iacob impoſita ſunt, iuxta eorum etymologiam ratio redditur in litera; iuxta Hieronymum enim, Ruben, ideſt, viſionis filius, Simeon ideſt, audiens, Leui, ideſt, adiunctus, ſiue applicatus, Iuda, ideſt, confeſſio: vnde de iſto ſubditur: Modo confitebor Domino, ideſt, gratias agam. hoc enim loco, confiteor, ſignificat: ſicut & alibi ſæpe. Porro Ruben in Hebræo *Keuben*, Iudas vero in Hebræo *Iehuda*.

Hier. q. hebr. in Gen.

ראובן יהודה

21 *Vidit Dominus humilitatem meam.*] Humilitatem, ideſt, humiliationem, deiectionem, & contemptum: Hebraiſmus ſic appellat à verbo *Hanah*, quod eſt, humiliare. ענה

22 *Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus*] Hebræorum ſapientes ſic interpretantur, quaſi dicat: iam de amore viri mei in me, haud ambigo, quo me deinceps, vſque ad mortem proſequetur: vtpote, quæ tres filios ei genui.

CAPVT XXX.

g impropriè ex triſtitia. ſ. ſuæ ſterilitatis, comparatione ad fœcunditatem ſororis. m ſ. Iacob.

a b c d e f g h i k l m n o p

Cernens autem Rachel, quod infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi

a b non quod liberos vitæ præponat, ſed ardentiſſimum filiorum deſiderium, per hyperbolicum tropum manifeſtat. h i i. numquid Deus ego ſum?

a b c d e f g h i k l m n o p

liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Iacob: Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te

a b ſ. filijs. e ſ. Rachel. K l m maritali affectu.

a b c d e f g h i k l m n o

fructu ventris tui? At illa: Habeo, inquit, famulam, Balam: Ingredere ad illam, vt pariat

a b c ſ. & poſtea ſuper genua mea, ſiue in gremio vt filios habeam, & reponam. g ſ. adoptiuos. o ſ. Bala. p i. habito cum eo congreſſu carnali.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

ſuper genua mea, & habeam ex illa filios. Deditq. illi Balam in coniugium: quæ ingreſſo ad ſe

h i K i. iudicium pro me. & in meum fauorem fecit Deus, ſiue cauſam meam egit. n i. deſiderium cum oratione.

a b c d e f g h i k l m n

viro, concepit, & peperit filium. Dixitq. Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem

d ſ. adoptiuum. k i. iudicium.

a b c d e f g h i k l m n

meam, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius, Dan. Rurſumq. Bala concipiens,

g i. in ſtatu me conſtituit, vt poſſim comparari cum ſorore, in pluralitate filiorum, licet non in numero. n o in hoc, quod recte potui cum ea comparari. n pro, immo. p i. præualui.

a b c d e f g h i k l m n o p

peperit alterum, pro quo ait Rachel: Comparauit me Deus cum ſorore mea, & inualui: Vocauitq.

b i. comparationem, ſeu conuerſionem. l m ſ. in vxorem dedit.

a b c d e f g h i k l m n

eum Nephtali. Sentiens Lia quod parere deſijt, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Qua

poſt

f m
.i.proſpere mihi ſucceſſit: .i.in euentu, ſeu in procinctu, & fortuitum, vel felix:
a b c d e f g h i k l m n
poſt conceptum edente filium, dixit: Feliciter. & idcirco vocauit nomen eius, Gad. Peperit

g h i k l
.ſ.dediſſe ancillam. .i.ad felicitatem meam accedit. .i.felicem.
a b c d f g h i K l m n o
quoque Zelpha alterum. Dixitq. Lia: Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent

e k l
.i. beatum, ſeu beatificum, ſeu beatitudo. verno .ſ.tempore iam poſt hordei meſſem.
a b c d e f g h i k l m
mulieres, propterea appellauit eum Aſer. Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in

c
.ſ.poma mandragoræ, quæ & pulchra viſu, & odoratu ſuauia, & ad fœcunditatem mulierum calidarum proſunt.
a b c d e f g h i k l m
agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitq. Rachel: Da mihi partem

b e m n
de pomis mandragoræ. .ſ.Lia. quia frequentius ingrediebatur ad Rachelem Iacob, quam ad alias vxores.
a b c d e f g h i K l m n
de mandragoris filij tui. illa reſpondit: Parum ne tibi videtur, quod præripueris maritum

d g m n
.i. poma mandragoræ. .i habere tentaueris. quæ .ſ.per circulum, quaſi ingreſſurus erat ad Rachel.
a b c d e f g h i K l m n o
mihi, niſi etiam mandragoras filij mei tuleris? ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro

a b c
.i.pro pomis mandragoræ. .i.quas filius tuus tibi detulit.
a b c d e f g h i k l m n o
mandragoris filij tui. Redeuntiq. ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius

m
.i. pomis mandragoræ.
a b c d e f g h i k l m n o
Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei.

Dormiuitq. cum illa nocte illa, & exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit filium

d e f g k n
.i. in mercedem dedit mihi filium. .ſ.Zelpham. .ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o
quintum, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. appellauitq.

c e m
.i. merces, vel vir mercedis. .i. laborans. pro, donauit.
a b c d e f g h i k l m n
nomen eius, Iſachar. Rurſum Lia concipiens peperit ſextum filium, & ait: Dotauit me

m n a b c b g h
.i. bonum donum mihi contulit. pro dono. .i. libenter mecum commorabitur.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei ſex filios: &

e
.i.habitaculum, ſiue habitans. .i. iurgium, ſeu iudicium.
a b c d e f g h i k l
idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Poſt quem peperit filiam, nomine Dinam.

a d h i
per metaphoram, quod filios dederit, quos non antea, & ſic videbatur, quaſi eius oblitus. *.i. ouis.* *.i. fœcundauit illam.*
a b c d e f g h i k l
Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ

h i
quia ſterilitas tunc vt opprobrium putabatur.
a b c d e f g h i k l m
concepit, & peperit filium, dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen

b
.i. augmentum, ſiue additio.
a b c d e f g h
eius Ioſeph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.

S C H O L I A.

1 INVIDIT *ſorori ſuæ*] Eſt inuidia proprie, quæ triſtitia eſt de bono fratris, vt ſic: alia vero eſt, quæ improprie ſic dicitur, cum quis ſcilicet triſtatur de proprio defectu, comparatione ad alterum, qui eo caret: & hanc puto fuiſſe in Rachele.

2 *Da mihi liberos alioquin moriar*] Non ſecundum ſimplicem vocis ſignificationem hæc verba accipienda ſunt, quaſi liberos vitæ præferret: ſed per hyperbolicum tropum, vt vehementiſſimum habendæ prolis deſiderium demonſtraret, morior, ideſt, mœrore ad mortem vſque tabeſco: in quo ſenſu interpretantur quidam, & illud Exod. 32. Dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti.

3 *Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui*] Pro Deo, Hebraiſmus eſt, ideſt, putas me eſſe Deum, vel numquid ego Deus ſum, qui te ſterilem fecit.

4 *Ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea*] Non ex libidine, ſed ad vxorum voluntatem, Iacob ad ancillas acceſſit affectu coniugij, nam quantum ad copulam, vere vxores erant, licet concubinæ quandoque dicantur, vt dictum eſt ſupra cap. 16. & earum filij, quos vxores in filios adoptabant, ſicut fuerunt filij Zelphæ, & Balæ (vt ſtatim dicetur: vt habeam ex ea filios, ſcilicet adoptiuos) vere heredes cum cæteris fratribus exſtiterunt. Porro, vt pariat ſuper genua mea: ideſt, vt pariat filios, quos poſtea ſuper genua, & in gremio meo, & ſinu ſuſcipiam, quaſi filios, vtpote adoptiuos: forſan quod hic tunc eſſet adoptandi ritus.

5 *Et habeam ex illa filios*] In Hebræo eſt iuxta phraſim conſuetam, ſcilicet: vt ædificer ex ea, metaphora ſumpta ab exſtructione domorum: nam ſicut lapidibus exſtruuntur domus, ſic familia, ſobole, & filijs: & domus, & familia dicuntur, *del linaje de la caſa* Real, &c.

6 *Iudicauit mihi Dominus*] Quaſi dicat: iudicium, ſiue cauſam pro me egit, ſiue in fauorem meum, ſicut antea pro ſorore ius dixerat, dans ei liberos, nunc & pro me, illos mihi ex ancilla concedens, vel iudicauit me dignam filijs: & ſermo eſt de iudicio practico, & efficiente quod iudicat.

7 *Dan*] Ideſt, iudicium: iuxta Hieronymum ſic vocatum; quod iudicium, vt dixit Rachel, Deus pro illa fecerit. Porro à Dan dicta eſt ciuitas Dan, quæ prius Lais dicebatur, poſtea Paneas. *Hier. q. hebr. in Gen.*

8 *Comparauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui, vocauitq. nomen eius Nephtali*] Quaſi dicat: in eo ſtatu me conſtituit, vt poſſim ſorori comparari in pluritate filiorum, licet non in tanto numero: iuxta Hebræum habetur: Additione addita ſum cum ſorore mea, ideſt, addidit mihi Deus liberos, ſicut & ſorori meæ. Porro, *Nephtali*, comparationem, ſeu conuerſionem, iuxta Hieronymum ſignificat, licet iuxta Ioſephum importet ex machinationibus, quaſi his vſa ſit, vt hos filios, licet adoptiuos poſſideret. נפתלי *Hier. q. heb. in Gen.* *Ioſeph. 1. ant. c. 15.*

9 *Feliciter, idcirco vocauit nomen eius Gad*] Vbi nos legimus: feliciter, ideſt, proſpere mihi ſucceſſit. S. Hieronymus dicit ſe tranſtuliſſe: in fortuna, & Græce, inquit, habetur *en tichi*, ideſt, in euentu. in Hebræo *Bagad*. Aquila vertit accinctio, nos autem, dicit Hieronymus, dicere poſſumus in procinctu. Cæterum Auguſtinus, & Theodoretus legunt: In fortuna, & hac voce ſic vſam fuiſſe Liam, ex reliquijs gentilitatis, arbitrantur. At iuxta Vulgatum facilis eſt ſenſus: Porro *Bagad*, iuxta Hieronymum, vbi ſupra Ba, ideſt, in; *Gad*, ideſt, euentu, ſeu procinctu. Ioſephus vero, *Gad*, ideſt, fortuitum, dicit. ἐν τυχῇ בגד *Hier. q. Heb. in Gen.* *Aug. q. 91. 1 Gen.* *Theod. q. 80. in Gen.* בגד *Hier. q. heb. in Gen.* ב גד *Ioſeph. 1. ant. c. 15.*

10 *Hoc pro beatitudine mea*] Quaſi dicat: dediſſe ancillam, ex qua tot liberi, hoc pro beatitudine mea, ideſt, ad felicitatem meam

accidat

accidit: vnde felicem & beatam me dicent, vt ſubditur in textu.

11 *Appellauit eum Aſer*] Aliqui interpretantur, diuitiæ; & licet ſecundum vocis ambiguitatem, etiam nomen hoc alibi ſic interpretari poſſit, vt aduertit Hieronymus; hoc tamen loco, ex ratione addita in textu, patet, non diuitias, ſed beatum ſignificare, ſiue beatificum, vt Ioſephus dicit; quia Liæ gloriam cumulauerit.

Hier. q. hebr. in Gen.
Ioſeph. 1. ant. cap. 15.

12 *Tempore meſſis triticeæ in agro reperit mandragoras*] Meſſis, in Hebræo eſt *Cheſir*, à *Chaſar*, quod eſt, ſtringere; quod illo tempore manipuli à meſſoribus ſtringantur, & faſces fiant: Porro, hic & Cantic. 7. quidam, pro mandragoris, lilia dicunt eſſe apponenda: ſed peritiſſimi, *Dudaim*, mandragoras interpretantur, de quibus Galenus, Auicenna, Columela, & Plinius. Et iuxta Dioſcoridem herba eſt, folia lata habens, malaq. inter folia ſita, odorata quidem, & coloris ochræ, radices continet ternas, quæ mutuis complexibus coniunguntur, puero non diſſimiles: vnde à Columela epiteto, mandragora, ſemihomo dicitur: cuius ſtirpis, cum duæ ſint ſpecies, non eius, quæ femina dicitur, ſed eius, quæ mas nuncupatur, poma in pretio fuiſſe videntur in Iudæa, vt videre eſt Cant. 7. quod ſua pulchritudine oculos paſcant, & odore, non ſine grauitate quadam ſoporata, nares plurimum oblectent, & quod raro inueniantur, vt Auguſtinus docet, concupita, & pretioſiora ſint poma, ſicut & omnia, quæ rara ſunt: & licet inſipida aliquantulum ſint, his tamen mulieres auidius veſci ſolent, quam maturis, & boni ſaporis fructibus. Cæterum an mandragora fœtificandi vim mulieribus conferat, atque vtero retinendi ſeminis efficaciam conciliet; vtpote impenſe frigida, & ad tale quid præſtandum prorſus inefficax, & inidonea videatur. In frigidis humidisq. regionibus in vtero humecto & algido, certe id efficere nequit: Sed in torrido, æſtuantiq. & exuſto, ſicut in Africa, Hiſpania, Iudæa, & Ægypto, in quibus regionibus, mulieres fere aduſtos, arentesq. habent vteros ac feruidos, tum ſquallidos, ac ſtrigoſos, non incommode hoc pomum adhiberi poſſe crediderim: atque eius eſu, corpus ad temperiem reduci, & vterum retinendi vim ſeminis conſequi, ne id in fumos, ac fuliginem euaneſcat, vt in æſtuante vtero aſſolet: & ideo forſan etiam à Rachele concupita eius mala, ſeu poma: hæc enim Ruben detulit, non folia, aut radices, ſicut auctor etiam eſt Ioſephus. vnde in Græco, *Milla*, ideſt, poma, mandragoræ dicuntur.

קציר
קצר
דודאים
Gal. l. 7. ſimplicium medicamentorum.
Auicenna.
Columela l. 10
Plin. l. 25. c. 13
Dioſc. l. 4. c. 61
Xenophon in Sympoſio.
Simides.
Aug. 22. contra Fauſtum, c. 56. tom. 6.
Ioſeph. 1. anti. c. 15.
μύλλα

13 *Quod præripueris maritum*] Chryſoſtomus ideo dicit ſorori improperaſſe, quod raro Iacob ad illam intraret, ſæpe vero ad Rachelem; & hoc textus innuere videtur.

Chryſ. ho. 56.

14 *Niſi & mandragoras filij mei tuleris*] Ideſt, accipere tentes.

15 *Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui*] Licet frequentius Iacob ad Rachelem ingrederetur, ad omnes tamen, quaſi per circulum accedebat, vt debitum illis redderet: illa autem nocte ad Rachelem erat ingreſſurus, & pro mandragoris, iuri ſuo ceſſit in fauorem Liæ.

16 *Appellauitq. nomen eius Iſachar*] Iuxta Hieronymum, *Is*, ideſt, eſt; *Sachar*, ideſt, merces, vel vir mercedis, ideſt, in mercedem datum, iuxta Ioſephum. huius tamen nominis textus cauſam aſſignat; quia ancillam dedit Lia viro ſuo, Deus illi mercedem reddidit. Sunt & qui aliam cauſam reddunt; quia ſcilicet, mercede ingreſſum viri conduxit. Sed hæc non repugnant; nam & ingreſſus Iacob, merces fuit pro mandragoris: quod autem ex illo ingreſſu naſceretur filius, mercedem à Deo acceptam putauit; quia Zelpham ad filiorum multiplicationem, in vxorem viro ſuo tradidit.

יש
שכר
Ioſeph. 1. anti cap. 15.

17 *Dotauit me Dominus dote bona*] Ideſt, bonum donum dedit mihi Deus, ſiue optimam partem tribuit mihi.

18 *Etiam hac vice mecum erit maritus meus*] Libentius, ſcilicet, mecum habitando, vnde & Zabulon, ideſt, habitaculum dictus eſt, iuxta S. Hieronymum: licet in lib. Hebræorum nominum, violenter, fluxus noctis interpretetur.

Hier. q. hebr. in Gen.

19 *Peperit filiam nomine Dinam*] Dina hæc, iuxta Hieronymum, transfertur in cauſam, quam ſignificantius Græci *Dicin* vocant; iurgij enim in Sichimis cauſa extitit. Porro, iuxta Hieronymum Lia, ideſt, laborans; Rachel vero, ideſt, ouis.

Δίκην

20 *Recordatusq. eſt Dominus Rachelis*] Per metaphoram, vt ſæpe admonui, dicitur Deus recordari, ab effectu, hoc loco; quod preces Rachelis exaudiens, ipſam fœcundauerit: dum enim ſterilis permanſit, quaſi eius oblitus videbatur.

21 *Abſtulit Deus opprobrium*] Eo ſiquidem tempore, quaſi opprobrium & maledictio ſterilitas putabatur; & filiorum copiam, vt Dei benedictionem: exoptabant, vt Meſſias ex earum prole naſceretur. hinc enim & deſideria, & contentiones, & machinationes Rachelis, & Raab, & aliarum ortæ ſunt: & patrum ardens deſiderium, multiplicandæ ſobolis.

22 *Vocauit nomen eius Ioſeph*] Ioſeph, ideſt, augmentum. iuxta Hieronymum, & Ioſephum, cuius ratio redditur in litera; quia dixit Rachel: Addat mihi Dominus filium alterum; adeo enim filios exoptabat, vt ab alterius petitione & deſiderio priorem filium nominauerit. ſunt & qui putant, verbum illud, addat, non ſolum petitionem innuere, ſed ſpei verbum eſſe, quam conceperat habendi alios, quod ex prioris conceptu, iam Deum illam fecundaſſe nouerat, quaſi dicat: *no pararemos en vno; que el Señor ſegundara.*

Hier. q. hebr. in Gen.
Ioſeph. 1. anti. cap. 15.

f g h m n q a
.ſ.Laban. .i.licentiam mihi tribue. .i terram Chanaam, vnde egreſſus fuerat. .i.regionem, ex qua egreſſus ſum.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo: Dimitte me, vt reuertar in patriam, & ad terram

b c d
.i.concede, vt cum liberis, & vxeribus proficiſcar.
a b c d f g h i K l m n o p q
meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu noſti

a i K l x l
.i. operam, quam tibi impendi. .i.ſi charus tibi ſum, vel in mei gratiam quid facturus es. .ſ. mane apud me adhuc.
a b c d e f g h i k l m n
ſeruitutem, qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban: inueniam gratiam in conſpectu tuo: experimento

n a d g h i k l
parentheſis eſt. .i.benefecerit. .i.in tui gratiam. .i.praſcribe pramium tui laboris, vel dic, quam velis mercedem.
a b c d e f g h i k l m n
didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: conſtitue mercedem tuam, quam dem tibi.

b K
.ſ.Iacob. .i. quam aucta.
a b c d e f g h i K l m n o p
At ille reſpondit: Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio

n
.i.benefecit.
a b c d e f g h i K l m n o
tua. Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitq. tibi

c d k l m
.ſ. in mei gratiam. pro neceſſarijs, & pro ditanda prole.
a b c d e f g h i k l m n
Dominus ad introitum meum. Iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ.

Dixitq. Laban: Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterum

f g h i K l
.i.diligentius perſcrutare. iuxta Hebraum: tranſi ſeparando.
a b c d e f g h i k l m n o p
paſcam, & cuſtodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias, &

a b c
.i.ſparſis in vellere maculis. .i. atrum obſcurum.
a b c d e f g h i k l m n
ſparſo vellere, & quodcumque furuum, & maculoſum, variumq. fuerit, tam in ouibus, quam

c d e f h f g h i K m n
.i.accipiam in pramium mei laboris. .i.rependet. .i.deinceps. .i ſecundum merita, & bonitatem, vel apparebo iuſtus, nec fraude vlla vſus. .ſ.pariendi, & diuidendi pecus inter me, & te, iuxta conuentionem factam inter me, & te.
a b c d e f g h i x l m n
in capris, erit merces mea. Reſpondebitq. mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tempus

n p q a b c
.i.atra, obſcura. .ſ. & reperta fuerint in grege, quem mihi ſeparauero.
a b c d e f g h i x l m n o p q
aduenerit coram te: & omnia, quæ non ſunt varia, & maculoſa, & furua, tam in ouibus,

d e f
.i. furtiua fuiſſe iudicabis.
a b c d e f g h i k l m n o p q
quam in capris, furti me arguent. Dixitq. Laban: Gratum habeo, quod petis. Et ſeparauit in die

illa

n
.i. &
a b c d e f g h i k l m n o
illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculoſos: cunctum autem gregem

c d f g h i k l m o
.ſ. ſeparauit ab inuicem. .ſ. &. vt ſit ſenſus, tradidit in manus filiorum ſuorum, quæ non manebant ſub cura Iacob, .ſ. varia, & maculoſa. .ſ. Laban.
a b c d f g h i K l m n o p
vnicolorem, ideſt, albi, & nigri velleris, tradidit in manu filiorum ſuorum. Et poſuit ſpatium

a b c
vt .ſ. non miſcerentur, neque doli occaſio eſſe poſſet vlla.
a b c d e f g h i k l m n o p
itineris trium dierum inter ſe, & generum, qui paſcebat reliquos greges eius. Tollens ergo Iacob

k l
.i. ſecundum partes.
a b c d e f g h i k l m n o
virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractiſq.

c i
.ſ. partibus. .i. illa fruſta, vel partes, quæ non fuerunt decorticata.
a b c d e f g h i K l m n o
corticibus, in his, quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa vero, quæ integra fuerant, viridia permanſerunt: atque in hunc modum color effectus eſt varius. Poſuitq. eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in

a i
ad quem ſequitur imaginatio. .ſ. extremo.
a b c d e f g h i K l m n o
aſpectu earum conciperent. Factumq. eſt vt in ipſo calore coitus, oues intuerentur virgas, &

a b c d f g h
ex vehementi imaginatione maris, & fœmina. repetitio eiuſdem iuxta Hebræorum morem.
a b c d e f g h i k l m n o
parerent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa. Diuiſitq. gregem Iacob, & poſuit virgas

n
.ſ. maculoſa, quæ pariebant.
a b c d e f g h i k l m n o
in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba, & nigra quæque, Laban: cætera vero,

g h i
.ſ. in Martio, & ante meridiem.
a b c d e f g h i k l m
Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum, & ouium, vt in earum contemplatione

a d i
.ſ. variegata. .i. in Septembri, vel poſt meridiem, iam ſero, & cum debilior fœtus. .ſ. in menſe Septembri.
a b c d e f g h i k l m n
conciperent: quando vero ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaq.

e i k o
ex coitu in menſe Septembri. .ſ. ex coitu in menſe Martio. .ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſunt ea, quæ erant ſerotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. Ditatuſq. eſt homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas, & ſeruos, camelos, & aſinos.

S C H O L I A.

23 *Dimitte me, vt reuertar*] Ideſt, da mihi poteſtatem abeundi in patriam meam, vnde cum filios, & vxores dari petijt, facultatem ſimul cum eis abeundi in patriam poſtulabat.

24 *Tu vero noſti ſeruitutem, qua ſeruiui tibi*] Id eſt, noſti operam meam, quam præſtiti tibi; *vos ſabeis, quan bien os he ſeruido*, quaſi dicat: hoc ſatis fuerit.

25 *Si inueni gratiam in conſpectu tuo*] Ideſt, ſi charus tibi ſum, vel ſi quid mei cauſa præſtare vis, ſubaudiri debet: mane mecum, & conſtitue mercedem: ideo præſcribe præmium, quod deinceps tibi dem, quid ſcilicet velis lucrari: & dabo tibi. Porro verba intermedia, quæ ſunt in textu: ſcilicet experimento didici, &c. quaſi per parentheſim appoſita ſunt, & ſic redditur ſenſus literæ perſpicuus.

26 *Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te*] Ideſt, expertus ſum Deum mihi tui cauſa benefeciſſe, & largitum eſſe bona, hic etiam eſt ſenſus verborum Iacob, qui ex eius ore ſtatim referuntur, ſcilicet: benedixit tibi Deus ad introitum meum, ſiue ad pedem meum, quod idem eſt: ſubintelligendum eſt, propter me; vnde & paraphraſtes Chaldæus vertit: Propter me.

27 *Et quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua*] Ideſt, quale pecus, quantumque locupletatum, me paſtore, *quanto medro todo el tiempo, que eſtuuo à mi cargo tu hazienda.*

28 *Modicum habuiſti antequam venirem ad te*] Ideſt, modicæ fuerant facultates tuæ, paruaq. erant pecora, quæ mihi commiſeras, ſed creuerunt multum; nam diues effectus es.

29 *Benedixitq. tibi Dominus ad introitum meum*] Iuxta Hebræum eſt: Ad pedem meum. Septuaginta: In pede meo, non quod augurari videatur, in-
Aug. q. in Gē. quit Auguſtinus queſt. in Gen. ſed in pede meo, ad ingreſſum meum, ſiue quamprimum ingreſſus ſum
Theod. q. in Gen. domum tuam: vel vt Theodoretus quæſt. in Gen. Ad pedem meum, ideſt, ad meam præſentiam.

30 *Vt aliquando prouideam domui meæ*] Ideſt, ſicut horum bonorum curam hactenus geſſi, ſic iam, vt propriorum, quibus & vxoribus, & proli, tamquam pater familias, & pater, thezauriſare valeam; ſolicitum me eſſe oportet.

31 *Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias*] Ideſt diligenter perſcrutare gregem tuum, & ſepara quæ maculoſa ſunt, illorumq. curam alijs tribue: quæ vero vnius coloris fuerint, ego paſcam: ex quibus deinceps, quæ ſimilia naſcentur, tua erunt: ſi quæ vero fuerint maculoſa, hæc tantum pro mercede laboris accipiam.

32 *Reſpondebitq. mihi cras iuſtitia mea*] Hic, reſpondere, pro, rependere, ſumitur: cras, pro co, quod eſt in poſterum: Iuſtitia autem, pro omni virtute: vt ſit ſenſus, pro meritis meis, deinceps ſi quæ fuerint, rependet mihi Deus; & retribuet, quando partus pecorum tempus aduenerit. ſic intellige, quod ſubditur: quando placiti tempus aduenerit, tempus ſcilicet diſtribuendi, & dandi cuique pecora ſua.

33 *Furti me argues*] Quaſi dicat: ſi quæ vnius coloris in gregem, quem mihi ſeparabo, inueneris, vt furem me reputa, & puni.

34 *Cunctum autem gregem vnicolorem, ideſt, albi, & nigri velleris, tradidit in manu filiorum ſuorum*] Difficilis eſt hic locus, adeo, vt quidam depràuatum dicant: ſi enim maculoſa filijs ſuis Laban traditurus erat cuſtodienda, & vnius coloris tantum Iacob paſcenda, quomodo nunc vnicolorem gregem filijs tradidiſſe ſcribitur? vnde Hierony- *Hier. q. hebr. in Gen.*
mus per prolepſim interpretatur, de his ſcilicet, quæ poſtea naſcebantur: hæc tradebat Iacob Laban, qui filijs ſuis com mittebat. Sed forſan in punctuatione debita horum verborum, intellectus conſiſtit, vt ſcilicet, vbi dicitur, velleris, ſit punctum; & erit ſenſus: ſeparauit maculoſa, & cunctum gregem vnicolorem ab inuicem; quod vero ſequitur: Tradidit in manus filiorum ſuorum, intelligitur de illo grege, qui non erat curæ Iacob commiſſus, vario ſcilicet, & maculoſo: vnde ſtatim ſubditur: Et poſuit ſpatium itineris trium dierum.

35 *Et poſuit ſpatium itineris trium dierum inter ſe, & generum, qui paſcebat reliquos greges eius*] Inter ſe, ideſt, inter gregem, cuius curam per filios ipſe gerebat; tantam vero loci diſtantiam interpoſuit, ne quauis vicinitate, quæ maculoſa erant, miſceri poſſent his, quæ varia non erant in grege, quem Iacob paſcebat: nullinſq. doli oc-
caſio eſſet, vt aduertit Hieronymus. *Hier. q. hebr. in Gen.*

36 *Virgas populeas virides & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas*] Licet colorum diuerſitas, ad varietatem fœtus cauſandam, prodeſſet, non tamen diuerſitas naturæ virgarum: vnde ad propheticam hoc pertinere docent Augu- *Aug. q. 93. in Gen. to. 4.*
ſtinus, & Alchuinus: Septuaginta vero interpretes *Alch. q. in Gē.*
vt refert Hieronymus, dicunt, fuiſſe ſtyracinas, & *Hier. q. hebr. in Gen.*
nuceas, & plataninas. Porro, illas in parte, quaſdam decorticauit: vt ſic reſperſæ eſſent varijs coloribus. quod vero dicitur: illa vero, quæ integra fuerant, ideſt, illa ex virgis, ſiue illæ partes virgarum, quæ non fuerant decorticatæ, virides permanſerunt.

37 *In ipſo calore coitus*] In Hebræo eſt *Iehamenna*, iuxta Hieronymum, ideſt, extremus in *יחמנה* *Hier. q. hebr. in Gen.*
coitu calor, quo corpus omne concutitur, & patranti voluptati vicinus eſt finis.

38 *Et parerent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa*] Oculorum acies varietati virgarũ intenta, internos mouebat ſenſus, atque coeuntis gregis imaginatio circa illa variegata verſabatur, & licet imaginandi facultas in cerebro collocetur, gignendi tamen in teſtibus, partibus adeo diſſitis: tanta vero ſympathia eorum eſt, vt mu-

tuo

tuo ſeſe ad actiones permoueant & paſſiones: hinc fit, vt cum genitales partes ſemine redundant, imaginatio libidinoſis ſcateat phantaſmatis: & cum imaginatio in rebus libidinoſis volutatur, genitales partes turgeant & irritentur, tantus eſt imaginationis, & genitricis facultatis conſenſus. Rurſum cum animal generet ſecundum quod eſt, & imaginatio ſit actu talis, in calore coitus contingit, (maxime cum femina & maſculus in eadem verſantur imaginatione, ſicut in grege Iacob accidit,) vt fœtus inde aliquam ſimilitudinem præſeferat: ita grauiſſimi viri. vnde hoc ipſum in equarum gregibus apud Hiſpanos obſeruatum referunt Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus. Et Quintilianus, in ea controuerſia, in qua accuſabatur matrona, quod Æthiopem peperit, pro defenſione illius argumentatur, hanc conceptus eſſe naturam quam diximus. Idem referunt legi in lib. Hyppocratis, in libello ſaltim Galeni de Theriaca ad Piſonem, legitur: de altera quæ pulcherrimum filium peperit, vtrique parenti generiq. diſſimilem, quæ conſimilem picturam in cubiculo contemplata fuerat. Et Auguſtinus in hanc cauſam refert, quod apud Ægyptios numquam deficeret bos quidam, maculis quibuſdam candidis inſignitus, quem Apim vocabant, & pro Deo colebant.

Ariſt. 10. proble. c. 7. Elianus li. 8. de hiſt. animal. c. 20. Auicenna l. 3. ſen tract. 1. c. 2. & 14. Galen. li. 1. de Theriaca ad Piſonem c. 11. Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 91. in Gen. tom. 4. Alb. q. in Gē. Galen. l. 1. de Theriaca c. 11. Aug. 18. de ci. Dei c. 5. to. 5.

39 *Quando vero Serotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas.*] Propter prædicta verba, quidam dicunt: in menſe Martio appoſuiſſe virgas, & hoc eſt quod textus dicit: quando primo tempore aſcendebantur oues. In menſe vero Septembri, illas non apponebat, & hoc eſt quod dicitur in littera: & conceptus extremus. Alij interpretatur ſic: in congreſſu matutino gregi virgas obieciſſe, non vero in veſpertino. Vtrumq. verum eſſe arbitror: nec mirum, vt enim Ariſt. 18. de animalibus aſſerit: vel parua venti aut temporis mutatio, generationem variat: vnde flante vento Septentrionali, vt ſanctus Thomas aduertit, oues concipiunt mares, & flante meridionali, feminas; propter abundantiam humiditatis: immo ex ſolo aſpectu, ſi tempore coitus reſpiciant Septentrionem, vel Meridiem, idem accidit. Modo conſtat, in menſe Martio, accedente ad nos Sole, cuncta fœcundiora & abundantiora eſſe: at in menſe Septembri econuerſo, recedente Sole debiliora. Rurſum mane, ob ſomnum præcedentem, qui concoctionem maxime iuuat, & cerebri vapores abſumit, vigoremq. præſtat animali facultati, & ſemen concoctius, & fœcundius, & imaginandi vis expeditior & liberior & efficacior eſt ob recentem refectionem ſpirituum, & deonerationem cerebri. Veſperi vero, cum ſemen concoctionem tantam non acceperit, & caput vaporibus ex ventre multis & craſſis grauatum, & velut obtenebratum, & facultas longa iam vigilia defatigata, eueniunt neceſſario contraria: ſcilicet minus efficax imaginatio, & ſemen fœcundum minus.

S. Tho. 2. d. 20. q. 3. a. 1. ad 2.

40 *Factaq. ſunt ea, quæ erant ſerotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob.*] Septuaginta, vt refert Hieronymus, vertunt: non ſignata, Laban: ſignata vero, Iacob?

Hier. q. Hebr. in Gen.

41 *Ditatusq. eſt homo vltra modum.*] Quod fraudulenter Laban tanto tempore cum Iacob conuerſatus fuerit, de ſupra dictis edoctum & admonitum cenſent ab angelo, vt ſic, ſuam vexationem redimens, proprijs laboribus ditaretur: ex verbis quæ ſequenti capite ab angelo dicta eſſe in ſomnis, Iacob referuntur: Chryſoſtomus, Theodoretus, Albinus: quin immo & Auguſtinus etiam videtur innuere. Porro, ditatus factus eſt inclytus. Iuxta Hebræum eſt: & creuit vir vehementiſſime. Alij legunt: fecit omnem gloriam iſtam. Hebraiſmus eſt: facere gloriam, facere liberos, facere diuitias, pro acquirere gloriam, filios, vel diuitias.

Chryſ. in Gē. Theod. q. 88. in Gen. Alb. q. in Gē. Aug. q. 95. in Gen. to. 4.

CAPVT XXXI.

Poſtquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus: animaduertit quoque faciem

g h i K l — *i. ſicut antea fuerat.* — n o p — *per reuelationem.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

Laban, quod non eſſet erga ſe ſicut heri & nudius tertius, maxime dicente ſibi Domino: reuertere

b — *ſ. Chanaam.* — g — *i. ad parentes.*

a b c d e f g h i k l m n o

in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroq. tecum. Miſit, & vocauit Rachel

& Liam

c d
vt ſecretius illas alloqueretur.
a b c d e f g h i k l m n o p
& Liam in agrum, vbi paſcebat greges, dixitq. eis: Video faciem patris veſtri, quod non ſit

c d K l
.i. ſicut antea. per ſpecialem cultum & fœdus.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
erga me ſicut heri, & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecum. Et ipſæ noſtis quod

i K l
.ſ. Laban. .i. fallaciter, & peruerſe egit mecum.
a b c d e f g h i k l m n o
totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. Sed & pater veſter circumuenit me, & mutauit

c
.i. multis.
a b c d e f g h i k l m n o p
mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mihi. Si quando

b
.ſ. pecudes.
a b c d e f g h i k l m n
dixit: variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando vero econtrario

l m n a b
.i. diuitias, & bona, quæ futura erant Laban.
a b c d e f g h i k l m n
ait: Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitq. Deus ſubſtantiam

f g h m n
nam tempore conceptus ouium, fuit viſio in ſomnis. de viribus internis loquitur.
a b c d e f g h i k l m n
patris veſtri, & dedit mihi. Poſtquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos
meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper feminas, varios & maculoſos, & diuerſorum

c d
in perſona Dei:
a b c d e f g h i K l m n o p
colorum. Dixitq. angelus Dei ad me in ſomnis: Iacob? & ego reſpondi: Adſum. Qui ait:
Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper feminas, varios, maculoſos,

K l m n
quia in perſona Dei loquebatur.
a b c d e f g h i K l m n o p
atque reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti

p q a b
.ſ. Chanaam.
a b c d e f g h i k l m n o p q
lapidem, & votum vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terram

g h i
.i. quid eſt, quod à patre amplius expectemus.
a b c d e f g h i K l
natiuitatis tuæ. Reſponderuntq. Rachel & Lia: Numquid habemus reſidui quidquam in

b c d e f K n
nonne totum fratribus noſtris contulit? .i. tractauit. quia Iacob in pretium ſeruitutis tradidit illas.
a b c d e f g h i K l m n
facultatibus, & hæreditate domus patris noſtri? Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit,

post

a b c
quia de laboribus Iacob diuitias habui, & erat pretium illarum.
a b c d e f g h i k l m n o p
comeditq. pretium noſtrum? ſed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filijs

---

e
iuxta Hebræum dixit.
a b c d e f g h i k l m n o
noſtris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. Surrexit itaque Iacob, & impoſitis liberis,

ac coniugibus ſuis ſuper camelos, abijt. Tulitq. omnem ſubſtantiam ſuam, & greges, &

quidquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaan.

---

c d e f m q
itinere trium fere dierum. *in Hebræo: Theraphin.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata eſt idola patris ſui. Noluitq. Iacob

---

a e
pro, indicare, dar parte dello. *.i. abiret.*
a b c d e f g h i k l m n o p
confiteri ſocero ſuo quod fugeret. Cumque abijſſet tam ipſe quam omnia quæ iuris ſui erant,

---

b e f g
.i. fluuio Euphrate, qui Meſopotamiam à Syria diuidit. *per prolepſim .ſ. poſtea ſic dicto.*
a b c d e f g h i k l m
& amne tranſmiſſo pergeret contra montem Galaad, nunciatum eſt Laban die tertio

---

f
.i. cognatis.
a b c d e f g h i k l m
quod fugeret Iacob. Qui, aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum, diebus ſeptem:

---

g g h i K l m
.ſ. Laban, ſenſit, vel audiuit. *iuxta Hebræum eſt: Deus ei locutus eſt in ſomno.*
a b c d e f g h i k l m n
& comprehendit eum in monte Galaad. Viditq. in ſomnis dicentem ſibi Deum: Caue

---

c i
in Hebræo: ſiue bonum, ſiue malum. *.i. tetenderat.*
a b c d e f g h i k l m
ne quidquam aſpere loquaris contra Iacob. Iamq. Iacob extenderat in monte tabernaculum:

---

g
.i. cognatis.
a b c d e f g h i k l m n o p q
cumq. ille conſecutus fuiſſet eum cum fratribus ſuis, in eodem monte Galaad fixit tentorium. Et dixit

---

m n o
.i. quaſi prælio captas.
a b c d e f g h i k l m n o p
ad Iacob: Quare ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? Cur

ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi, vt proſequerer te cum gaudio, & canticis,

& timpanis, & citharis? non es paſſus vt oſcularer filios meos & filias: ſtulte operatus es: &

---

e f g
.i. poſſem te lædere, & tuis damnum inferre.
a b c d e f g h i K l m n o p
nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi:

Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſiderio erat

---

tibi

f g h i
ecce quomodo Laban idolatra.
a b c d e f g h i
tibi domus patris tui: cur furatus es Deos meos?

S C H O L I A.

1 VOCAVIT *Rachelem, & Liam in agrum.*] Vt ſcilicet ſecretius illas alloqueretur.

2 *Circumuenit.*] Ideſt, fallaciter, & peruerſe egit mecum.

3 *Mutauit mercedem decem vicibus:*] Septuaginta interpretes habent: decem agnis, ſicut ſollemus includere tempus, cum dicimus: per quatuor vindemias apud te fui, ideſt, per quatuor annos. Cæterum, teſte Hieronymo *Monim* numerum potius quam agnos ſignificat. Iuxta Hebræum eſt: decem mnas: quæ vox Hebraica eſt, quamuis & Græci, & Latini vt ſuam vſurpent. Et cum centum drachmarum ſumma ſit, tamen partem aut numerum quemlibet ſæpe ſignificat: quaſi dicat: decem numeris. Diodorus legit decem vicibus. Ex editione Syriaca Euſebius: decies. Ne autem in ſex annis, decem pariendi vices, incredibiles videantur: citat Hieronymus Virgilium, dicentem: Bis grauidæ pecudes: naturam autem Italicarum ouiū, & Meſopotamiæ eamdem eſſe tradit. Cæterum hoc quod dicitur: ſeptem vicibus, Hebraiſmus eſt, id eſt multis vicibus: numerus enim certus, pro incerto quandoque ponitur.

Hier. q. hebr. in Gen.
מנים
Diodorus.
Virgilius in Bucco. Egloga 1.

4 *Si quando dixit: variæ erunt mercedes tuæ.*]Hic exprimitur quomodo mutauerit mercedem: quando enim fœtus varios in multitudine conſpiciebat, variegatum deinceps pecus meum erit, dicebat Laban: tunc Iacob, cum virgas non apponeret in canalibus, vnicolores erant greges, qui naſcebantur: quod videns Laban, poſtulabat deinceps ſibi dari quæcumque vnius coloris naſcerentur: & tunc variegata oriebantur; quia Iacob decorticatas apponebat virgas in canalibus: ſicq. ſingulis vicibus, quibus greges pariebant, Laban mercedem mutabat. Adde, iuxta Ioſephum, non ſolum prædicto modo illum circumueniſſe, ſed aliquando viſo partu fidem de præſenti (inquit) non cuſtodiebat, aliquando in alterum annum præbiturum ſe eſſe dicebat; eo quod videret multitudinem pecudis in illo partu abundare.

Ioſeph. 1. anti. cap. 15.

5 *Tulitq. Deus ſubſtantiam patris veſtri.*] Chaldæus: & ſeparauit Deus de pecoribus patris veſtri, & dedit mihi ſubſtantiam, ideſt, de ſubſtantia.

6 *Leuaui oculos meos.*] Cum dormientium oculi clauſi ſint, non dubium eſt, quin per oculos, vires illas internas intelligat, quibus dum quis dormit, res oſtenſæ videntur, vel potius earum imagines ſpeculantur.

7 *Aſcendentes mares ſuper feminas.*] Vbi dicitur, mares, in Hebræo eſt: *Athudim*, ideſt, ordinatores ſiue duces gregis, per hos, reliquos mares intelligens: vnde optime Vulgatus poſuit mares, & non Hircos, vt alij; neque enim hirci ſuper oues aſcendunt, conſtat autem *Son* proprie ouem ſignificare, neque vero *Athudim* proprie hircos ſignificat.

עתדים
צאן
עתדים

8 *Ego ſum Deus Bethel,*] Vel quia angelus in perſona Dei loquitur, ſe Deum dicit: vel ſecunda perſona in Trinitate angelus dicitur; quia miſſus à patre apparuit Iacob; patri enim mitti non conuenit, cum à nullo procedat. vt S. Thomas aduertit: Vnde nec angelus proinde dici potuit. Porro, ſomnium narrauit vxoribus; vt intelligerent Dei auxilio & conſilio, Iacob in cunctis dirigi.

S. Tho. 1. 4.

9 *Numquid habemus reſidui quidquam in facultatibus?*] Quaſi dicat: quid eſt quod à patre expectemus, nonne cuncta fratribus noſtris contulit?

10 *Et vendidit, comeditq. pretium noſtrum*]Vendidit, nos ſcilicet tibi in vxores, (ſicut traduntur ancillæ,) in pretium, tui obſequij & ſeruitutis. Porro, comediſſe pretium dicitur; quia ex obſequio Iacob, quod filiarum fuit pretium, conſecutus eſt diuitias, vel pretiūm noſtrum, ideſt, quod nobis debebatur, pro iuris noſtri laboribus. Comedendi vero verbum apud Hebræos, pro frui capitur, quaſi dicat: opus noſtrum conuertit in ſuum commodum.

11 *Rachel furata eſt idola patris ſui.*] Cum ad diuinationem & reſponſa his vterentur, ſuſtulit Rachel patris idola, ne per illam noſſet fugam Iacob, & vbi inuenire illum poſſet; quia ſciebat ipſum Iacob neſcio Laban velle iter ſuum per agere. ſic R. Ezra. ſi argentea erant, magis etiā propter argentum tulit, quam vt coleret: immo & vt patrem ab illorum cultu retardaret, quem impiū eſſe, admonita & edocta fuerat à Iacob. ſic Theodoretus Baſilium, & Nazian. ſequutus multis contendit. Sed hoc non eſt adeo certum: quare ſi ipſa adhuc idololatra erat (vt Chryſoſt. tenet) cui fauere videtur, quod dicitur infra c. 35. Abijcite deos alienos) nō proinde ſcortum Iacob fuit, vt enim docte aliqui aduertunt diſparitas, cultus, non impedit matrimonium ex iure naturæ. nam 3. Reg. Dauid, Macham, Geſur Regis filiam duxit. & Iudic. 14. Sampſon, infidelem vxorem habuit. Et Salomon. 3. Reg. 3. Cum filia Pharaonis coniunctus eſt matrimonio. & Eſther cū Aſſuero idololatra. Porro, vbi dicitur: idola, in Hebræo eſt *Theraphim.* Aquila *Morphomata*, figuras, vel imagines, interpretatur. has factas quidam ferunt per aſtronomiam, & necromantiam, ſic vt reſponſa darent. Hebræi dicunt fuiſſe caput pueri primogeniti, dæmonibus immolati, & aromatibus conditi, ſuper cuius lingua

Baſilius initio libri Prouerb.
Greg. Naz. orat. de S. Paſchate.
Theod. q. 89. in Gen.
Chryſ. ho. 67. in Gen.
תרפם
μορφώματα

lamina erat aurea ſcripto alicuius dæmonis nomine. Et propter eorum peccata, permittebat Deus, vt inde dæmon reſponſa daret. vide 1. Reg. 9. & Ezech, 21. & Zachar. 10. *Theraphim* non ſemper ſignificat imagines ad idololatriam. nam 1.Reg. 19. poſuit Michol *Theraphim* in lecto, pro Dauid, in qua domo certum eſt, non fuiſſe idola, ſed erant ſtatuæ ad aliquam debitam repræſentationem, vel huiuſmodi.

תרפים

תרפים

12 *Noluitq. Iacob confiteri ſocero ſuo quod fugeret.*] Iuxta Hebræum dicitur: Et furatus eſt cor Laban, Hebraiſmus eſt, ideſt, eo inſcio & ignorante receſſit. quo ſchemate vtitur Scriptura in hoc capite iuxta Hebræum, vbi dicitur ſupra, clam me: Et rurſum, cur ignorante me fugere voluiſti? & iterum cum dicitur: Quod inſcio te profectus ſum, &c.

13 *Contra montem Galaad,*] ideſt, verſus montem Galaad, qui ſic per prolepſim dicitur: poſtea eſt ſic vocatus, ex fœdere inito inter Laban & Iacob, & aceruo lapidum in teſtimonium conſtructo, qui mons Galaad, vt ex varijs Hieronymi locis colligitur, mons eſt ad tergum Phœniciæ & Arabiæ, quæ etiam prius dicta fuit Galaad: & nunc Gereſa nuncupatur, copulatusq. eſt mons Galaad collibus Libani, extenditurq. per deſertum vſque ad eum locum vbi trans Iordanem habitauit olim Rex Seon Amorrhæorum: ceciditq. in ſortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe: ab hoc monte, & Ciuitas ibi ſita ſortita eſt vocabulum, quam & cepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir, de ſtirpe Manaſſe, à quo & vniuerſa illa regio, Galaad dicta eſt: eſtque mons Galaad odoriferus, paſcuisq. abundans. forſan hos montes Strabo Thraconos appellauit.

Hier. q. hebr. in Gen. & in 20. cap. Hier. & in Abdiam & 12. c. Oſee.

Strabo.

14 *Aſſumptis fratribus perſecutus eſt cum diebus ſeptem.*] Cognatos vocat fratres more Hebræo. Porro, cum Laban trium dierum itinere à domo ſua diſtaret, tanta enim loci diſtantia ſeparauerat gregem filijs commiſſum, ab eo, qui curæ erat Iacob, ſeptem, vel plus diebus à Charan verſus Galaad profectus fuerat, & Laban breuiori tempore etiam ab eo loco, vbi oues tondebat, cum illum perſequeretur, in Galaad compręhendit; pergebat enim Iacob cum vxoribus, & pueris, & grege, & non ita concite ſicut Laban.

15 *Caue ne quid aſpere loquaris contra Iacob.*] Iuxta Hebræum, vbi nos legimus: aſpere, habetur: ſiue bonum, ſiue malum, & eſt ſchema linguæ Hebraicæ, ideſt, non loquaris aliquid, quod ipſi diſpliceat, quo modo loquendi etiam nos vtimur, *no quiero con vos, bueno ni malo,* nolo tecum contendere. Porro, vbi nos legimus: caue, iuxta Hebræum eſt: ſis cuſtoditus tibi; & Ioſephus refert, Deum illi dixiſſe, ſe futurum pro Iacob, ſiquid aſpere loqueretur. *Ioſeph. 1. anti. c. 15.*

16 *Quaſi captiuas gladio,*] Ideſt, quaſi captas bello. Et Ioſephus refert: quaſi iure belli poſſeſſum apud me auferens. *Ioſeph. 1. anti. c. 15.*

17 *Et tympanis, & citharis.*] Omnes vertunt ſicut Vulgatus. Cæterum *Chinor* conſtat eſſe inſtrumentum quod ſuſpendi poſſit. Pſ. 137. Suſpendimus organa noſtra: ſed de his iam ſupra. כנור

18 *Valet manus mea reddere tibi malum.*] Vbi nos legimus manus mea, in Hebræo eſt: fortitudo mea, ſed idem eſt vtriuſque ſenſus, ideſt, poſſum tibi nocere, & lædere, tuisq. damnum inferre.

19 *Cur furatus es Deos meos.*] Satis ex hoc conſtat, Laban idololatram fuiſſe.

Reſpondit Iacob: quod inſcio te profectus ſum, timui ne violenter auferres filias tuas. Quod

m
.i. cognatis.
a b c d e f g h i k l m n
autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus noſtris:

c
.ſ. bonorum.
a b c d e f g h i k l m n
ſcrutare, quidquid tuorum apud me inueneris, & auſer. Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata eſſet idola. Ingreſſus itaq. Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriuſque famulæ non

a h l
.ſ. idola. pro, abſconderat .ſ. antea. .i. cliſtella, aut ſella cameli.
a b c d e f g h i K l
inuenit. Cumque intraſſet tentorium Rachelis, illa feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta

e l m
.ſ. qui ex Laban. quod ſuum eſſet, nec idola. .ſ. Rachel.
a b c d e f g h i k l m n o
cameli, & ſedit deſuper: Scrutatiq. ſunt omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Non iraſcatur

i K l m a b
.i. patior fluxum menſtrui.
a b c d e f g h K k l m
Dominus meus quod coram te aſſurgere nequeo: quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc

d f h
.i. fruſtrata. Iuxta Hebraum: Et ſcrutatus eſt & non inuenit idola. .ſ. Laban. iuxta Hebraum non legitur aliquid de tumore, ſed ſolum quod ſit iratus & iurgatus.
a b c d e f g h i k l m n
accidit mihi. Sic deluſa ſollicitudo quærentis eſt. Tumensq. Iacob, cum iurgio ait. Quam

K
.i. perſecutus es.
a b c d e f g h i k l m n o p q
ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem

c f g K l n
.i. de cunctis, quæ tua eſſent. .i. appone, ſeu profer in medium quod inueniſti. .i. cognatis.
a b c d e f g h i k l m n
ſupellectilem meam? quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? pone hic coram fratribus

c f h i K l
.i. cognatis. .i. ius dicant. contra illum, qui reus fuerit. q.d. eſſe es el pago, que me dais. iuxta Hebraum: iam, vel ecce.
a b c d e f g h i k l m n o p q
meis, & fratribus tuis, & iudicent, inter me, & te. Idcirco viginti annis fui tecum? Oues

d
iuxta Hebraum: non ſunt abortum paſſa.
a b c d e f g h i k l m n o p q
tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum à beſtia oſtendi

c m n
.ſ. cum non tenerer. .ſ. a æſtu. .ſ. gelu
a b c d e f g h i k l m n o
tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas: die noctuq. æſtu
vrebar, & gelu, fugiebatq. ſomnus ab oculis meis. Sicq. per viginti annos in domo tua ſeruiui
tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis: immutaſti quoque mercedem meam

a b e f i
ſicut dictum eſt ſuperiori capite, id eſt, multis vicibus. .i. quem ille coluit. .i. Deus, quem timet, tollit.
a b c d e f g h i k l m n o
decem vicibus. Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modo

a
.i. nullo adhærente.
a b c d e f g h i k l m n
nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit

b f g h i r
.i. nocte heſterna. ſub. iſta. .i. nepotes. .i. à me proceſſerunt.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
te heri. Reſpondit ei Laban: Filiæ meæ, & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea ſunt:

a b c d f g
.i. natura non permittit, vt quid mali eis inferam. .i. filiabus. .ſ. q.d. eſſet me ipſum lædere.
a b c d e f g h i k l m n o p q
quid poſſum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus: vt ſit in teſtimonium

m n p
.i. ſignum fœderis .ſ. ſtatuam, ſeu monumentum. .i. cognatis, qui ſcilicet cum Laban venerant.
a b c d e f g h i k l m n o p q
inter me, & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: dixitq. fratribus ſuis:

afferte

g h i

in ſignum amicitiæ, & dicitur per prolepſim, quia facto fœdere comederunt.

a b c d e f g h i k l

afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntq. ſuper eum: quem vocauit

c g h i k l m

.ſ. fœderis. .ſ. fœderis. Laban, Syriace: Igar Sahaduthn. Iacob, Hebraice: Galaad. Et hæc verba addita ſunt ab interprete, vt oſtenderit Laban Syriace, Iacob vero Hebraice nomina aceruo impoſuiſſe.

a b c d e f g h i k l m

Laban tumulum teſtis: & Iacob aceruum teſtimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ.

d e f l

.ſ. fœderis. .i. ab hodie. à Iacob.

a b c d e f g h i K l m n o p q

Dixitq. Laban: Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie, & idcirco appellatum eſt nomen

c f h

.ſ. fœderis. ideo etiam dictus eſt Mitzpa .i. ſpecula. .i. ius dicat contra eum, qui fœdus tranſgrediatur.

a b c d e f g h i k l m

eius Galaad, ideſt, tumulus teſtis. Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando

n o p

.ſ. denuo. .ſ. homo.

a b c d e f g h i k l m n o p

receſſerimus à nobis, ſi affixeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus

c e f l h K

.ſ. nobis ſeparatis. .i. præter Deum. .ſ. eſt. .ſ. Laban.

a b c d e f g h i k l m n

ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit. Dixitque rurſus ad Iacob:

a b c d e m n

repetendo confirmat. .ſ. fœderis.

a b c d e f g h i K l m n o p q r t ſ

en tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, teſtis erit: tumulus, inquam, iſte & lapis ſint

a b f g h i K o p q

.ſ. fœderis. malo animo nocendi .ſ. tibi aut tuis. .i. intendens malum mihi inferre.

a b c d e f g h i k l m n o p q

in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.

a b d f g h i l

.i. quem Abraham coluit. pre. dij. ius .ſ. dicens contra illum, qui tranſgrediatur iuramentum. .i. dij. .ſ. Iſaac, & Nachor.

a b c d e f g h i k l m n o

Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob

a b c k l

.i. per Deum, quem timebat Iſaac. .ſ. Iacob. .i. cognatos.

a b c d e f g h i K l m

per timorem patris ſui Iſaac: immolatisq. victimis in monte, vocauit fratres ſuos,

b c f l m

.i. vt pranderent. .i. prandiſſent. .i. mane ante lucem. entre dos luzes por la mañana.

a b c d e f g h i K l m n

vt ederent panem. Qui cum comediſſent, manſerunt ibi. Laban vero de nocte conſurgens

c h i K o p

.i. nepotes. .i. precatus eſt eis bona. .ſ. Charam.

a b c d e f g h i k l m n o p

oſculatus eſt filios ſuos, & filias ſuas, & benedixit illis: reuerſusq. eſt in locum ſuum.

SCHOLIA.

20 *Timui ne violenter auferres filias tuas.*] His addit Ioſephus, etiam dixiſſe: non malignitate mea, ſed iuſta deuotione ſecutæ ſunt; vt vxores virum ſuum, & non tam me, quam filios ſuos: Et hoc quidem ipſe dicebat, inquit Ioſephus, ne quid gereretur incongruum.

Ioſeph. 1. anti. c. 15. *Ioſeph. 1. anti. c. 15.*

21 *Iuxta conſuetudinem ſeminarum mihi accidit,*] Ideſt, patior menſem, vel menſtrua. Porro, & Ioſephus addit: & Laban ceſſauit amplius perſcrutari, non credens, quod filia cum tali paſſione accedere poſſet ad idola, ob reuerentiam ſcilicet illorum.

Ioſeph. 1. anti. cap. 15.

דלקת

22 *Sic exarſiſti poſt me.*] In Hebræo *Dalactha*, quæ dictio aliquando ſignificat ardere, vel exardeſcere ſicut. Pſ. 7. Sagittas ſuas ardentibus effecit: ſæpe vero importat perſequi: vt Threnorum 4. ſuper montes perſecuti ſunt nos.

23 *Pone hic coram fratribus meis,*] Ideſt, appone, ſiue profer id quod inueniſti tuum, in medio: coram fratribus, ideſt, cognatis, vt ipſi iudicent: & ſi tuum fuerit, me increpent.

24 *Ego damnum omne reddebam.*] Iuxta Hebræum eſt: Ego peccabam. ſæpe enim in Scriptura peccatum pro pœna peccati ponitur, ideſt, exſoluebam damnum, forſan ex pecunijs, quæ ex via remanſerant, quia ditiſſimus pater, & ſi clam filium miſit abſque comitatu, vt fratri celaretur: non tamen abſque pecunijs, quas commode aſportare poſſet.

25 *Die noctuq. æſtu vrgebar & gelu.*] Die vrgebar æſtu, nocte vero gelu: ita frequentius, licet quandoque, & die frigus vrgeat.

26 *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac*] Deus Abraham, ideſt, quem Abraham colebat. Porro, timor Iſaac dicitur, ideſt, Deus, quem timet Iſaac: ſic Auguſtinus, & Alchuinus. Vnde Chaldæus paraphraſtes: per illum, quem colebat pater ſuus Abraham; Deus enim, iuxta Hebræos, in ſpeciali dicitur eius, qui cum defunctus ſit, Deum amplius offendere, & ab eo ſeparari nequit: quod communiter in his, qui viuunt, non ita eſt, ſed ſanctos decet, dum viuunt, Deum timere timore filiali, & hoc forſan innuere voluit, Deum ſcilicet Iacob defendere, ex meritis Iſaac, qui Deum timebat, & apparuiſſe Laban, ne Iacob læderet. Adde Hebræos à Chaldæis mutuaſſe, ipſummet Deum appellare, timorem & pauorem; quod Deus maxime ſit timendus ab his etiam iuſtis, qui in hac vita degunt, vnde Iſai. 8. Sanctificate Dominum Deum Iſrael, ipſe eſt pauor veſter, ipſe terror veſter.

Aug. q. 100. in Gen. & 4. Alch. q. in 38.

אמש

27 *Et arguit te heri.*] In Hebræo eſt *Emes*, quidam vertunt heſterna nocte, & ſic etiam paraphraſtes Chaldæus: ſed certe incerta eſt huius vocis ſignificatio.

28 *Quid poſſem facere,*] Ideſt natura non permittit, vt detrimenti quidquam illis inferam; eſſet enim me ipſum lædere.

29 *Qui congregantes fecerunt tumulum.*] Forſan duos extremos lapides erexerunt, vnum Iacob, & alium Laban, mediumq. ſpatium repleuerunt lapidibus: & hæc forma tumuli fuit. Ioſephus dicit, columnam ſtatuiſſe ſub ſchemate aræ. *Ioſeph. 1. ant. cap. 15.*

30 *Vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ.*] Verba hæc appoſita ſunt ab interprete, ſicut & pleraque alia, non incongrue (vt quidam calumniantur) tum ad nominum interpretationem, tum etiam, ne quãdoque mutila videatur ſententia. Porro, eumdem aceruum lapidum, tumulum teſtimonij vterque propria lingua vocauit: Laban Syriace *Ygar Saadutha*, ſic Hieronymus alij *Yegar Sachadutha*: ſcribunt alij *Schadura*, Iacob Hebraice, *Galaad*, & vtriuſque vocis eadem eſt ſignificatio. *Hier. q. hebr. in Gen.* שהדותא גלעד

31 *Intueantur, &c.*] Quidam interpretes interponunt hic, tumulum illum etiam vocatum eſſe *Mitzpa*, ideſt, ſpecula; quod Laban dixerit: Intueatur Deus. מצפה

32 *Quando receſſerimus à nobis.*] Iuxta Hebræũ eſt: Quia latemus alter alteri: quia, pro, quando. Alij legunt: cum abſcondetur alter ab altero: quo ſchemate tam Hebræi, quam Græci & Latini vtuntur; eleganter tamen expreſſus à Vulgato: quando receſſerimus à nobis, ideſt, alter ab altero.

33 *Si autem ego tranſiero illum pergens ad te; aut tu prætereris malum mihi cogitans.*] Propter hæc verba titulum iſtum metam aliqui vertũt, ita quod neque Laban verſus Chanaam, neque Iacob verſus Meſopotamiam, animo nocendi, præterire illam poſſent; non enim viſendi, aut beneuolentiæ cauſa interdictum fuit: neque vlla appoſita meta.

34 *Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac*] Quid per timorem Iſaac intellexerit Iacob, dictum eſt paulo ante in hoc capite: nec deſunt, qui exiſtiment, iuraſſe per timorem mortis, quem Iſaac tempore, quo eum Abraham immolare voluit, paſſus eſt. *por la agonia in que ſe vio.* ſolent enim aliqui, per quid terribile iurare: ſicut per horam mortis. *por la muerte que deuo a Dios.*

35 *Et benedixit illis, reuerſuſq. eſt in locum ſuum*] Benedixit, ideſt, precatus eſt eis bona. Porro, reuerſus: iuxta Hebræum, abijt reuerſus, ideſt abijt, & reuerſus eſt: Hebraiſmus eſt, quaſi dicat: abiens reuerſus eſt in locum ſuum.

36 *De nocte conſurgens.*] Iuxta Hebræum: mane conſurgens. forſan ita mane, vt ante lucem conſurgeret.

CAPVT XXXII.

profecto iam Laban cum ſuis in Haram. in ſomnijs fuit viſio hæc. viſione internarum virium.

Iacob quoque abijt itinere quo cœperat: fueruntq. ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidiſſet, ait:

.i. exercitus Dei. & Ciuitas eſt Gaditarum huius nominis trans torrentem Iaboc. ſ. Iacob.

Caſtra Dei ſunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim, ideſt, caſtra. Miſit autem &

ſ. in campeſtribus Edom.

nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir, in regionem Edom: præcepitq. ei, dicens:

iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum eſt: ſeruus tuus.

Sic loquimini Domino meo Eſau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus ſum,

& fui vſque ad præſentem diem. Habeo boues, & aſinos, & oues, & ſeruos, & ancillas: mittoq.

Hebraiſmus .i. vt charus tibi ſim, vel gratus.

nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo. Reuerſiq. ſunt nuncij

latus quidem in occurſum fratris properabat.

ad Iacob, dicentes: Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occurſum cum

putans venire fratrem, vt factorum vlciſceretur.

quadringentis viris. Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat, greges

ſicut angelos viderat quaſi in duabus turmis.

quoque & oues, & boues, & camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Eſau ad vnam turmam,

vel fugiendo interim, vel quia, caſa vna, alteri parcet. .i. Deus, quem coluerunt Abraham & Iſaac.

& percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur. Dixitq. Iacob: Deus patris mei Abraham,

ſ. & pollicitus es. ſ. Chanaam.

& Deus patris mei Iſaac: Domine, qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis

.i. indignus. .i. beneficijs mihi collatis. .i. promiſſis, quæ expleſti, ſiue fide promiſſorum.

tuæ, & benefaciam tibi: minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quam expleuiſti

.i. cum. Hebraiſmus .i. ſolus & pedeſter, vel nihil habens niſi baculum. qui inde videri poterat.

ſeruo tuo. In baculo meo tranſiui iordanem iſtum: & nunc cum duabus turmis regredior.

a b c d e f q
& humana infirmitas Iacob, & eius fidei firmitas ex his ſatis apparent. *pro matres.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem

d e m o p q
.ſ. & pollicitus. *.i. prolem.* *per hyperbolen dictum.*
a b c d e g h i K l m n o p q
cum filijs. Tu locutus es quod benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris,

e h n o p a
.i. vix. *.ſ. Iacob.* *.ſ. ad manum; quia inſtante eius aduentu, quem timebat, non erat tempus ſeligendi.*
a b c d e f g h i k l m n o p
quæ præ multitudine numerari non poteſt. Cumque dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ

K l m n a b c d e
media appoſuit humana, vt Eſau placeret, etiam ſi de diuinis promiſſis confideret, ne totum Deo relinquens, nec ex parte ſua aliquid præſtans, Deum potius videretur tentare.
a b c d e f g h i k l m n
habebat, munera Eſau fratri ſuo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes

c l m
alij lactantes. *ita Septuaginta, ſed iuxta Hebræum, & Chaldæum: Tauros decem.*
a b c d e f g h i k l m n
viginti, camelos foetas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas

m n o
vt ſicut magnitudine, ita & multitudine muneris placaretur.
a b c d e f g h i k l m n o
viginti, & pullos earum decem. Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges,

b
.i. ſeruis.
a b c d e f g h i k l m
dixitq. pueris ſuis: antecedite me: & ſit ſpatium inter gregem, & gregem.

SCHOLIA.

1 FVERVNTQVE *ibi obuiam angeli Dei.*] Satis probabiliter putant quidam, viſionē hanc in ſomnijs fuiſſe, ſicut & omnes, quas antea Iacob habuit: vnde nec aliquid ipſum angelis locutum fuiſſe legimus. Hos angelos Hebræi dicunt fuiſſe illos, qui Syriæ præſunt, & eo vſque Iacob comitati ſunt: & hi etiam, qui propinquiori prouinciæ, quam ingreſſurus erat Iacob, præerant, & vt eum comitarentur venerunt. alij dicunt eos apparuiſſe vt eum confortarent eum in timore, quem ex aduentu fratris conceperat: & vere vtrumque eſſe potuit. Ioſephus apparuiſſe aſſerit, de futuris ei optimam ſpem pollicentes. *Ioſeph. 1. ant. c. 16.*

2 *Caſtra Dei ſunt hæc.*] Ad modum duorum exercituum ferunt apparuiſſe; nam & vox Hebræa *Machanaim* hoc dicunt ſignificare. frequenterq. aſſerit Auguſtinus, angelos in ſcriptura militiā nuncupari, ex quo etiam loco Ionas Aurelienſis Epiſcopus, vbiq. nobis frequenter angelos auxilia præſtare, affirmat. *מחנים* *Aug. q. 99. in Gen. to. 4.* *Ionas lib. 2. de cultu imaginū*

3 *Et appellauit nomen loci illius Manaim, ideſt, caſtra,*] Hieronymus legit *Mahanaim*, alij *Machanaim*, & ciuitas fuit huius nominis Gaditarum trans torrentem Iaboc; torrens enim, quem ſtatim Iacob fuiſſe tranſgreſſum ſcribitur, torrens Iaboc dictus eſt. *Hier. q. hebr. in Gen.* *מחנים* *מחנים*

4 *Miſit autem & nuncios ante ſe.*] Hos putant Hebræi, fuiſſe ex angelis, qui ei apparuerunt, ait enim R. Salomoh: miſit Malachim nunas & mammas, ideſt palpabiliter & corporaliter; quod vere & realiter eſſent angeli: & quamuis non adeo ſit veroſimile, annotaui tamen propter phraſim Hebraicam qua vſus fuit. Paul. Coloſſ. 2. in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt vere & realiter. *R. Salomoh.*

5 *In terram Seir in regione Edom.*] Iuxta vim Hebraici ſermonis ad campeſtria Edom miſit, vbi tunc forte Eſau habitabat, & vt eius gratiā ſibi conciliaret, quem offenſum nouerat, miſit legationem ad illum, certiorem inter alia eum faciens, quod in eius ſocietate, à Deo ſibi elargitis potiri gaudebat: vt Ioſephus refert, ſciebat enim Iacob, inſcio Eſau, nequaquam illam poſſe pertranſire. *Ioſeph. 1. anti. c. 16.*

6 *Properat in occurſum tuum cum quadringentis viris.*] Quidam dicunt, ideo cum quadringentis, vt fratrem captum duceret, vel vt ſaltem ſuam oſtenderet potentiam. Ioſephus vero, Eſau lætum occurrere ad aduentum fratris ſcribit.

7 Timuit

7 *Timuit Iacob valde.*] Nouerat Iacob in quibus fratrem offenderat, eiuſq. implacabile odium quod conceperat, humano more timuit: & licet à Deo per angelos conſortatus fuerit, non diffidit: immo quod ſuum erat præſtitit, vt eum placaret, & ne damnum reciperet, & nec ſpretis humanis remedijs Deum tentare voluit. vnde Auguſtinus, & Albinus, ex verbis, quibus Iacob Deum orauit, & humanam infirmitatem & pietatis fidem, ſatis apparere aduertunt. licet enim ſecundum rationem ſuperiorem, diuinis oraculis, & promiſſis eruditam, ſciret nihil ſibi eſſe metuendum: at ſecundum partem inferiorem obiecta ſpecie tanti periculi ingruentis, naturalis cuiuſdam pauoris motu feriebatur, qui motus ſæpe rapidi, & inconſulti ſunt, & ad breue tempus rationis imperium præuertentes, & illud quaſi cohibentes. Mox tamen vbi ſe animus collegit, & quid in re illa veri inſit conſiderat, timorem diſcutit, vigoremq. animi & conſtantiam retinet.

Aug. q. 101. in Gen. to. 4. Alb. q. in Gē.

8 *Et perterritus.*] Iuxta Hebræum: & anguſtiatus eſt, ſeu anxius factus eſt, ſic Chaldaica.

9 *Si venerit Eſau ad vnam turmam & percuſſerit eam, &c.*] In duas omnem ſuam familiam diſtribuit turmas, ſicut & angeli quaſi in duabus turmis viſi ſunt. Porro, ſi vnam (inquit) turmam percuſſerit, reliqua vel interim pertranſire poterit terram Edom & ſaluari, & etiam forſan quia, vna percuſſa, alteri parcet.

Hier. q. hebr. in Gen.

10 *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua, quam expleſti.*] Minor, ideſt, indignus, ſiue longe præcellunt merita mea. Miſerationes vocat beneficia, quæ libere ei Deus contulit. In Hebræo *Chaſadim*, ideſt beneficia, inter quæ etiam ſunt promiſſiones factæ; per veritatem autem intelligit, impleta iam diuinitus ei facta promiſſa. quaſi dicat: indignus ſum, in quem tot beneficia conferas, & promiſſionibus, quas ſeruo tuo impleſti. Iuxta Hebræum eſt: Minor ſum præ omnibus miſericordijs tuis, & præ omni veritate tua, quam feciſti ſeruo tuo. Cum enim Hebræi vſu comparatiui careant, eius loco vtuntur præpoſitionibus a, vel ab, quæ conuerti debent in præpoſitiones, præ, vel ſuper: non enim Hebraice diceretur: melior ſum te, ſed: bonus ſum à te, ideſt, præ te: ſicut Luc. 18. Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, ideſt, præ illo, vel, magis quam ille.

חסדים

11 *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum.*] Tropus Hebraicus eſt, quo intelligitur, nudum & tenuē tranſiſſe Iordanem. ſaltem ſine comitatu & equo, metaphora ſumpta ab his, qui bello victi, vel quouis modo inermes, & deperditis bonis proficiſcuntur ſola arundine vel baculo in manu: vnde Chaldæus paraphraſtes vertit: quia ſolus tranſiui Iordanem. Porro, torrens Sabeth, iuxta quem erat Iacob, non erat Iordanis, ſed in illum ſe exonerabat: & Iordanis flumen inde videri poterat, vt vere ſignando dicere poſſet, tranſiui Iordanem illum.

12 *Ne veniens percutiat matrem cum filijs.*] Per prouerbium ſic dicitur: ideſt, ne omnia deſtruat. tranſlatione ſumpta ab auiculis, vel ouis vel pullis incubantibus, quæ cum in nidulo, ab aucupe capiuntur, nihil relinquit, ex quo futura ſoboles ſuccreſcat.

13 *Separauit de his quæ habebat.*] Subintellige ad manum; non enim tempus ſeligendi erat, cum obuiam Eſau properare, à ſeruis, quos miſerat, accepiſſet.

14 *Singulos ſeorſum greges,*] Vt ſcilicet ſicut magnitudine muneris, ita & multitudine placaret.

---

o.
e.
.i. cum.
a b c d e f g h i k l m n
Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueritis fratrem meum Eſau: & interrogauerit te.

Cuius es? aut, Quo vadis? aut, Cuius ſunt iſta, quæ ſequeris? reſpondebis: Serui tui Iacob, munera

miſit Domino meo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit. Similiter dedit mandata ſecundo, & tertio,

& cunctis qui ſequebantur gregem, dicens: Iiſdem verbis loquimini ad Eſau, cum inueneritis

eum. Et addetis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur: dixit enim;

---

a b c d e
non ſunt verba Iacob, ſed addita ab interprete iuxta mentem Iacob.
a b c d e f g h i k l m
Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & poſtea videbo illum, forſitan propitiabitur mihi.

---

m
loco ſcilicet, quem caſtra vocauit.
a b c d e f g h i k l m n
Præceſſerunt itaque munera ante eum, ipſe vero manſit nocte illa in caſtris. Cumque

a c d e f g h i
.i. opportuno tempore vel valde mane: at iuxta Hebr. Septuag. & Chald. eſt: noctu, vbi nos legimus, mature. — *.ſ. Liam, & Rachel.* — *.ſ. Zelpham, & Balam.*
a b c d e f g h i k l m
mature ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas cum vndecim filijs,

b c d e f g h i K
flumen eſt, quod Iordani commiſcetur. — *vt oblitione nihil remaneret, & vt ſolus liberius orationi vacaret.*
a b c d e f g h i K l m n o
& tranſiuit vadum Iaboc. Traductiſq. omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce

a b g l m n o
Verbum diuinum in ſpecie viri. — *corporea luctationis complexu.* — *.ſ. vir ſiue Verbum Dei ſub ſpecie viri.* — *quia in ea diſpoſitione conſulte ſenſibilem figuram efformauerat.*
a b c d e f g h i K l m n o p
vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cum videret quod eum ſuperare non poſſet, tetigit

a b f g i m n o a o
.ſ. caput illius femoris quod in iſchium inſeritur iuxta Hebr. curuaturam. Septuag. latitudinem. — *ſolutum .ſ. à ſua naturali diſpoſitione. Iuxta Hebr. luxata, ſeu mota à loco ſuo, ſcilicet, exendide.* — *vir cum quo luctabatur.* — *.ſ. Iacob.* — *nolunt enim huiuſmodi ſic alijs videri, nam nō imaginaria fuit, ſed ſenſibilis figura.* — *pro, oritur, ſeu orta eſt.*
a b c d e f g h i k l m n o
neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq. ad eum: Dimitte me, iam enim aſcendit

b g g i
.ſ. Iacob. — *.ſ. ſicut ſuperior.* — *.i. aliquid boni impertiaris.* — *qui cum Iacob luctabatur.*
a b c d e f g h i k l m n o
aurora: Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomen eſt tibi?

e l m
.ſ. tantum. — *.ſ. potius.* — *.i. princeps cum Deo, ſeu directus Dei. & hic prædicitur imponendum infra cap. 35.*
a b c d e f g h i k l m
Reſpondit: Iacob. At ille, nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael:

c d h i k
.ſ. in lucta cum angelo Deum repreſentante: — *maxime contra Eſau:*
a b c d e f g h i k l m
quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit

o
ſicut ſuperior inferiorem, prædictione nominis, vel bona precando.
a b c d e f g h i k l m n o
eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit

K o p q
.i. facies Dei. — *Hebraiſmus .i. familiariter.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
ei in eodem loco. Vocauitq. Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem,

c d e f p
.i. cum vita remanſi, & ſine metu. — *locum illum ſic vocatum.*
a b c d e f g h i k l m n o p
& ſalua facta eſt anima mea. Ortuſq. eſt ei ſtatim ſol poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel:

a c i k
.ſ. Iacob. — *vt à Deo ſuam noſceret fortitudinem eſſe.* — *neque ipſe Iacob comedit deinceps.* — *.i. maſculum contrahente, & monentem femur.*
a b c d e f g h i k l m n
ipſe vero claudicabat pede. Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael, qui
emarcuit in femore Iacob, vſque in preſentem diem: eo quod tetigerit neruum femoris

c
alij contractus fuerit.
a b c
eius, & obſtupuerit.

SCHO-

S C H O L I A.

15 *Si obuiam habueritis fratrem*] Conditionalis illa, ſi, iuxta Hebræum, ideſt, cum; ſciebat enim Iacob à nuncijs, quos miſerat, properare Eſau in occurſum ſibi.

Aug. q. in Gē.

16 *Placabo illum in muneribus, quæ præcedunt*] Iuxta Auguſtinum verba illa, muneribus quæ præcedunt, non fuerunt Iacob, ſed addita ſunt ab interprete; non enim credendum eſt Iacob famulis commiſiſſe, vt Eſau referrent, quod muneribus eum Iacob placare intenderet. Porro, iuxta Hebræum dicitur: Placabo faciem eius, ideſt, illum, ſic vertit Vulgatus; quod furor, & beneuolentia, maxime in facie dignoſcantur.

17 *Et tranſiuit vadum Iaboc*] Iuxta vim verborum Hebraicorum, præfuit Iacob in hoc tranſitu, tamquam pater familias, vt commode & vxores, & filij, & greges pertranſirent. Porro Iaboc, licet quaſi torrens ex parte videatur, eſt tamen fluuius, iuxta Hieronymum, inter Amman, ideſt, Philadelphiã, & Geraſa: & in quarto miliario eius, & vltra procedens, Iordani fluuio conmiſcetur, & quondam Ammonitarum terminus fuit. nec deſunt, qui à Iacob ſic denominatum dicant.

Hier. de locis Hebr.

18 *Traductisq. omnibus*] Omnia traducere curauit, & ne quid obliuione remaneret, & vt liberius ſolus ex altera fluminis parte à latere Galaad orationi vacare poſſet.

19 *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane*] Origenes, quem ſequutus eſt Hieronymus, de lucta ſpirituali interpretantur, non cum angelo bono, quin bonum angelum ei adiutorio fuiſſe, ne à malo vinceretur, forſan Hieronymus non ex propria ſententia ſic loquutus eſt. Cæterum Procopius Gazeus aſſerit: luctam fuiſſe non ſpiritualem, ſed viſibilem cum diabolo, qui in ſpecie Eſau voluit illum deuincere, ſed, auxiliatore angelo, nequiuit: Et, vt id non propria virtute factum putaret, tactus eſt ei neruus, & claudicatio ſubſecuta. At vero Theodoretus Heracleæ Epiſcopus, quin & omnes fere interpretes, tam Hebræi, quàm Græci, & Latini contendunt, iuxta veritatẽ textus, verè corporeæ luctationis complexu, dimicaſſe Iacob aduerſus illum, qui ſibi apparuit, & Ioſephus 1. antiq. c. 27. ait; Illa vtique viſione certaminis faciente iudicium: *que le apareſcio con ſemblante de luchar, y pelear con el, y aſi apreto con el.* quem licet multi angelum nominent, fuiſſe tamen ipſummet, verbum diuinum, ſecundum aliquam ſimilitudinem creatam, tenent Iuſtinus martyr, Tertullianus, Hieronymus, Cyrillus, Chryſoſtomus, Hilarius, Euſebius, Seuerus Sulpitius, Clemens Alexandrinus, Athanaſius, Theodoretus, & Concilium Syrmienſe, ſub anathemate præcipit ita ſentire.

Orig. 3. periarchon. Hier. 3. l. comment. in epiſt. ad Epheſ. Procop. in Gē. Theod. Heraclea Epiſc. Clem. Alex. l. pedag. c. 7. Athan. 4. contra Armenos. Seuer. Sulp. in ſua hiſt. Iuſtin. mart. contra Triphonem. Hilar. 4. & 5. de Trin. & l. 12. Chryſ. ho. 58. in Gen. & ho. 13. imperfecti. & cap. 7. Act. Apoſt. Hier. in 6. cap. Iſai. & in 6. c. epiſt. ad Eph. & ad Euſtoch. Cyrill. 3. theſ. & ho. 5. Euſeb. lib. 5. demõſt. Euang. c. 11. & in hiſt. Eccl. c. 1.

20 *Qui cum videret, quod eum ſuperare non poſſet*] Intellectualis natura, non ſicut ſol, aut ignis, ſecundum omnem ſuam virtutem operatur, ſed ſicut vult, aut ei præcipitur: forſan angelo permiſſum eſt, vt in tali diſpoſitione corpus aſſumeret, ſecundum quam Iacob ſuperare non poſſet. ſimiliter & verbum diuinum, ſecundum eam diſpoſitionem talem ſimilitudinem efformauit, vt vires materiales ſic perſcriptæ fuerint, vt non excederent vires Iacob, & ſic vere experiretur, non poſſe ſic ſuperare ipſum Iacob, vt commoda eſſet ſignificatio eius, cuius cauſa hæc fiebant.

Theod. q. 88. in Gen. Eucher. q. vet. teſt. Cõc. Syrm. c. 13. Tertul. lib. 2. contra Marcionem, & l. contra Praxeam.

21 *Tetigit neruum fæmoris eius, & ſtatim emarcuit*] Neruum in Hebræo eſt *Caph*, ſignificat vertebram, & cotylem, ideſt, oſſis cauitatem, in qua abſconditur ſuprema pars femoris, quæ *Iſchium* Græcis dicitur: & etiam caput illud femoris, quod in Iſchium inſeritur, & os tactum eſt *cierto iuego ò choquezuela del muſlo*, percuſſa externa femoris parte. vnde Chaldæus: Tetigit in palmam femoris eius. Septuaginta: Et tetigit latitudinem femoris eius, & ſolutum eſt à diſpoſitione ſua naturali, ex quo neruus vtramque coxam connectens, ad tactum latitudinis externæ emarcuit, & ſic eluxata coxa, altero pede claudicare cœpit.

כף

22 *Niſi benedixeris mihi*] Sic eſt, iuxta Hebræum: Alij legunt: niſi fauſta impreceris mihi. Et infra, cum dicitur Et benedixit ei, legunt: Et fauſta imprecatus eſt ei. Sed certe cum ex multis ſuperiorem ſe illum cognouerit Iacob, ſuperioris benedictionem petiuit: *que le bizieſſe alguna merced.* Et quod infra legitur: Benedixit ei, *bizoſela*, & licet non legamus in qua re, creditur quod confortando illum circa aduentum fratris: certioremque illum reddens, quod nec damnum ex aduentu fratris reciperet, quamuis & humano more, vt prudens, ea præcauit damna, quæ timere potuiſſet, etſi Deum pro ſe eſſe certo crederet.

23 *Nequaquam, inquit, Iacob, appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael*] Subintelligendum eſt, iuxta Hebræum: tantum, & magis, quaſi dicat: non tantum vocaberis Iacob deinceps, ſed magis, vel potius Iſrael: quod non tam factum, quam prædictum fuiſſe intelligi poteſt; cum poſtea Iſrael nomen ei videatur impoſitum in Bethel, vt habetur infra cap. 35. Porro, teſte Philone, lib. de temulentia, & lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, & in lib. qui inſcribitur; Quiſnam ſit rerum diuinarum hæres, & in lib. de præmijs, & pœnis, & in libro primo de Abraham, & libro de nominum Hebraicorum interpretatione, dicitur Iſrael, ideſt, videns Deum: qua interpretatione vſi ſunt Origenes, Euſebius, Baſilius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Papa, & multi alij: ſed Hieronymus, cui maxime fides in his adhibenda eſt, violentam ex diuerſis characteribus nominum expoſitionem eſſe deprehendit. Sed Iſrael, inquit, ideſt, princeps cum Deo, vel directus Dei, quaſi dicat: Sicut enim ego princeps ſum, ſic & tu, qui mecum luctari potuiſti, princeps vocaberis: quamuis Ioſephus, Iſrael dictum putet; quod aduerſus angelum ſteterit, quod à Hieronymi interpretatione non multum diſcrepat.

Phile. Euſebius. Aug. 16. de ci. Dei cap. 39. Chryſ. ho. 58. in Gen. & 14. Ioan. Hilarius. Hier. q. hebr. in Gen. Orig. hom. 2. in lib. Num. & in prologo in Cantica Cantic. Baſil. in c. 1. Eſaiæ. Nazian. orat. 2. de Theol. Greg. lib. 3. in 1. Reg. in c. 7. & in cap. 9. 4. Reg. Ioſeph. 1. anti. c. 16.

24 *Vidi Dominum facie ad faciem*] S. Dyoniſius & Phebadus Epiſcopus, quem Hieronymus Sebadium Agenni uominat, Galliarum Epiſcopus, &

Dion. 4. c. cæleſt. Hier. Phebad. contra Arrianos. Hier. de vir. illuſt. S. T. p. p. q. 12. ar. 11. ad 1.

Sophronius illum appellat Sibadium, obſeruant, in Scripturis dici, aliquem Deum vidiſſe; quod non ad diuinam eſſentiam referendum eſt, ſed ad figuram ſenſibilem, vel imaginariam, ſecundum aliquam ſimilitudinem, diuinum aliquod repræſentantem, ſecundum quam Deus apparuit: ſic Iacob, facie ad faciem ſe Deum vidiſſe affirmat: Hebraiſmo, ideſt, familiariter. quam viſionem in vigilia fuiſſe, & ſecundum ſenſibilem figuram teſtatur S.Thomas, & id iuxta R.Moyſen ad prophetiæ eminentiam ſpectare, quam, & ſimiles viſiones factas eſſe, in figuram futuræ Verbi incarnationis, fatentur Ioannes Maxentius, & S.Thomas.

S.Tho. p. 1. q. 12. a. 11. ad 1. & 4. d. 49. q. 2. a. 7. a d 2. Max. l. 2. dial. S.T. 1. p. q. 51. a. 2. ad 1. & 3. p. q. 3. a. 3.

25 *Et ſalua facta eſt anima mea*] Ideſt, liberatus ſum à metu, vel potius, meo iudicio, non ſum mortuus, *y quede con vida*; mutabilis enim natura, immutari à ſuperiore nata eſt: vt de Zacharia Ioannis Baptiſtæ patre, & alijs videre eſt. hinc & Hebræis commune fuit, ex conſimilibus viſionibus, mortem timere: vt patet de Gedeone Iud. 6. & alijs.

26 *Ipſe vero claudicabat pede*] Hoc Hebræi putant ſignificare; licet ſemen Iacob victurum, & ſubiecturum eſſet Idumæos ex Eſau, cæterum aliquando claudicaturum in hoc dominio, vt ſcilicet cum rebellarunt contra Iudæos 4. Reg. 8. ſed exiſtimo veroſimilius eſſe, vt ſicut victoriæ ſymbolum erat eius, quam in omnibus ſupra Eſau, & poſteros eius in primogenitura, & paternis benedictionibus reportaret: ita & claudicatio in ſignum fuit, id non proprijs viribus, ſed diuina virtute fore conſequuturum.

27 *Non comedunt neruum filij Iſrael*] Ideſt, muſculum contrahentem, & mouentem femur, qui muſculus eſt iuxta acetabulum oſſis femoris, nec ipſe Iacob amplius comedit neruum: vnde Ioſephus loquens de Iacob, ait: Ipſe abſtinuit ab eo cibo, & propter illum, neque nobis eſt comeſtibilis.

Ioſeph. 1. ant c. 16.

CAPVT XXXIII.

f g
adhuc à longe.
a b c d f g h i K l m n o
Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros:

a b c d &c.
iam diuiſerat, ſed eo ordine compoſuit, quo volebat ante Eſau apparere.
a b c d e f g h i k l m
Diuiſitq. filios Liæ, & Rachel, ambarumq. famularum: & poſuit vtramque ancillam, &

e f g h i &c. n o p q a
in duas turmas tantum diuiſit cuncta, in quarum vltima poſuit poſtremo loco Rachel. & Ioſeph. — *tamquam prædilectos, & quodammodo honoratiores.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
liberos earum in principio: Liam vero, & filios eius, in ſecundo loco: Rachel autem & Ioſeph

d e f g h i m
.i. antecedens; ita Hieronymus. — *adoratione Dulia, qua excellentiores viri venerantur.* — *.i. capite inclinato, ſicut ſolebant in ſimilibus.* — *i. ſæpè.* — *ſ. Eſau.*
a b c d e f g h i K l m
nouiſſimos. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater

h i K l
iam mutata ira in beneuolentiam, diuina diſpenſatione. — *ſ. Iacob.* — *iuxta Hebr. & Chald. Cecidítq. ſuper.*
a b c d e f g h i K l m n o
eius. Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringenſq. collum eius, &

l
ſ. Eſau.
a b c d e f g h i k l m n o
oſculans fleuit. Leuatiſq. oculis, vidit mulieres, & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volunt

e g h
ſ. Iacob. — *ſ. Iacob* — *ſ. filij.*
a b c d e f g h i k l m n o p
iſti? & ſi ad te pertinent? Reſpondit: paruuli ſunt, quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.

Et appro-

g n
more tunc ſolito. *.i. filÿs.*
a b c d e f g h i k l m n
Et appropinquantes ancillæ, & filÿ earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoque Lia cum pueris

e k
Dulia, more ſolito excellentibus viris. *Dulia, more ſolito venerabilibus viris.*
a b c d e f g h i k l m
ſuis: & cum ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixitq. Eſau:

a b c d h i k l m n
quis eſt, ad quem mittis turmas illas, quas obuiam habui. *.ſ. Iacob.* *q.d. hac mecum traxi, vt ea tibi dono darem, vt tibi eſſem gratioſus, & acceptus.*
a b c d e f g h i k l m n
Quanam ſunt iſta turmæ, quas obuiam habuit reſpondit: vt inuenirem gratiam coram domino

d o p q
.ſ. Eſau. *.ſ. ſic facere .i. non recuſes obſecro.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
meo. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, ſint tua tibi. Dixitq. Iacob: Noli ita, obſecro:

b c d e f g
.i. ſi tibi gratus ſum. *quod fauor maxime oculis demonſtretur.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Sed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis: Sic enim vidi faciem

b c d e f g h l
per hyperbolen. & exaggerationem dictum. *.i. complaceat tibi in me, ſiue beneuolentiam hanc in me oſtendo.* *.i. munus.*
a b c d e f g h i K l m n
tuam, quaſi viderim vultum Dei: eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionem, quam attuli

g h i k l m n
ſub. mihi. q.d. qui me locupletauit. *.i. ſuſcepit, fratre compellente, moraliter tot precibus, vt ex vrbanitate cogerent.* *.ſ. Eſau.*
a b c d e f g h i k l m n
tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente, ſuſcipiens, ait:

Gradiamur ſimul, eroq. ſocius itineris tui. Noſti domine mi, quod paruulos habeam teneros,

i p q
ſolito, aut quam poſſint. *hyperbole eſt.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
& oues, & boues foctas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die

l n o
licet poſtea ex cauſa mutauerit ſententiam. *iuxta Hebr. veſtigia familiæ, ſeu gregis.*
a b c d e f g h i K l m n o
cuncti greges. præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia eius,

m
mons ab Eſau hyrſuto ſic dictus.
a b c d e f g h i k l m n o
ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad Dominum meum in Seir. Reſpondit Eſau:

d e f g h q
.i. de viris, qui mecum venerunt. *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
oro te, vt de populo, qui mecum eſt, ſaltem ſocÿ remaneant via tua. Non eſt, inquit, neceſſe:

f g h i k
Hebraiſmus .i. vt tibi gratus ſim.
a b c d e f g h i k l m n n o
hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo, domine mi. Reuerſus eſt itaque

illo

n
vbi poſtea ciuitas, ſic propterea nuncupata.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
illo die Eſau itinere, quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth, vbi ædificata domo, & fixis

g k
quod Iacob ibi tabernacula ad greges conſtruxerat. *.i. conſumata, ſic dicta eſt illa ciuitas Sychem, Ioan. 4. Sichar, corrupte, temporibus B. Hieronymi, Neapolis.*
a b c d e f g h i K l
tentorijs appellauit nomen illius Socoth, ideſt, tabernacula. Tranſiuitq. in Salem vrbem

Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaam, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, &

b c n
.ſ. Sychem, quia enim idololatra, noluit intus habitare. *qui fuit princeps illius regionis.*
a b c d e f g h i K l m n
habitauit iuxta oppidum. Emitq. partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor

c d h m
.ſ. ouibus, vel pecunia, qua centum oues æſtimabantur. alij legunt: nummis, ſeu denarijs. *ad immolandum.* *quod à Laban, & Eſau eum liberum fecerit.*
a b c d e f g h i k l m n o
patris Sichem, centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

S C H O L I A.

1 DIMISITQ. *filios*] Iam illud effecerat, compoſuit tamen turmas eo ordine inter ſe, quo ante Eſau apparere decreuerat. Porro, non tres turmas, ſed duas tantum, teſte Hieronymo, compoſuit; *Hier. q. hebr. in Gen.* in quarum vltima, poſtremo loco, tamquam prædilectos, & veluti honoratiores, Rachelem, & Ioſeph conſtituit.

2 *Adorauit pronus in terram ſepties*] Adoratione Duliæ, qua excellentiores perſonæ venerari ſolent, capitis inclinatione, & alijs, ſicut tunc temporis fieri conſueuerat. Porro, ſepties, pro, ſæpe ponitur, ideſt, ſæpe adorauit.

3 *Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum*] Iam enim diuina diſpoſitione, eius indignatio in pietatem, & beneuolentiam conuerſa fuerat.

4 *Sic enim vidi faciem tuam, quaſi viderem vultum Dei*] Auguſtinus, & Alchuinus ex beneuolentia dictum putant: & Deum vocat, ſicut Moyſes dictus eſt Deus Pharaonis, & iuxta Paulum: Sunt dij multi, & domini multi. vnde ſicut mons Dei, ideſt, mons illuſtris, ſic & facies Dei, ideſt, illuſtris & gratioſa, dici poteſt: ſed vere dictum videtur per hyperbolen conſuetam illo tempore: ſicut & apud nos, *pareçiome auer viſto vn roſtro de angel.* Nec ſpernenda eſt eorum ſententia, qui dicunt: ideo miſiſſe munera dictum à Iacob, quia Eſau faciem vidit, ſicut faciem Dei: ante quem ſcilicet, vacuum & ſine muneribus apparere non decet.

Aug. q. 105. in Gen. tom. 4. Alch. q. in Gen.

5 *Et fleuit*] Pro fleuerunt ambo, ſic iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta.

6 *Quaſi viderem vultum Dei*] Chaldæus legit Quaſi viderim faciem principum. Loquutio eſt familiaris, quidquid enim illuſtre apparet, diuinum dicitur: vt mons Dei, & fluuius Dei: hyperbolice itaque dictum eſt, modo tunc loquendi vſitato: quaſi faciem Dei, vel angeli, vt 4. ſcholio ſupra poſito inſinuauimus.

7 *Vix fratre compellente, ſuſcipiens*] Ideſt, vix ſuſcepit, etiam fratre compellente: ſuſcepit quidem, ſed compellente moraliter, tot precibus, quibus ex vrbanitate annuere cogebatur.

8 *Et ego ſequar paulatim veſtigia eius*] Non mentitum fuiſſe Iacob, aſſerunt Auguſtinus, & Albinus; quia ſic proponebat, licet ex rationabili cauſa ſententiam mutauerit, alioque diuertere ſtatuerit, cuius rei credo per nuntios certiorem reddidiſſe Eſau, ne illudere ei videretur: licet Scriptura, ſicut & alia multa, non narret: ſic & Paulus 2. ad Corinth. 1. putans ſe ire Corinthum, antequam iret in Macedoniam, ex cauſa mutauit ſententiam.

Aug. q. 106. in Gen. Alb. q. in Gen.

9 *In Seir*] Seir mons eſt in terra Edom, in qua tunc habitabat Eſau, vt affirmant Hieronymus & Ioſephus, regionis Gebulæ, quæ Palæſtina à Meridie clauditur. Et nomen Seir ab Eſau capillatura impoſitum aſſerunt. In quibus locis prius habitabat Choreus, quem interfecit Chodorlahomor.

Hier. de locis hebr. Ioſeph. 1. anti. cap. 16.

10 *Et Iacob venit in Socoth, ideſt, tabernacula*] Iacob autem, inquit Ioſephus, venit ad ſcænas, id eſt ad tabernacula. Scænæ autem, iuxta Hieronymum, locus eſt, qui Hebraica lingua appellatur *Socoth*, ſic dictus denuo, quod Iacob tugurium ibi gregibus ædificauerit. à *Sachach*, quod eſt, te- סכותה
סכך

Ioſeph. 1. anti. cap. 16. Hier. de locis Hebr.

Hier. de locis hebr. gere. vrbs vſque modo, B. Hieronymo teſte, trans Iordanem, in parte Scythopoleos, propinqua torrenti Iaboc, in tribu Gad. Alterius etiam Sochoth meminit Scriptura, vbi fuit prima Iſraelitarum manſio poſt egreſſum de Ægypto, antequam mare rubrum ingrederentur: multumq. à ſuperiori *Idem ibid.* diſtat. Duoq. loca ponit Hieronymus in ſorte Iudæ, eiuſdem nominis. Porro, iuxta Hebræos, per annum & dimidium ibi habitauit, forſan diutius moratus eſt; ſi Simeon & Leui viginti annorum erant, cum ſtragem Sychimorum fecerunt: ſicut quidam ſatis probabiliter opinantur. Et non ſolum tabernacula gregibus, ſed & domum ſibi ædificauit.

11 *Tranſiuitq. in Salem vrbem Sichymorum*] Plures ex recentioribus contendunt hoc loco, Salem eſſe appellatiuum nomen, & non proprium, ſignificareq. integrum, aut ſanum; cumq. abſque aliqua filiorum, aut familiæ deperditione, immo & à claudicatione ſanus, vt Hebræi referunt, iuxta *Hier. q. hebr. in Gen.* Hieronymum, aduenerit ad ciuitatem: integrum, vel ſanum refert Scriptura, eo perueniſſe, ad ciuitatem ſcilicet Sychem, Regis filij Hemor, à quo & *Hier. de locis Hebr.* ciuitas ſic denominabatur. Sed præſtat cum B. Hieronymo dicere, ciuitatem hanc Sychem dictam fuiſſe Salem, ſicut & illa, in qua habitabat Melchiſedech; plures enim vrbes vnius & eiuſdem nominis in Iudæa fuiſſe conſtat: quamuis, vt nomen erat huius vrbis, Salem ſignificabat, quod apud nos, conſummata: impoſitū eſt illi nomen Salem, ex integro aduentu Iacob, vt volunt Hebræi. Vt vero nomen erat ciuitatis Melchiſedech, ſignificabat quod apud nos pacifica; vtrumque enim, accentu *Idem ibid.* paululum declinato, hoc vocabulum ſonat. Et aliam Salem refert Hieronymus, iuxta Aeliam, contra Orientalem plagam. Porro, hanc Sychem eamdem dicunt, quam Ioan. 4. textus Sichar vo- *Idem ibid.* cat. At S. Hieronymus diuerſam videtur deſcribere, quamuis ibidem, verbo, Sychem, aſſerat S. Hieronymus, etiam hanc Sychem, nunc deſertum eſſe; oſtendi autem locum in ſuburbanis Neapoleos, iuxta ſepulchrum Ioſeph, quam Iud. 9. Abimelech ſubuertit, & in ea ſalem ſeminauit, poſtea vero ab Hiero boam 3. Reg. 12. reſtaurata fuit, & ſita in finibus tribus Ephraim. Alteram poſuit Hierony- *Idem ibid.* mus, quæ fuit ciuitas fugitiuorum, ſed forſan earum altera non fuit in ſorte Ephraim, vel non ſunt diuerſæ.

12 *Emitq. partem agri*] Primus in Chanaam emere cœpit partem agri ad habitandum, quod neque Abraham, neque Iſaac fecerant: & ſic primus inter eos domum ædificauit.

13 *A filijs Hemor patris Sychem centum agnis*] Fuit Hemor dominus illius prouinciæ, filios autem illius vocat ciues illi ſubiectos; eſt enim Dominus quaſi illorum pater & reipublicæ: quo nomine gubernatores ciuitatis dici ſolent: à ciuibus ergo agrum emit. Porro centum agnis, in Hebræo eſt *Cheſſitah*, ex recentioribus plures, obolis, vel nummis, putant eſſe legendū: & certe apud antiqui- קשיטה tatum obſeruatores, etiam reperi agnas, nomen cuiuſdā monetæ antiquitus fuiſſe. & R. Achibah dicit *R. Achibah.* ſignificare nummum; quod audierit Arabes, vt ipſe teſtatur, nummum *Cheſſitah* appellare: & citant קשיטה Act. 7. pecuniam Iacob exſoluiſſe: ſed id de ſepulchro, quod Abraham emit ab Hemor filio Sychem, refertur, non de parte agri, quam Iacob emit. Centum igitur agnis emit, ſic Vulgatus, & Ionathas Chaldæus paraphraſtes, & Septuaginta, vel quod tunc non ita communiter pecunia cuncta exſoluerentur, vel centum agnis in pecunia; ea ſcilicet, quantum valebant centum oues: niſi nomen pecuniæ ſit, agnas, ſicut prædiximus, quod & ſatis probabiliter credi poteſt.

14 *Inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael*] Quidam interpretantur, inuocauit, ideſt, vocauit, ideſt, tale nomen impoſuit altari: ſcilicet fortiſſimum Deum Iſrael. ſic communiter nos ſanctorum nominibus eccleſias appellamus, quibus dicatæ fuerunt: ſanctum Ioannem, vel ſanctum Petrum, eccleſiam S. Petri, vel S. Ioannis. Sed quidquid ſit de hac re, conſtat, fortiſſimum, ſub hac appellatione inuocaſſe; quod eum à Laban, & Eſau abſque aliquo periculo liberauerit.

CAPVT XXXIV.

a b h i K l
in quadam Sychimorum feſtiuitate. *& ornatum earum, iuxta Hebr. eſt: filias.*
a b c d e f g h i k l m n o
Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidiſſet

n
Hebraiſmus .i. cum ea concubuit.
a b c d e f g h i k l m n
Sichem, filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit

g h i k n
Hebraiſmus, ideſt, vehementer illam dilexit. *Iuxta Hebr. puellamq. Septuag. virginemq.*
a b c d e f g h i k l m n o
cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtemq. deliniuit

blandi-

n ubi poſtea ciuitas, ſic propterea nuncupata.

illo die Eſau itinere, quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth, vbi ædificata domo, & fixis

g quod Iacob ibi tabernacula ad greges conſtruxerat. — *x .i. conſumata, ſic dicta eſt illa ciuitas Sychem, Ioan. 4. Sichar, corrupte, temporibus B. Hieronymi, Neapolis.*

tentorijs appellauit nomen illius Socoth, ideſt, tabernacula. Tranſiuitq. in Salem vrbem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaam, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, &

b c .ſ. Sychem, quia enim idololatra, noluit intus habitare. — *n qui fuit princeps illius regionis.*

habitauit iuxta oppidum. Emitq. partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor

c d .i. ouibus, vel pecunia, quæ centum oues æſtimabantur. alij legunt: nummis, ſeu denarijs. — *h ad immolandum.* — *m quod à Laban, & Eſau eum liberum fecerit.*

patris Sichem, centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

S C H O L I A.

1 DIMISITQ. *filios*] Iam illud effecerat, compoſuit tamen turmas eo ordine inter ſe, quo ante Eſau apparere decreuerat. Porro, non tres turmas, ſed duas tantum, teſte Hieronymo, compoſuit; in quarum vltima, poſtremo loco, tanquam prædilectos, & veluti honoratiores, Rachelem, & Ioſeph conſtituit. *Hier. q. hebr. in Gen.*

2 *Adorauit pronus in terram ſepties*] Adoratione Duliæ, qua excellentiores perſonæ venerari ſolent, capitis inclinatione, & alijs, ſicut tunc temporis fieri conſueuerat. Porro, ſepties, pro, ſæpe ponitur, ideſt, ſæpe adorauit.

3 *Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum*] Iam enim diuina diſpoſitione, eius indignatio in pietatem, & beneuolentiam conuerſa fuerat.

4 *Sic enim vidi faciem tuam, quaſi viderem vultum Dei*] Auguſtinus, & Alchuinus ex beneuolentia dictum putant: & Deum vocat, ſicut Moyſes dictus eſt Deus Pharaonis, & iuxta Paulum: Sunt dij multi, & domini multi. vnde ſicut mons Dei, ideſt, mons illuſtris, ſic & facies Dei, ideſt, illuſtris & gratioſa, dici poteſt: ſed vere dictum videtur per hyperbolen conſuetam illo tempore: ſicut & apud nos, *pareçiome auer viſto vn roſtro de angel.* Nec ſpernenda eſt eorum ſententia, qui dicunt: ideo miſiſſe munera dictum à Iacob, quia Eſau faciem vidit, ſicut faciem Dei: ante quem ſcilicet, vacuum & ſine muneribus apparere non decet. *Aug. q. 105. in Gen. tom. 4. Alch. q. in Gen.*

5 *Et fleuit*] Pro fleuerunt ambo, ſic iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta.

6 *Quaſi viderem vultum Dei*] Chaldæus legit Quaſi viderim faciem principum. Loquutio eſt familiaris, quidquid enim illuſtre apparet, diuinum dicitur: vt mons Dei, & fluuius Dei: hyperbolice itaque dictum eſt, modo tunc loquendi vſitato: quaſi faciem Dei, vel angeli, vt 4. ſcholio ſupra poſito inſinuauimus.

7 *Vix fratre compellente, ſuſcipiens*] Ideſt, vix ſuſcepit, etiam fratre compellente: ſuſcepit quidem, ſed compellente moraliter, tot precibus, quibus ex vrbanitate annuere cogebatur.

8 *Et ego ſequar paulatim veſtigia eius*] Non mentitum fuiſſe Iacob, aſſerunt Auguſtinus, & Albinus; quia ſic proponebat, licet ex rationabili cauſa ſententiam mutauerit, alioque diuertere ſtatuerit, cuius rei credo per nuntios certiorem reddidiſſe Eſau, ne illudere ei videretur: licet Scriptura, ſicut & alia multa, non narret: ſic & Paulus 2. ad Corinth. 1. putans ſe ire Corinthum, antequam iret in Macedoniam, ex cauſa mutauit ſententiam. *Aug. q. 106. in Gen. Alb. q. in Gen.*

9 *In Seir*] Seir mons eſt in terra Edom, in qua tunc habitabat Eſau, vt affirmant Hieronymus & Ioſephus, regionis Gebulæ, quæ Palæſtina à Meridie clauditur. Et nomen Seir ab Eſau capillatura impoſitum aſſerunt. In quibus locis prius habitabat Choreus, quem interfecit Chodorlahomor. *Hier. de loci hebr. Ioſeph. 1. ant. i. cap. 16.*

10 *Et Iacob venit in Socoth, ideſt, tabernacula*] Iacob autem, inquit Ioſephus, venit ad ſcænas, id eſt ad tabernacula. Scænæ autem, iuxta Hieronymum, locus eſt, qui Hebraica lingua appellatur *Socoth*, ſic dictus denuo, quod Iacob tugurium ibi gregibus ædificauerit. à *Sachach*, quod eſt, tegere, *Ioſeph. 1. an i. cap. 16. Hier. de loci Hebr.* סכוה

Hier. de locis hebr. gere. vrbs vſque modo, B. Hieronymo teſte, trans Iordanem, in parte Scythopoleos, propinqua torrenti Iaboc, in tribu Gad. Alterius etiam Sochoch meminit Scriptura, vbi fuit prima Iſraelitarum manſio poſt egreſſum de Ægypto, antequam mare rubrum ingrederentur: multumq. à ſuperiori *Idem ibid.* diſtat. Duoq. loca ponit Hieronymus in ſorte Iudæ, eiuſdem nominis. Porro, iuxta Hebræos, per annum & dimidium ibi habitauit, forſan diutius moratus eſt; ſi Simeon & Leui viginti annorum erant, cùm ſtragem Sychimorum fecerunt: ſicut quidam ſatis probabiliter opinantur. Et non ſolum tabernacula gregibus, ſed & domum ſibi ædificauit.

11 *Tranſiuitq. in Salem vrbem Sichymorum*] Plures ex recentioribus contendunt hoc loco, Salem eſſe appellatiuum nomen, & non proprium, ſignificareq. integrum, aut ſanum; cuinq. abſque aliqua filiorum, aut familiæ deperditione, immo & à claudicatione ſanus, vt Hebræi referunt, iuxta *Hier. q. hebr. in Gen.* Hieronymum, aduenerit ad ciuitatem: integrum, vel ſanum refert Scriptura, eo perueniſſe, ad ciuitatem ſcilicet Sychem, Regis filij Hemor, à quo & *Hier. de locis Hebr.* ciuitas ſic denominabatur. Sed præſtat cum B. Hieronymo dicere, ciuitatem hanc Sychem dictam fuiſſe Salem, ſicut & illa, in qua habitabat Melchiſedech; plures enim vrbes vnius & eiuſdem nominis in Iudæa fuiſſe conſtat: quamuis, vt nomen erat huius vrbis, Salem ſignificabat, quod apud nos, conſummata: impoſitũ eſt illi nomen Salem, ex integro aduentu Iacob, vt volunt Hebræi. Vt vero nomen erat ciuitatis Melchiſedech, ſignificabat quod, apud nos pacifica; vtrumque enim, accentu paululum declinato, hoc vocabulum ſonat. Et *Idem ibid.* aliam Salem refert Hieronymus, iuxta Aeliam, contra Orientalem plagam. Porro, hanc Sychem eamdem dicunt, quam Ioan. 4. textus Sichar vo- *Idem ibid.* cat. At S. Hieronymus diuerſam videtur deſcribere, quamuis ibidem, verbo, Sychem, aſſerat S. Hieronymus, etiam hanc Sychem, nunc deſertum eſſe; oſtendi autem locum in ſuburbanis Neapoleos, iuxta ſepulchrum Ioſeph, quam Iud. 9. Abimelech ſubuertit, & in ea ſalem ſeminauit, poſtea vero ab Hieroboam 3. Reg. 12. reſtaurata fuit, & ſita in finibus tribus Ephraim. Alteram poſuit Hierony- *Idem ibid.* mus, quæ fuit ciuitas fugitiuorum, ſed forſan earum altera non fuit in ſorte Ephraim, vel non ſunt diuerſæ.

12 *Emitq. partem agri*] Primus in Chanaam emere cœpit partem agri ad habitandum, quod neque Abraham, neque Iſaac fecerant: & ſic primus inter eos domum ædificauit.

13 *A filijs Hemor patris Sychem centum agnis*] Fuit Hemor dominus illius prouinciæ, filios autem illius vocat ciues illi ſubiectos; eſt enim Dominus quaſi illorum pater & reipublicæ: quo nomine gubernatores ciuitatis dici ſolent: à ciuibus ergo agrum emit. Porro centum agnis, in Hebræo eſt *Cheſſitah*, ex recentioribus plures, obolis, vel קְשִׂיטָה nummis, putant eſſe legendũ: & certe apud antiquitatum obſeruatores, etiam reperi agnas, nomen cuiuſdã monetæ antiquitus fuiſſe. & R. Achibah dicit *R. Achibah.* ſignificare nummum; quod audierit Arabes, vt ipſe teſtatur, nummum *Cheſſitah* appellare: & citant קְשִׂיטָה Act. 7. pecuniam Iacob exſoluiſſe: ſed id de ſepulchro, quod Abraham emit ab Hemor filio Sychem, refertur, non de parte agri, quam Iacob emit. Centum igitur agnis emit, ſic Vulgatus, & Ionathas Chaldæus paraphraſtes, & Septuaginta, vel quod tunc non ita communiter pecunia cuncta exſoluerentur, vel centum agnis in pecunia; ea ſcilicet, quantum valebant centum oues: niſi nomen pecuniæ ſit, agnas, ſicut prædiximus, quod & ſatis probabiliter credi poteſt.

14 *Inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael*] Quidam interpretantur, inuocauit, id eſt, vocauit, id eſt, tale nomen impoſuit altari: ſcilicet fortiſſimum Deum Iſrael. ſic communiter nos ſanctorum nominibus eccleſias appellamus, quibus dicatæ fuerunt; ſanctum Ioannem, vel ſanctum Petrum, eccleſiam S. Petri, vel S. Ioannis. Sed quidquid ſit de hac re, conſtat, fortiſſimum, ſub hac appellatione inuocaſſe; quod eum à Laban, & Eſau abſque aliquo periculo liberauerit.

CAPVT XXXIV.

a b h i k l
in quandam Sychimorum feſtiuitate. *& ornatum earum, iuxta Hebr. eſt: filias.*
a b c d e f g h i k l m n o
Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidiſſet

n
Hebraiſmus .i. cum ea concubuit.
a b c d e f g h i k l m n
Sichem, filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit

g h i k n
Hebraiſmus, id eſt, vehementer illam dilexit. *Iuxta Hebr. puellamq. Septuag. virginemq.*
a b c d e f g h i k l m n o
cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtemq. deliniuit

blandi-

a m
i. verbis amicabilibus, & promiſſionibus eius triſtitiam, & dolorem leniuit. *ſ. Dinam.*
a b c d e f g h i k l m o
blanditijs. Et pergens ad Hemor patrem ſuum, accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.

a b c d m n o
ſ. filiam Dinam, raptam, & ſtupratam: *prudenter, cum ſtatim conueniens remedium adhibere non poſſet.*
a b c d e f g h i k l m n o
Quod cum audiſſet Iacob, abſentibus filijs, & in paſtu pecoris occupatis, ſiluit donec redirent.

a b c m
à ciuitate ad tabernacula Iacob. *ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Egreſſo autem Hemor patre Sichem, vt loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro:

a b c o
ſ. de raptu, & ſtupro Dinæ. *ſic Moyſes nominat, licet adhuc non eſſet in vſu.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
auditoq. quod acciderat, irati ſunt valde, eo quod foedam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata

c d K l
i. quæ fieri non deberet. *ſ. Iacob, & filios.*
a b c d e f g h i k l m n o
filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet. Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei

a b c d f h
Hebraiſmus i. vehementer, & plus nimio illam diligit. *ſ. Dinam.* *ſ. Sychem.*
a b c d e f g h i k l m o p
adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorem: & iungamus viciſſim connubia: filias veſtras

K l m n o
Hebraiſmus i. licebit vobis libere habitare in ea, vbi volueritis. iuxta Hebr. coram vobis.
a b c d e f g h i K l m n o
tradite nobis, & filias noſtras accipite. Et habitate nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt,

a b c d e h K o
ſ. terram. *ſ. in ea.* *ſ. terram hanc quantum ad portiones, quas pretio, vel aliunde acquiretis.* *ſ. dixit.* *ſ. Iacob.* *ſ. Dinæ.*
a b c d e f g h i k l m n o p
exercete, negotiamini, & poſſidete eam. Sed & Sichem ad patrem, & ad fratres eius ait:

a b c d K m
Hebraiſmus, ſim vobis gratus, precibuſq. meis annuite. *ſ. puellæ.* *ſ. ampliora.*
a b c d e f g h i k l m
inueniam gratiam coram vobis: & quæcumque ſtatueritis, dabo: augete dotem, & munera

m
ſ. Dinam.
a b c d e f g h i K l m
poſtulate, & libenter tribuam, quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem.

m o p
ſ. Dinæ. *quia nefarium eſt apud nos.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Reſponderunt filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis: Non poſſumus facere, quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quod illicitum & nefarium eſt apud nos. Sed in hoc valebimus foederari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in

e f K l m n
vt conſuetudinis. ſ. eſt apud nos. *ſ. in vxores.*
a b c d e f g h i k l m n o
vobis omne maſculini ſexus: tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias veſtras, ac noſtras: &

habita-

b
.i.in terra hac.
a b c d e f g h i k l
habitabimus vobiſcum, erimuſq. vnus populus: ſi autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus.

S C H O L I A.

1 EGRESSA eſt Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius] Ioſephus ſolam è tabernaculis tranſiſſe ad ciuitatem affirmat, vt prouincialium mulierum ornamenta emeret. Alij: Egreſſa eſt, interpretantur, ideſt, egrediebatur, & in conſuetudinem duxerat, filiabus illius regionis ſe congeminare: vnde & Sanctiſſimus martyr Maximus: Si non exiſſet Dina cum filiabus indigenarum, non fuiſſet humiliata. cum enim Hebræi careant præteritis, imperfectis, & pluſquam perfectis, eorum loco præteritis pefectis vtuntur. Probabilius tamen puto, Sichimitis feſtiuitatem habentibus, quod & refert Ioſephus, egreſſam fuiſſe Dinam è tentorijs patris, cum decenti comitatu, vt videret mulieres illius regionis, & earum ornatum.

Ioſeph.1. anti. cap. vlt.

S. Max. cap. Oeconom. cent 3. c.84.

Ioſeph. 1. anti cap. vlt.

2 *Quam cum vidiſſet Sichem, filius Hemor Heuæi*] Erat Sichem princeps, filius Regis, & qui poſſeſſurus erat regnum: in cuius gratiam à patre dicta eſt Sichem ciuitas, quæ antea Salem vocabatur: ſicut Caim in gratiam filij ſui Enoch, ciuitati, quam ædificauit, Enochiæ nomen indidit. Porro Heuæi ſunt, qui Samariam, & Hermon montem incolebant.

3 *Rapuit, & dormiuit cum ea*] Dormiuit, ideſt, concubuit; cum enim princeps, & potens eſſet, potuit decipere illos, qui Dinam comitabantur, & quo dãmodo rapere ab eorũ cuſtodia: & cum virginem illicite defloraſſet, & ſtuprum, & raptum commiſit.

S T. 22 q 154 ar. 1. & 6. corp.

4 *Et conglutinata eſt anima eius cum ea*] Hebraiſmus eſt, ideſt, vehementer illam amauit. Chaldæus: Et complacuit animæ ſuæ in Dina filia Iacob, & dilexit puellam. Septuaginta: Et intendit animæ Dinæ, filiæ Iacob, & dilexit virginem.

5 *Triſtemq. deliniuit blanditijs*] Iuxta Hebræũ: Loquutus eſt ad cor puellæ. & Chaldæus paraphraſtes: Loquutus eſt conſolationes ad cor eius. Hebraiſmi ſunt, optimeq. exponit Vulgatus prædictis verbis: demulcebat itaque verbis eam; forſan, vt Hebræi ferunt, promittens ducturum in vxorem, ſe principem & potentem affirmans; & feliciorem facturum, quam parentes Dinæ efficere poſſent.

6 *Siluit*] Ideſt, diſſimulauit prudenter, cui ſtatim mederi non poterat, nec conueniens remedium adhibere.

7 *Quod fœdam rem operatus eſſet in Iſrael*] Licet tunc nondum Iſrael vocaretur, nec eius familia domus Iſrael, ſed cum iam ab angelo prædictum narraſſet Moyſes, hoc nomine, quæ poſtea contigerunt, deſcribens, vſus eſt.

8 *Et rem illicitam perpetraſſet*] Chaldæus paraphraſtes: Et ſic non erat rectum facere, idem eſt ſenſus vtriuſque, ideſt, cum non liceret id fieri.

9 *Terra in poteſtate veſtra eſt*] Hebraiſmus, id eſt, vobis patebit, & licebit habitare in quocumque huius regionis loco, ſi volueritis.

10 *Reſponderunt filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo*] Ioſephus refert, prima vice Iacob concedendum ſibi ſpatium eis dixiſſe, vt deliberaret, cunctaq. ſcire faciens filios ſuos, cum regreſſi ſunt domum, ab eis petijt, vt cogitarent quid faciendum eſſet: & eorum plures, cum conſilium non inuenirent, tacuiſſe: præter Simeonem, & Leui, qui fratres erant puellæ ex eadem matre; forſan licet ita fuerit, tacuit Scriptura, ſicut multa alia; non enim omnia, quæ facta ſunt exprimere ſolet; etſi ſubſtantiam facti deſcribat. Porro, In dolo, quidam intelligendum dicunt, prudenter: ſed certe vox Hebræa *Mirma*, dolum & fraudem ſignificat: & quidem ex verbis filiorum Iacob, pacem, & promiſſionem vxoris factam Sichimitæ perceperunt, ſi cum populo circumciderentur: Et licet ſecundum aliquos inſidijs quandoque vti liceat cum inimicis, vnde nec Iacob factum videtur filiorum reprehendere, ſed tantum in magno eum diſcrimine conſtituiſſe indicat: potuit nihilominus dici dolus; eſt enim & dolus bonus 2. Corinth. 12. nam dolo vos cepi, inquit Paulus, bono quidem non prauo. Ceterum licet zelus filiorum Iacob bonus fuerit, & à Deo, vt ſcilicet patrati facinoris, quod in totius familiæ Iacob dedecus cedebat, meritas Sichimitæ luerent pœnas, ſicq. laudati ſunt Iudith 9. cum dicitur: Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum: quo loco defenſionis nomen, pro vindicta ponitur, & pro vltione, ſicut & cap. 1. eiuſdem libri: Iurauit Nabuchodonoſor, quod defenderet ſe de omnibus his regionibus, ideſt; quod vlciſceretur eas: & ad Rom. 12. Non vos defendentes chariſſimi, ideſt, vindicantes: quo modo loquendi & profani Scriptores vſi ſunt, vt videre eſt apud Aulum Gellium. At vero in multis Simeonem, & Leui exceſſiſſe, & peccaſſe ſatis apertum eſt, vt quod inconſulto patre, propria auctoritate facinus aggreſſi ſunt, & quod fallacibus promiſſis & pactis Sichimitas deceptos trucidarunt; vnde infra, Iacob: In concilium eorum non introeat anima mea. & iterum: Maledictus furor eorum, quia pertinax: inſontes ſiquidem multos, & innocentes occiderunt.

Ioſeph. 1 ant. cap. vlt.

מרמה

11 *Quod illicitum, & nefarium eſt apud nos*] Cum circumciſio ſignum eſſet futuri Meſſię ex illis, & veri cultus vnius veri Dei, ſemper eius nomen in pretio fuit, vſque ad Euangelij promulgationem: præputij vero appellatio, è conuerſo probroſa, vt videre eſt 1. Reg. 17.

11 d. *Tollemus filiam noſtram*] Filiam vocarunt fratres, qui minores natu erant, ſororem ſuam, vel maxime filiæ nomine puellam intelligentes, quo modo loquendi 1. Reg. 13. & Saul dictus eſt, filius vnius anni, ideſt, tamquam puer innocens vnius anni.

b — *.i. conditione oblata.* l — *.ſ. Sichem.*

a b c d e f g h i k l m n o

Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim quod

e — *.ſ. Dinam.* K — *.i. cæteris dignitate ſuperior, præcipuus.*

a b c d e f g h i K l m n o

petebatur, expleret: amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris

b — *Hemor, & Sichem.* c — *vbi maiores aderant, quorum conſenſum populus ſequebatur.* i K — *.ſ. Iacob, & qui ex eius familia.*

a b c d e f g h i k l m n o

ſui. Ingreſſiq. portam vrbis, loquuti ſunt ad populum: Viri iſti pacifici ſunt, & volunt

g — *.ſ. cultura.* n o — *hoc non eſt iuxta Hebræum explicite, licet bene implicite.*

a b c d e f g h i k l m n

habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus

b c — *.ſ. familiæ Iacob.* h — *.ſ. qui de familia Iacob.* n o — *q. d. vna tantum lege & conditione conſentiunt, iuxta Hebr. Verum in hoc conſentient nobis viri ad habitandum nobiſcum.*

a b c d e f g h i l m n o

indiget: filias eorum accipiemus vxores, & noſtras illis dabimus. Vnum eſt, quo differtur

g — *huius .ſ. familiæ Iacob.*

a b c d e f g h i k

tantum bonum: ſi circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes. Et ſubſtantia

K a b c — *quia per mutua .ſ. matrimonia promiſcue potirentur.* m — *.ſ. circumciſione.*

a b c d e f g h i k l m n o

eorum, & pecora, & cuncta, quæ poſſident, noſtra erunt: tantum in hoc acquieſcamus, &

b — *nos .ſ. & illi.*

a b c d e f g h i K

habitantes ſimul, vnum efficiemus populum. Aſſenſiq. ſunt omnes, circumciſis cunctis

g h i — *ſic aduertit Hypocrates.*

a b c d e f g h i k l m n

maribus. Et ecce, die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt: arreptis, duo filij

b c d — *vna cum multis ex domo, & ſeruis Iacob. Aug. q. 108. in Gen.* e — *ex patre, & matre.* l — *.i. quæ vrbs confidenter degebat, vel .i. ipſi audacter ingreſſi.*

a b c d e f g h i k l m

Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingreſſi ſunt vrbem confidenter: interfectiſq.

omnibus maſculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem

e — *.i. impetu magno venerunt.* m — *.i. ſpoliauerunt, vel diruperunt.*

a b c d e f g h i K l m n

ſororem ſuam. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos ceteri filij Iacob: & depopulati ſunt

d — *.ſ. Dinæ.* m — *iuxta Hebr. Septuag. & Chald. accipientes, ſeu rapientes.*

a b c d e f g h i K l m n

vrbem in vltionem ſtupri. Oues eorum, & armenta, & aſinos, cunctaq. vaſtantes, quæ

in domi-

e

,i.campis.

a b c d e f g h i K l m n o

in domibus, & in agris erant, paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas. Quibus

o a b

hæc verba non ſunt in textu Hebræo, ſed concinne appoſita ab interprete.

a b c d e f g h i K l m n o

patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon, & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me

g h i

comparatione eorum, licet ſufficientes ad vrbis vnius deuaſtationem,

a b c d e f g h i k l

Chananæis, & Pherezæis, habitatoribus terræ huius. nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Reſponderunt: Numquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

S C H O L I A.

12 *Et ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui*] Ideſt, cæteris dignitate ſuperior. Chaldaica: Et ipſe erat honorabilior omni domo patris ſui. Septuaginta: Ipſe autem erat glorioſiſſimus omnium, qui in domo patris ſui.

13 *Ingreßiq. ſunt portam vrbis*] In porta inclyti, & populi magnates, & quibus reipublicæ cura communiter commiſſa erat, aderant: quibus loquutos fuiſſe Hemor, & Sychem intelligendum eſt; illorum enim conſenſum, & decretum vniuerſus populus incunctanter ſequebatur, & obſeruabat.

14 *Ritum gentis imitantes*] Huius ſcilicet gentis, nempe domus Iacob: vt eorum, qui ex Abraham, cui data fuerat circumciſio.

15 *Et ſubſtantiam eorum*] Hebræi affirmant Hemor & Sichem, ſubſtantiam Iacob, & filiorum eius populo pollicitos, ſi circumciderentur; quia eos in ſeruitutem redigerent, eorumq. ſubſtantia potirentur: quod ſcientes filij Iacob, mutarunt ſententiam, eorum, quæ cum Hemor pacti fuerant, & decreuerunt illos occidere. Sed certe hoc, textui diſſonum videtur, cum dicitur: Et filias noſtras illis dabimus, & vnum efficiemus populum; quæ longe ſunt à ſeruitute. quare cum dicitur: Subſtantia eorum noſtra erit, dictum fuit ob mutua matrimonia, quibus facultates, quaſi communes redderentur Sichimitis, & filijs Iacob, & promiſcue alternis bonis potirentur, ſicut exigerent coniugia.

16 *Circumciſis cunctis maribus*] Iuxta Hebræum eſt: Egredientibus portam ciuitatis. quo Hebraiſmo, mares, ſiue viri deſcribuntur, non feminæ.

17 *Die tertia quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt*] Hypocrates libello de fracturis, iuxta Galeni diuiſionem commentario 3. aſſerit, tertia, & quarta die, vulnera omnia irritari, & exacerbationes parere; cuius ratio reddi poteſt, quia prima die, dolor tantum eſſe ſolet ex ipſa carnis diuiſione, à curatione vero, cito conquieſcit, & ſecundo die influit pituita ſuccus mitis, & moderatus, minimeq. irritans: at tertia die, bilis flaua accedit, ſuccus acer, mordax, & impenſe calidus: cum quo, ob dolorem, quem infert, & calorem, neceſſario accurrit ſanguis, paritq. phlegmones, & febres, quæ cum miteſcere intra diem non poſſint, neceſſario incidunt in diem ſequentem, qui eſt quartus ab accepto vulnere: quare ex mente eiuſdem Hypocratis, poſt primam, ſeu admotionem labiorum, ſeu conſutionem (vt res exigit) non debent chyrurgi, vſque ad diem quartum, quando iam declinant exacerbationes, vlcera irritare, neque aliter tangere, quam leuiter, quæ inflammationem arceant admouendo. *Hypocr. lib. de fracturis.*

18 *Duo filij Iacob, Simeon, & Leui*] Multos ex domo Iacob illos comitatos fuiſſe, admonent Auguſtinus, & Albinus: licet eorum tantum, qui præcipui erant, textus meminerit, & ſatis aperte ex hoc loco prædicti patres inferunt, diu fuiſſe Iacob moratum in Socoth; Ruben enim, qui natu maior, duodecim tantum erat annorum, quando egreſſus eſt Iacob de Meſopotamia, in qua per viginti tantum annos fuerat in domo Laban, & ſeptem primis annis ſeruierat pro Rachel, & Simeon, & Leui, qui poſt Ruben nati ſunt, decem & octo, vel viginti annorum erant, cum ſtragem hanc agreſſi ſunt, vt veriſimile eſt. *Aug. q. 108 in Gen. Alb. q. in Gen*

19 *Ingreſſi ſunt vrbem confidenter*] Chaldæus paraphraſtes vertit: Quæ habitabat confidenter, ideſt, quæ nihil tale cogitabat: ita vt dictio, confidenter, ad vrbem referatur, quaſi dicat: confidenter vrbis habitatores viuebant, quando Simeon & Leui ingreſſi ſunt vrbem.

20 *Pariter necauerunt*] Iuxta Hebræum eſt: In ore gladij, ideſt, gladio necauerunt, *tambien los paſſaron à cuchillo.*

21 *Odioſum feciſtis me*] Iuxta Hebræum: putidum, ſiue fœtere me feciſtis. Hebraiſmus eſt, ideſt odioſum: ſicut è conuerſo, ſeruata phraſi ſermonis 2. Corinth. 2. Chriſti bonus odor ſumus, inquit Paulus, ideſt, accepti ſumus Chriſto.

Aug. q. 109. in Gen. Alb. q. in Gen. 22 *Nos pauci ſumus*] Multi quidem erant cum Iacob; quippe, qui expugnare ciuitatem potuerunt: vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt. at pauci, ſi cum Chananæis & Phæreſæis conferantur, ſi aduerſum Iacob omnes conuenirent.

23 *Numquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?*] Iuxta Hebræum: Numquid ſicut cum meretrice faciet cum ſorore noſtra, vel numquid vt meretricem faciet ſororem noſtram? Chaldaica: Numquid ſicut cum meretrice fieri debuit cum ſorore noſtra; idem eſt omnium ſenſus. ſed Vulgatus, & Chaldaica expreſſius indicarunt loqui de præterito; quod enim reliquum erat, in vxorem deinceps habere deſiderabant.

CAPVT XXXV.

b & iuſſit non timere, vt refert Ioſephus 1. antiq. c. vlt. g .i. eia, Hebræo ſchemate. k quæ eſt in monte Moria. n In quo adimpleas, quæ tunc deuoueras.

a b c d e f g h i k l m n o p q
Interea loquutus eſt Deus ad Iacob: Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi, facq. altare Deo,

m n .i. omnibus domeſticis.

a b c d e f g h i k l m n o
qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum. Iacob vero conuocata omni domo ſua,

b c d e f g h i purificare enim tabernacula præceperat ei Deus, vt refert Ioſephus 1. antiq. cap. vltimo. l ad baptiſmata, quæ olim fieri ſolebant, pertinet. o p a .i. proÿcite immundas veſtes, & induite mundas.

a b c d e f g h i k l m o p
ait: Abÿcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt; & mundamini, ac mutate veſtimenta

b .i. eia, ſchemate vſitato. e quia erat in monte Moria. l ad immolandum.

a b c d e f g h i K l m n
veſtra. Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit

me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes

a b vel quos furata Rachel, vel quos inter gentes nutriti aſportauerãt, vel in Sythem deprædati fuerant. g .i. philacteria, & ornamenta idolorum. i forſan. quia inaures ex auro, & argento erãt, ideo illas nominat. n o p q a b noluit fundere in alios vſus ad illorũ exetrationẽ, & ſecreto infodit, ne raperent illi, à quib. acceperat. q ſimul cum idolis.

a b c d e f g h i k l m n o p q
Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas

l m .i. magnus. Terrorem hunc à Deo immiſſum docent Aug. q. 112. in Gen. & Chryſ. ho. 59. in Gen.

a b c d e f g h i k l m n o
ſubter terebinthum, quæ eſt poſt vrbem Sichem. Cumq. profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes

i ſ. Iacob, cum ſua familia. n i. amygdalum, quæ poſtea dicta eſt Bethel.

a b c d e f g h i k l m n
per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam,

h ſ. Iacob.

a b c d e f g h i k l m n o
quæ eſt in terra Chanaam, cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum eo. Aedificauitq.

ibi

b d h i n
ad libandum: .i. appellauerat, vel vocauit, quaſi confirmando eamdem impoſitionem. in Hebræo, El Bethel, ideſt Deus Bethel. ſ. Iacob.
a b c d e f g h i K l m n o p
ibi altare, & appellauit nomen loci illius, domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus, cum

b h
ſ. Eſau. ex Syria oriunda, quæ tunc erat apud Iacob; à morte enim Rebeccæ, ſe eo contulerat.
a b c d e f g h i k l m n o
fugeret fratrem ſuum. Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad

a b k l m
.i. ad pedem montis Moria, & Bethel in monte ſita eſt. in recordationem Rebeccæ fuit fletus, & honorifice ſepeliuit illam Iacob. ſ. in vigilia.
a b c d e f g h i k l m
radices Bethel ſuper quercum: vocatumq. eſt nomen loci illius, quercus fletus. Apparuit

l m
.i. in ſequentibus; cuius benedicere, eſt benefacere.
a b c d e f g h i K l m
autem iterum Deus *Iacob, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixitq. ei,*

d g h i n
ſ. tantum: quod ab angelo promiſſum, hic fuit expletum. ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n o
dicens: Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſrael,

a b e f h x
ſ. Deus. ſ. Iacob. in Hebræo Sadai. quantum ad propagationem. quantum ad conſeruationem prolis in multitudine magna, vel explicatio eſt prioris, ſcilicet, creſce, & tunc, &, pro ideſt poſitum eſt. pro, ideſt.
a b c d e f g h i k l m n o
Dixitq. *ei: Ego Deus omnipotens, creſce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te*

b c d e f g h i k l m n o i o
vt expletum videmus in libris Regum. promiſſionem ſæpius factam repetit, ſeu confirmat. .i. dare promiſi. ſ. Iacob.
a b c d e f g h i K l m n o
erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terram, quam dedi Abraham, & Iſaac dabo tibi,

a b c g x n o
pro, ideſt. .i. filijs tuis. .i. diſparuit. ſ. Iacob. .i. lapidem impolitum, & informem, vt ſolitus fuit, in memoriam diuinæ allocutionis.
a b c d e f g h i x l m n o p q r
& ſemini tuo poſt te, & receſſit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo

h K l m
.i. res liquidas, vt vinum, oleum, & huiuſmodi. quo ritu Deo initiabant, & conſecrabant altaria. iam vocauerat, ſed repetit eamdem nominationem, ſeu potius confirmat illam.
a b c d e f g h i k l m
loquutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum: vocanſq.

d
.i. domus Dei.
a b c d
nomen loci illius Bethel.

S C H O L I A.

1 LOQVVTVS *eſt Deus ad Iacob*] Orante præ timore Iacob ad Deum, loquutus eſt ei, vt Ioſephus refert. Iuſſitq. eum confidere, præcepit tamen in Bethel aſcendere; vt Chananæorum aſpectum declinaret, ne videntes illum, iniuriæ memores, in eum ſæuirent: ſic enim cuncta Deus ſuauiter diſponit, vt liberius ſibi vacaret.

Ioſeph. 1. anti. cap. vlt.

2 *Aſcende in Bethel, & habita ibi*] Ideſt, ad montem Moria, qui locus ab ipſo Iacob ſupra capite 27. vocatus fuerat Bethel, non ergo Bethel hæc eſt Hieruſalem, ſed parua quædã ciuitas, monti Gazirim affinis, à Sychem paulo plus miliario

 diſtans,

diſtans, in editiore loco, quam Sychem ſita; ac proinde aſcendere iubetur.

3 *Abijcite deos alienos*] Sic à Deo ſibi iniunctum refert Ioſephus. iuſſit (inquit) confidere, & purificantem tabernacula, ſacrificia celebrare, quæ prius cum iret in Meſopotamiam, pro ſomnij apparitione deuouerat: & certe hoc vltimum ſubintelligendum eſt, cum ei dicitur in textu: Facq. altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau, quaſi dicat: ad adimplenda, quæ tunc deuoueras.

4 *Et mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.*] Mundamini, inquit, ex quo ſatis acute colligunt aliqui, baptiſmatum vſum in priſca olim gentium religione fuiſſe, luſtrationeq. quadam baptiſmatis peccatorum ablutionem quæſiuiſſe: & hanc noſtram adumbraſſe, vnde & ſupra aduertimus, Melchiſedech, iuxta Iordanem, Salem vnam exſtruxiſſe, quæ Salim in Euangelio dicta eſt, ad ſimiles ablutiones.

5 *Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum*] Ioſeph.1.anti. Ioſephus loquens de Iacob, ſic inquit: Cum ſuos purgaret, Laban deos inuenit, neque enim ſciebat Rachelē furatā eſſe, & quod eos celaſſet; dederunt itaq. intellige, ad inueſtigationem Iacob. Sunt & qui putant, Rachelem iam eos antea abieciſſe, ſed cum ex his, qui in domo Iacob erant, multi apud gentes eſſent nutriti, ſecum detulerant idola aliqua, & quæ etiam furati fuerant in Sychem; quod & veroſimilius eſt, vt in ſuperioribus animaduertimus: vnde & Ioſeph ad multos loquitur, cum dicit: Abijcite. & rurſum ſubditur in plurali: Et dederunt omnes deos alienos, quos habebant. Porro, per, inaures, iuxta Auguſtinum, phylateria omnia, & ornamenta idolorum intelligit; (Aug.q.111.in Gen. Alb.q.in Gen.) forſan quod pretioſiora inter illa eſſent inaures.

6 *Et ille infodit eas ſubter terebinthum*] In illorum deteſtationem, noluit fundere in alios vſus; ſed infodit, ſubintellige: ſecreto, ne illa repeterent ij, à quibus acceperat. Porro, *Ela*, nomen commune eſt arboris. (אלה) vnde Ioſue vltimo dicitur: ſubter quercum; hic autem: ſubter terebinthum, vnde non eſt contradictio; cum commune nomen ſit ad omnes arbores,

7 *Venit igitur Iacob Luza*] Luza amygdalus, iuxta Hieronymum, (Hier. q. hebr. in Gen.) eadem eſt ciuitas, & in monte ſita, quæ vocata eſt Bethel, vt ſupra 28. capite diximus; (Idem ibid.) vbi ex S.Hieronymo adnotauimus, numquam dictam fuiſſe Vlam Luz, vt quidam nominant, etiam ex grauiſſimis, ſed non Hebraici ſermonis peritis; (ולם / ולם לוז) cum *Vlam* nomen ciuitatis non ſit, ſed ſignificet ante. *Vlam luz*, ideſt, ante, vel prius dicta Luza.

8 *Et appellauit nomen loci illius, Domus Dei*] In Hebræo *Bethel*, (ביתאל) ideſt, domus Dei. Porro, appellauit ſecundum aliquos, pro, appellauerat iam, ſiue vocauerat, cum Deus illi ibi apparuit, quando fugiebat Eſau; ſeu, appellauit; confirmando eamdem nominis impoſitionem, quam tunc fecerat. In Chaldæo eſt *El Bethel*, (אל ביתאל) ideſt Deus domus Dei: quare aliqui denuo affirmant ipſi Deo: à loco nomen impoſuiſſe, vt qui cum illo in religione conſentirent, notum haberent nomen Dei, quem colerent, eiſq. vocaretur *El Bethel*; (אל ביתאל / אל) forſan ſenſus eſt, domus Dei. *El*, ideſt, fortis? ſed nos ſequimur Vulgatum, qui loco, nomen impoſitum, ſeu confirmatum, ſcribit.

9 *Mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel*] Manebat apud Iacob Debora, de terra Syriæ oriunda, vel quod inter alios nuncios, vt 27. capite ei promiſerat, cum miſiſſet Iſaac ad reducendum Iacob: vel quod mortua iam Rebecca, nolens viuere cum vxoribus Eſau Cananitis, ſciens Iacob aduenisse in Chanaam cum vxoribus, & ad eum veniens, & apud ipſum manens, morte præoccupata fuerit: eius tamen interitus, & ſepulturæ mentio facta fuit, in recordationem Rebeccæ, cuius nutrix fuerat, quam ex ordinatione Iſaac, ſecreto iam ſepelierant; quia diutius cæcutiente Iſaac præ ſenectute, & abſente Iacob, timuit, ne Eſau debitum honorē in ſepultura matri non deferret: quæ omnia tacuit Scriptura; non enim Moyſes cuncta ſcribere decreuit. Porro, ad radices Bethel, ideſt, ad pedem montis Moria. *à la alda del monte*.

10 *Vocatumq. eſt nomen illius, quercus fletus*] Honorifice in memoriam Rebeccæ eam ſepeliuit Iacob, in cuius recordationem fuit & fletus magnus, adeo vt ab illo nomen quercui impoſitum ſit.

11 *Benedixitq. ei, dicens; non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum*] Benedixit, in his ſcilicet, quæ conſequenter referuntur ei dixiſſe: cuius benedicere adeo efficax eſt, vt ſit benefacere. Porro, non vocabitur vltra, ſubintelligendum eſt, tantum, ideſt, non ſolum Iacob vocaberis, ſed ex diuina impoſitione, digniori nominis impoſitione gaudebis: & licet iam ſupra ab angelo ſic dictus fuerit, tamē quod ibi tantum potius promiſſum eſt (vt adnotarunt Hieronymus, & Alchuinus) hic legimus expletum: (Hier.q. hebr in Gen. Alcb.q.inGē. Aug. q. 114 in Gen. Alcb.q.in Gē.) in cuius nominis confirmationē, vt Auguſtinus, & Alchuinus aduertunt, magna promiſſio credenda eſt.

12 *Ego Deus omnipotens: creſce, & multiplicare*] In Hebræo *Sadai*, (שדי) quaſi dicat: Crede mihi me cuncta poſſe, nec ſolum te liberare, ſed & ampliſſimis donis cumulare. Porro, creſce, & multiplicare, ſicut iam alias dixi: creſce, ad filiorum propagationem pertinet: ad eorumdem vero in magno numero conſeruationem ſpectat, multiplicare.

13 *Terramq. quam dedi Abraham*] Sæpius factarum promiſſionum repetitio eſt, ſeu potius confirmatio. Porro, dedi, ideſt, promiſi. Et licet ius dederit, vſum tamen diſtulit.

14 *Et receſſit ab eo*] Iuxta Hebræum: Et aſcendit ab eo Deus à loco, vbi, ſeu in quo locutus fuerat ſecum. Chaldaica: Et aſcendit ab eo gloria Domini, in loco, vbi loquutus fuerat cum eo. Septuaginta: Aſcendit autem Deus ab eo, de loco, vbi loquutus eſt cum eo. omnium idem eſt ſenſus: ideſt, diſparuit viſio illa, quaſi in altum ſe exerens.

15 *Erexit titulum lapideum*] Ideſt, lapidem abſque omni politura, & figura eleuauit, more ſolito, in memoriam diuinæ alloquutionis.

16. *Libans ſuper eum libamina, & effundens oleum.*] Libamina, ideſt, oblationes ex liquidis, vt ſunt vinum, oleum, & huiuſmodi: & vt Auguſtinus aduertit, non ſuper aram aliquam poſitam ante lapidem, veluti gentes, lapidi vt Deo ſuo libantes, ſed ſuper lapidem Deo vero libauit. Porro, effudit oleum: his enim vnctionibus, olim patriarchas res Deo initiaſſe atque conſecraſſe, legimus: qui ritus, tamquam à Deo acceptus, legis tempore, & poſtea inualuit.

Aug. q. 116. in Gen. to. 4.

17 *Vocanſq. nomen loci illius, Bethel.*] Licet aliquibus videatur, varijs locis eiuſdem montis, hanc ex diuerſis cauſis impoſuiſſe appellationem Iacob, non tamen textus id nos affirmare cogit: nec ſæpe repetitur, quaſi noua nominis impoſitio ſed repetitio eſt, ſeu potius impoſitionis confirmatio.

e f — *in Hebræo Chibrath haares.* l — *qua & Bethlehem.*

a b c d e f g h i k l m n o
Egreſſus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam: in qua cum

a — *.i. partus dolores ſentiret, & pateretur.* h i k — *vt eam conſolaretur.*

a b c d e f g h i K l m
parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari coepit. Dixitq. ei obſtetrix: Noli timere,

c d e — *cum enim filius viuus naſcitur, non eſt adeo periculoſum, ſicut cum in vtero moritur.* h — *.ſ. Rachel.*

a b c d e f g h i K l m n o
quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte,

a — *.ſ. Rachel.* f g h i — *ab interprete appoſita ſunt hæc verba.* k — *.ſ. Iacob.*

a b c d e f g h i k l m n o
vocauit nomen filij ſui Benoni, ideſt, filius doloris mei: Pater vero appellauit eum Beniamin,

a b c — *ab interprete appoſita ſunt hæc verba.* p — *.i. furor, vel abundantia.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r
ideſt, filius dextræ. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratam, hæc eſt

a — *& Lehem.* d — *pyramidem, vel vnum lapidem communem in memoriam.* f — *in fidem reſurrectionis, & vt poſteri preces pro illa funderent.* h i — *.i. extat adhuc.*

a b c d e f g h i K l m
Bethlehem. Erexitq. Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus monumenti Rachel,

e — *.ſ. Iacob.* g h i K l — *forſan vaticinio ſibi dictum, vbi paſtoribus Chriſto nato angelus apparuit.*

a b c d e f g h i k l m
vſque in præſentem diem. Egreſſus inde, fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque

h — *.i. concubuit.* l — *ſed vera vxore, quantum ad copulam.* p — *.ſ. Iacob.*

a b c d e f g h i k l m n o p
habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minime latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Iſſachar, & Zabulon. Filij Rachel: Ioſeph, & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer: hi ſunt filij

b c d e f g — *per ſynecdochem, quia omnes, vno Beniamin excepto.* q — *nomen regionis, vbi eſt Arbee ciuitas.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre,

b — *id erat nomen ciuitatis.* e — *& Mambre etiam dicta ab amico Abrahæ.* h i — *pro, ſunt peregrinati.*

a b c d e f g h i k l m n o
ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebron: in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et completi

l g

q.d. deficiens præ ſenio.

a b c d e f g h i K l m

ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. Conſumptusq. ætate mortuus eſt: & appoſitus

m a b c f l m n

.. obijt, & ſepultus eſt cum maioribus ſuis. .i. ſatur, ſiue eſt eiuſdem repetitio: alij adfuerunt, ſed hi præcipui erant.

a b c d e f g h i k l m n o p

eſt populo ſuo ſenex, & plenus dierum: & ſepelierunt eum Eſau, & Iacob filij ſui.

SCHOLIA.

18 *Egreſſus autem inde verno tempore.*] In Hebræo eſt *Chibrath*. Septuaginta, locum quemdam ſignificare putant, Hippodromum ſcilicet. infra in hoc eodem capite. in hoc autem loco corrupta voce legunt *Chabratha*. Et R. Dauid Kimki exiſtimat, menſuram itineris importare: quem ſecuti ſunt multi ex recentioribus, vt ſit quaſi rationem reddens, cur in ciuitate Rachel non fuerit ſepulta; quia ſcilicet adhuc multum ab vrbe Bethlem diſtabat: & Chaldæus legit: Cum adhuc eſſet ſpatium terræ, vt ingrederetur Ephratam, & iuxta Hebræum: Erat adhuc quaſi milliare terræ ad veniendum Ephrata. Aquila: In itinere terræ. At ſanctus Hieronymus, electum tempus interpretatur, vernumq. tempus ſicut Vulgatus legit, ſignificari docet, cum ſcilicet in florem cuncta rumpuntur, & anni tempus electum eſt. vnde & 4. Reg. 5. Abijt ergo ab eo, electo tempore, dicitur: vbi etiam pro electo tempore, eſt eadem dictio Hebræa *Chibrath* cuius particula, *Chi*, ſignificat, quando, & *Barath* creare vel gignere, ideſt, quando terra germinat, vel producit, quod fit verno tempore.

כברת
R. Dauid.
Hier. q. hebr. in Gen.
כברת
כ
ברת.

19 *Ad terram quæ ducit Ephrata*,] Ephrata eãdem ciuitatem eſſe cum Bethlem Iudæ, aſſerit Hieronymus: ex 15. cap. Ioſue, & Iudic. 19. & ex hoc loco eam ferunt Ephrata vocatam, ab vxore Caleb, cuius mentio fit. 1. Paralipp. 2. ſignificatq. iuxta Hieronymum, furorem & abundantiam. dicta eſt etiam *Bethlem*, ideſt, domus panis, à fertilitate quæ fuit ibi poſt famem, quæ acciderat tempore Elimelech viri Noemi, vt in libro Ruth ſcribitur: ſic innuit S. Hieronymus. diſtat à Hieruſalem ſex milliaribus in auſtrum, licet Ioſephus aliam diſtantiam affirmet, eratq. ad ſiniſtram viæ quæ ducit Hebron, in ſpatio milliarij, vel circiter ſepulturæ Rachel: quo factum eſt, vt & oppidum & eius agrum, Hieremias, Rachel, vocauerit. Eſt & alia Bethlem in Galilæa, ſortis Zabulon, ad cuius differentiam hæc dicitur Bethlem Iuda, vt dicit Hieronymus. idem etiam dicit Hieronymus de locis Hebraicis, regionem in qua Bethlem ſita eſt, quæ & ciuitas Dauid dicta eſt, & Lehem, vt alibi Hieronymus refert: Ephratam vocari ſcribit. vnde & Michæas ait cap. 5. Et tu Bethlehem Ephrata: ſed in commentarijs ſuper iſtum locum Michææ, dicit: & tu Bethlehem *Ephrata*, ideſt, quæ etiam Ephrata vocaris, nullaq. repugnantia eſt in omnibus his dictis S. Hieronymi.

Hier. in Michæam cap. 5.
Idem ibid. ביתלחם
Hier. q. hebr. in Paralip. *Ioſeph. 7. lib. antiq.*
Hieremiæ cap. 31.
Hier in 2. cap. Matthæi. *Hier. de locis Hebr.* *Hier. q. hebr. in Paralip.*
אפרתה

20 *Sepulta eſt in via quæ ducebat Ephrata*] Ioſephus de Rachele loquens inquit: quæ ſola inter cognatos in Hebron honorem ſepulturæ habere non meruit. Porro licet ſepulturæ tunc extra ciuitatem eſſent, Rachel tamen occaſione itineris, in quo morte præoccupata fuit, in via ſepulta eſt.

Ioſeph. 1. anti. cap. vlt.

21 *Erexitq. Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius*] Solicitos videmus antiquos patres, de ſepultura ſuorum: & in memoriam, pyramidem, vel vnum lapidem apponebant, abſque politura aliqua, vt in quibuſdam vſque in hodiernum diem permanere legimus: de Rachelis ſcilicet ſepultura, & Iob; tum vt reſurrectionis fidem aſtruerent, tum vt pro illo poſteri preces Deo funderent.

22 *Fixit tabernaculum trans turrem gregis.*] In Hebræo dicitur: turris *Ader*. Hebræi ferunt templum ibi exſtructum fuiſſe, iuxta illud Michææ 4. Et tu turris gregis nebuloſa: turrem vocat; quia ad modum turris conſtructum fuit. additur vero gregis, propter frequentiam gregum, quæ ad ſacrificia eo ducebantur. ſed Hieronymus, & Albinus locum illum credunt fuiſſe, vbi Chriſto nato angeli paſtoribus apparuerunt. atque in veteri lege, ob id, quodam futurorum vaticinio, locum illum turrem gregis vocatum fuiſſe, vbi poſtea Eccleſiã erexerunt, ſub hac appellatione: Angelus ad paſtores.

עדר
Hier. q Hebr. in Gen. *Alb. q. in Gē.*

23 *Abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui.*] Et ſi Hebræi neſcio quid fingant hac in parte, vt Ruben lectum Balæ, quem à tentorio Rachelis iam defunctæ, ad tabernaculum Liæ aſportari iuſſerat Iacob, ipſe id ægre ferens, in dedecus matris eſſe putans, inde abſtulerit: tamen textus aperte docet, cum Bala concubuiſſe, ob quam cauſam priuauerit ipſum primogenitura, vel vt alijs placet, id futurum prædixit: quamuis & Hebræorum quod videtur figmentum, quod Vulgatus expreſſit, illo dicendi modo pudice idipſum forſan innuere voluerunt per lecti mutationem, ſicut & Homerus indignabundum fingit Vlyſſem in ſua Odiſſea, quod lectus ſuus tranſlatus eſſet, & ſuo motus loco: figurate ſignificare volens, Penolopen, abſente Vlyſſe, parum pudice vitam egiſſe & nuptias contaminaſſe. Porro *Pilegues* ancillam viro iunctam ſignificat, abſque contractu & ſponſalibus: in ſacris vero literis vere vxor eſt: vt Gen. 15. & Iudic. 19. conſtat.

Homerus.
פילגש

24 *Erant autem filij Iacob.*] Sunt qui putant reſiduum huius capitis, locandum poſt finem ſequentis capitis, vbi de filijs Iacob ſermo fit. Alij occaſione Ruben, appoſitam fuiſſe dicunt filiorum Iacob ſeriem, maxime quod in deteſtationem facti Ruben, amplius ad vxores non accedens, duodenario numero finiatur. Hoc tamen certum eſt, (tum

ex hoc loco, tum ex eo quod ſubditur: & venit Iacob ad Iſaac, & non exprimitur quando, an poſt Rachelis mortem, caput iſtud, miſcelanea, & quæ varijs temporibus multum inter ſe diſtantibus contigerunt, comprehendere apparet.

25 *Qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ,*] Auguſtinus, per Synecdochen docet hoc eſſe intelligendum; quod, vno Beniamin excepto, ibi reliqui nati fuerint, & ipſe inde oriundus: vnde in Græco eſt: *Egenonto*, ex quo, aliqui ſic intellexerunt; omnes è Meſopotamia, vel ortos, vel oriundos, idem Auguſtinus etiam aduertit, morem fuiſſe Scripturæ, vt quod pluribus conuenit, omnibus attribuat: cuius rei plurima ſunt exempla. Omnes igitur in Meſopotamia orti dicuntur, licet vnus Beniamin non fuerit ibi natus.

ἐγένοντο

26 *In Mambre ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebron.*] Mambre nomen eſt regionis, in qua ciuitas Arbee: de quo iam ſupra cap. 23. Quæ Hebron, etiam Mamre dicta eſt, ab amico Abrahæ, vt teſtatur Hieronymus. Porro iam tunc Rebeccam defunctam reperiſſe Iacob, & illum modico tempore pariter cum Iſaac vixiſſe; (quia non multo tempore poſt aduentum filij defunctus ſit,) ſcribit Ioſephus. Quamuis non deſint, qui decem annos ante eius obitum, Iacob reuerſum fuiſſe affirment.

Hier. de locis Hebr.

Ioſeph. 1. ant. cap. vlt.

27 *Appoſitus eſt populo ſuo.*] Quidam de Sanctorũ populo, qui in limbo erant, intelligunt illi aggregatum; ſed certe Hebraiſmus eſt, id eſt, obijt, ſicut & parentes eius, vel ſepultus eſt cum maioribus ſuis.

28 *Et ſepelierunt eum Eſau & Iacob.*] Licet plures alij adfuerint, vt præcipui tamen, & cuius muneris id erat, Eſau & Iacob memorantur.

CAPVT XXXVI.

d f g h K l m n o
.i. hiſtoria & genealogia. .i. qui & Edom dictus eſt à cibo ruſo. per recapitulationem poſt mortem Iſaac refert vxores Eſau, & quas acceperit.
a b c d e f g h i k l m n o
Hæ ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edom. Eſau accepit vxores de filiabus Chanaam:

a c f k m
quæ & Iudith. ſup. c. 26. qui & Beeri. ſup. c. 26. quæ & Baſemat. ſup. c. 26. qui & Elom ſup. c. 26. qui & Maheleth. ſup. c. 28.
a b c d e f g h i k l m n o
Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi: Baſemath quoque filiam

c f h k l
in Hebræo Nebaioth, vir excellens, à quo .ſ. ſoror commendatur. quæ & Iudith. ſup. c. 26. qui & Maheleth. ſup. c. 26. in Hebræo Rehuel. quæ & Baſemath. ſup. c. 26.
a b c d e f g h i k l
Iſmael, ſororem Nabaioth. Peperit autem Ada, Eliphaz: Baſemath genuit Rachuel: Oolibama

b d f
1. Paral. 1 Iaus. qui & Ialam. 1. Paral. 1. in Hebræo Iaalon. in Hebræo Corach.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
genuit Iebus, & Ibelon, & Core. Hi filij Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanaam. Tulit autem

h i k l
.i. omnes domeſticos, & familiares ſuos.
a b c d e f g h i k l m n o
Eſau vxores ſuas, & filios, & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, &

d e f k l m n o
iuxta Hebræum: Quæ acquiſierat. .ſ. in Seir, in qua iamdiu habitauerat, ſed venit ad ſepulturam patris;
a b c d e f g h i k l m n o
pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaam: & abijt in alteram regionem,

a
poſt ſepulturam patris.
a b c d e f g h i k l m n o
receſſitq. à fratre ſuo Iacob. Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterant:

nec

d e f :
.ſ. Chanaam pars, in qua tunc Iſaac morabatur, cum obijt.
a b c d e f g h i k l m
nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum, præ multitudine gregum. Habitauitq. Eſau in

b c d i l m o n o p
.ſ. Eſau. | .ſ. alio nomine dictus. | .i. hiſtoria, & genealogia. | .i. à quo Edom habitantes, ſiue Idumæi originem trahunt. | .i. Idumæorum. | .i. qui .ſ. habitabant in monte Seir.
a b c d e f g h i k l m n o p
monte Seir, ipſe eſt Edom. Hæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir,

h l o
quæ & Iudith. ſup. c. 26. | in Hebræo Rehuel. | quæ & Mahaleth. ſup. c. 28.
a b c d e f g h i k l m n o
& hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoque filius Baſemath

f g h K m
à quo & regio Orientalis Theman Idumæorum. | qui & Omath. 1. Paral. 1. | qui & Sephi. 1. Paral. 1. | qui & Gethan, & Geter. 1. Paralipp. 1. in Hebræo Gaſtan. | in Hebræo Chenaz.
a b c d e f g h i K l m
vxoris eius. Fueruntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez.

c d l o p
in Hebræo Thimna. | ſed vera vxor. | à quo Amalechitæ. | .i. nepotes. | quæ etiam Iudith.
a b c d e f g h i k l m n o p
Erat autem Thamna concubina Eliphaz filij Eſau: quæ peperit ei Amalech. hi ſunt filij Ada

e f h l o
in Hebræo Rahuel. | qui & Nabath, in Hebræo Nachath. | qui & Zamach, in Hebræo Serach. | in Hebræo Miza. | quæ & Mahaleth. ſup. c. 28.
a b c d e f g h i k l m n o
vxoris Eſau: Filij autem Rahuel: Nahath, & Zara, Samma, & Meza. hi filij Baſemath

c d e f g i
repetit, quo modo iam ſupra filios Oolibamæ. | quæ & Baſemath ſup. c. 26. | quę & Elon. ſup. c. 26. & Euſebon.
a b c d e f g h i k l m n o p
vxoris Eſau. Iſti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon vxoris Eſau, quos genuit

b d f
qui & Iahus. 1. Paral. 1. | qui & Ialan. 1. Paral. 1. | in Hebręo Corach.
a b c d e f g h i k l m n o p
ei, Iehus & Ihelon & Core. Hi duces filiorum Eſau: Filij Eliphaz primogeniti Eſau: Dux

a c e g i l n
à quo Theman regio. | qui & Omath. 1. Paral. 1. | qui & Sephi. 1. Paral. 1. | in Hebręo Cenaz, à quo & Cenaz ciuitas. | alius à filio Baſemath ex Eſau. | qui ſupra & Getan: & 1. Par. 1. Geter, in Hebręo Gaſtan. | à quo Amalechitę.
a b c d e f g h i k l m n
Theman, Dux Omar, Dux Sepho, Dux Cenez, Dux Core, Dux Gatham, Dux Amalech.

b i k o
iuxta Hebr. Septuag. & Chald. Duces. | .i. nepotes. | quę & Iudith. ſup. c. 26. | in Hebræo Rehuel.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Hi filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. Hi quoque filij Rahuel filij Eſau: Dux

a c g l
qui ſupra Nathat, in Hebræo Nachat. | qui & Sarach, in Hebręo Serach. | in Hebræo Miza. | in Hebręo Rehuel.
a b c d e f g h i k l m n o
Nahath, Dux Zara, Dux Samma, Dux Meza. hi autem Duces Rahuel in terra Edom:

b c i n
.i. nepotes. | quæ & Mahaleth ſup. c. 28. | quæ & Baſemath. ſup. c. 26. | qui & Iaus. 1. Par. 1.
a b c d e f g h i k l m n o
iſti filij Baſemath vxoris Eſau. Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau: Dux Iehus, Dux

Ihelon,

a *qui & Ialan 1.Par.1. in Hebrae Iaalon.* c *in Hebrae Corach alius à filio Eliphaz.* f *quæ & Beſamath. Sup c. 26.* h *qui & Elon ſup.c.26. & Euſebon'.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r

Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Eſau. Iſti ſunt filij Eſau, & hi duces

---

a *.ſ. Idumæorum.* c *.ſ. Eſau à quo deſcendunt.* b c d *.i. alio nomine dicitur Edom.* h *à quo & terra Seir, qui ante Eſau principes erant.*

a b c d e f g h i k l m n o p

eorum: ipſe eſt Edom. Iſti ſunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotan, & Sobal, &

---

a *in Hebrae Sibeon.* c *alius qui à filio Sebeon.* g *qui & Aſer.* K l m n o *quos poſtea iterum recenſent ſingulos ſub appellatione ducis.*

a b c d e f g h i K l m n o p q

Sebeon, & Ana, & Diſon, & Eſer, & Diſan. Hi duces Horræi, filij Seir in terra

---

h *in Hebrae, Chori.* K *qui & Hemam, & Homan 1.Par.1. & Ohobiman.* o *filij Seir.* p *in Hebrae, Thinna concubina Eliphaz filij Eſau.*

a b d e f g h i k l m n o p

Edom. Facti ſunt autem filij Lotan: Hori, & Heman. erat autem ſoror Lotan, Thamna.

---

e *qui & Alihan 1.Par.1.* g *in Hebrae, Manachar.* i *in Hebrae Obal.* l *qui & Sephi alius à filio Eliphaz.* r *in Hebrae; Sibeon.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

Et iſti filij Sobal: Aluan, & Manahur, & Ebal, & Sepho, & Onam. Et hi filij Sebeon: Aia, &

---

a *alius à patruo ſuo filio Seir.* g h *per ſulphureas .ſ. terræ venas tranſeuntes.* o *in Hebrae Sibeon.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Ana. Iſte eſt Ana, qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cum paſceret aſinos Sebeon patris

---

d *alius à ducibus Idumæorum filijs Seir.* g *in Hebrae Aholibama uxor Eſau.* m *alius à ducibus Idumæorum filijs Seir.* n *qui & Hameran 1.Par.1. in Hebrae Chemdam.* p *qui & Esban. 1. Par. 1. & ſic etiam in Hebrae.*

a b c d e f g h i K l m n o p

ſui: habuitque filium Diſon, *& filiam* Oolibama. *Et iſti ſunt filij Diſon: Hamdan, & Eſeban,*

---

h *qui & Aſer ſupra, & infra dux Idumæorum filius Seir.* i *in Hebrae Bilhan.* l *qui & Zouan. 1.Par.1. in Hebrae Zaauan.* n *qui & Iaacham. 1.Par.1.*

a b c d e f g h i k l m n o p

& Iethram, & Charan. Hi quoque filij Eſer: Balaan, & Zauan, & Acan. Habuit autem

---

b *filius Seir, & dux Idumæorum.* c *à quo Tren. 4. Idumææ ſaltem pars dicta eſt Hus.* e *à quo putatur Meſopotamia dicta Aran.* o *in Hebræo Sibeon.*

a b c d e f g h i k l m n o

filios Diſan: Hus, & Aram. Hi duces Horræorum: Dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon,

---

b *alius à filio Sebeon, eſt enim hic filius Seir.* f *qui & Aſer ſupra in hoc capite.*

a b c d e f g h i k l m n o

dux Ana, dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: Iſti duces Horræorum, qui imperauerunt in

---

c *poſt omnes prædictos duces, & Horræos, & filios Eſau.* d f

a b c d e f g i k l m n o

terra Seir. Reges autem, qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent Regem filij Iſrael, fuerunt hi: Bela filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba. Mortuus eſt autem Bela,

---

& regna

g
qui & Zarach.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& regnauit pro eo Iobab filius Zare de Boſra. Cumque mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo

a l
qui & Chuſam Themanites. in Hebræo Hadad. qui & bedad.
חדד
a b c d e f g h i K l m n o
Huſam de terra Themanorum. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui

a b
.i. vicit. .i. Madianitas.
a b c d e f g h i k l m n o
percuſſit Madian in regione Moab: & nomen vrbis eius Auith. Cumque mortuus eſſet Adad

d q
in Hebræo Samla. ſic Chaldæus paraphraſtes, licet alij legant Rohoboth, quę eſt ſuper Euphratem.
שמלי
a b c d e f g h i k l m n o p q
regnauit pro eo Semla de Maſreca. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

h k
in Hebręo Baalthanan. in Hebręo Achbor.
בעלטנן עכבור
a b c d e f g h i K l m n
Cumque & hic obijſſet, ſucceſsit in regnum Balanan filius Achobor. Iſto quoque mortuo

d n
in Hebręo Hadar. in Hebræo Mehetabel.
חדר
a b c d e f g h i K l m n o
regnauit pro eo Adar; nomenque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia

a c d g g h m n o
mater Meetabel. in Hebræo Mezahab pater Matred. iuxta Hebr. & Chald. Et hæc, Septuag. hęc. qui poſt prędictos Reges fuerunt. .i. qui ab Eſau, ſiue filiorum Eſau. .i. per loca ſibi aſſignata in regionibus, quas nominibus ſuis appellarunt.
a b c d e f g h i K l m n o
Matred, filia Mezaab. Hæc ergo nomina ducum Eſau in cognationibus, & locis, & vocabulis

c e
in Hebræo Thimna. qui Aliha. 1. Par. 1.
a b c d e f g h i K l m n o p q
ſuis: Dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux

c K l m n a b
in Hebræo Mibſar. .i. qui ab Edom, ſcilicet Eſau. .i. in locis ſibi ad habitandum deſignatis quibus & dominabantur.
a b c d e f g h i K l m n
Theman, dux Mabſar, dux Magdiel, dux Hiram: Hi duces Edom habitantes in terra

c d e f g
.ſ. Edom. .ſ. alio nomine. .i. à quo Idumæi originem trahunt.
a b c d e f g
imperij ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum.

S C H O L I A.

1 HAE autem ſunt generationes Eſau, ipſe eſt Edom] Generationes, ideſt, hiſtoria, & genealogia filiorum Eſau. Porro ipſe eſt Edom, ideſt, cognomento Edom, ſiue alio nomine dicitur Edom, quo, iuxta Hieronymū, & Ioſephum, à cibo ruſo lenticularum, ſic à ſuis coætaneis cognominatus eſt.

Hier. q. hebr. in Gen. Ioſeph. 2. anti. c. 1.

2 *Eſau accepit vxores duas*] Iuxta Auguſtinum, quod poſt Iſaac mortem, Eſau vxores numerentur, recapitulatio eſt; cum multo tempore ante parentum mortem, illas duxiſſe ſcriptura nos doceat.

Aug. q. 118. in Gen. to. 4.

3 *Ada filia Elon Hethæi*] De varijs nominibus

vxorum

vxorum Eſau, iam ſupra diximus cap. 28. eſtque maxima obſcuritas quandoque in ſcriptura, propter nominum diuerſitatem: ſolent enim, & plures idem habere nomen, & vnum eundemque multa, & diuerſa; quin & vnum nomen, diuerſis locis in mutatione initij, vel finis, aliud atque aliud apparere: quod, quantum in me eſt, proprijs locis diſcutere ſtatui, vt ſic ambiguitas, quæ inde oritur, tollatur.

Hier. q. hebr. in Gen.

4. *Peperit autem Ada Eliphaz*] Hunc exiſtimat Hieronymus eſſe, de quo fit mentio in libro Iob.

רעואל

5 *Genuit Rahuel.*] In Hebræo *Rehuel* dicitur.

יעלם קרח

6 *Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Core.*] Iehus 1. Paralip. 1. dicitur Iaus, & Ihelon. 1. Paralip. 1. dicitur Ialan, in Hebræo *Iaalom*. Porro Core, in Hebræo *Corach*.

Aug. q. 110. in Gen. Alb. q. in Gen.

7 *Abijt in alteram regionem, receſſitque à fratre ſuo Iacob.*] Iam, à multis annis, ſtatim poſtquã Iacob in Meſopotamiam ſe contulit cum parentibus, habitare nolens, in Seir morabatur, vt Auguſtinus, & Albinus aduertunt. Sed nunc, cum ad patris ſepulturam veniſſet, eius peracto officio, videns ſe pecoribus abundare, & fratrem ſuum Iacob ſimiliter, ita vt vix eos capere poſſet terra, & paſcua ſuppeditare gregibus: aſſumptis facultatibus, quæ ad ſe pertinebant cum omni familia ſua, in Seir reuerſus eſt: ſicut ſimile Abrahamo, & Lot contigiſſe legimus. Porro, Chaldæus legit: propter Iacob fratrẽ ſuum. Septuaginta: à facie Iacob fratris ſui.

8 *Hæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom, in monte Seir.*] Vt numeret etiam nepotes, & remotiores, ab Eſau tamen deſcendentes, quos omnes filios Eſau vocat, more ſcripturæ: ſicut Laban, filios Iacob ſuos appellauit, iterum & immediatos filios Eſau recenſet. Porro: patris Edom, dicitur, ideſt, qui Eſau fuit auctor, & origo Idumæorum, à quo ſcilicet Idumæi (quos ita Græci vocant) originem traxerunt. Eſtque mons iſte, quaſi terminus Terræ Sanctæ ad auſtralem plagam; dicitur autem: In monte Seir, ſubintellige, inhabitantes, quaſi dicat: à quo Idumæi, inhabitantes montem Seir, originem ducunt. Iam, terra Edom, ſic dicta eſt, primo ab Eſau, vt Auguſtinus, & Ioſephus obſeruant: Et Græci, vt dixi, Idumæam vocant: quæ & Gabolitis appellata eſt, & ab Amalech Amalechitis; cum enim aliquando magna fuiſſet Idumæa, & in tota regione nomen integrum retineret, in partibus tamen appellationes ab habitatoribus conſeruabat, & magnam Iſmaelitarum regionis partem occupabat: quin & vniuerſa ſors Iudæ, ad mare mortuum vſque, olim ſub Idumæa fuit: quod ſi annotaueris, de Iudæorum victoria erga Idumæos, in his, quæ Scriptura narrat, non par uam notitiam comparabis.

Aug. q. 120. in Gen. Ioſeph. 2. anti. c. 1.

Hier. q. hebr. in Gen.

גותם קנז

9 *Theman, Omar, Sepho, Gethan, & Cenez, & Core*] A Theman, & Cenez, regionibus Idumæorũ, vocabula ſunt impoſita, teſte Hieronymo: nam & Theman, orientalis regio eſt, & Cenaz ciuitas Idumæorũ. Omar. 1. Par. 1. vocatur Omat. Sepho 1. Par. 1. dicitur Sephi. Gethan. 1. Par. 1. vocatur Geter, in Hebræo *Gaſtan*. Cenez, in Hebræo *Cenaz*, à quo & Cenaz ciuitas. Core vero hic alius eſt ab eo, qui inter filios Eſau, ex Baſemath, numeratus eſt ſupra.

תמנע

10 *Erat autem Thanna concubina Eliphaz filij Eſau, quæ peperit ei Amalech*] Thanna, ſiue Thamna in Hebræo *Thimna* filia Seir Horræi, ſoror Lotan, vt infra in hoc capite refertur. Porro, hic, concubina, ſumitur pro ſecunda vxore de voluntate prioris, ſicut dictum eſt ſupra cap. 25. hæc peperit Amalech, à quo dicti ſunt Amalechitæ, qui ſederunt in Arabia iuxta Mare Rubrum, & extenduntur fere vſque ad terminos terræ Chanaan. Iam in Paralippomenis, filius vnus Eliphaz, Thamna computatur; forſan, quod nomen vel, cognomen à matre obtinuerit.

11 *Hi filij Ada.*] Licet Amalech inter filios Ada recenſeatur (erat quippe eius filius adoptiuus) mater tamen, quæ illum genuit Thamna fuit, ſicut & Rachel filios Balæ ancillæ ſuæ ſuos dicebat; quia eos adoptauerat in ſuos.

נחת זרח מזה

12 *Filij autem Rahuel, Nathan, & Zara, Samma, & Meza.*] Nathan, qui & infra in hoc capite inter duces connumeratur, vocatur Nabath, in Hebræo *Nachat*. Zara, qui & Zarach, in Hebræo *Zerach*. Meza, in Hebræo *Miza*.

13 *Hi duces filiorum Eſau.*] Idumæa primo à ducibus regebatur, poſtea Reges habuit, tandem ad ducum regimen redacta eſt: ſicut & Dei populus primo iudices habuit, deinde Reges, poſtremo duces. In reſiduo igitur huius capitis, eos Eſau filios recenſet, qui in dignitate fuerunt conſtituti; quamuis & incidenter, vt videbimus, etiam alios duces commemoret, qui ante filios Eſau in eadem regione extiterunt: & illorum Genealogiam texit.

14 *Et hi duces eorum, ipſe eſt Edom.*] Ideſt, Eſau alio nomine dicebatur Edom, à quo deſcendunt Idumæi, & prædicti duces eorum. Iam prædicti duces, non totius populi Idumæorum fuerunt: nam plerique vno eodemque tempore extiterunt, ſed vnuſquiſq. dux ſuæ tribus fuit: ſicut & de filijs Iſmael Gen. 17. dicitur: Duodecim duces generabit.

15 *Iſti ſunt filij Seir Horræi.*] Poſtquam numerauit filios Eſau altius repetit, & exponit, qui ante Eſau, in terra Edom principes fuerint ex genere Horræorum, qui in lingua noſtra, vt inquit Hieronymus, interpretantur liberi. Horræos tamen filij Eſau interfecerunt, vt Deut. 2. ſcribitur, & terram eorum hæreditate poſſederunt. Porro, Seir iſte Horræus eſt, à quo & terra Seir, ante Eſau dicta fuerat; quamuis & Eſau, qui hiſpidus etiam denominatus fuit Seir, vt ſupra viſum eſt.

Hier. q. hebr. in Gen.

צבעון אשל

16 *Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, & Diſon, & Aſer, & Diſan.*] In prædictis nominibus nulla eſt varietas: tantum Sebeon, in Hebræo *Sibeon* ſcribitur. Et Aſer dicitur *Eſer*

17 *Hi duces Horræi filij Seir, in terra Edom.*] Prædictos filios Seir duces fuiſſe in Idumæa, hic dicitur, & expreſſius deſcribuntur paulo poſt, ſinguli ducis appellatione recenſiti, & certe ex hoc loco, & ex enumeratione ducum filiorum Eſau, qui fuerunt poſt Reges, vt infra dicemus, ſatis aperte cõſtat, regnũ Idumęę ſciſſum in multos duces fuiſſe.

18 *Facti ſunt autem filij Lotan, Hori, & Heman.*] Vt oſtenderet Moyſes Idumææ Ducatum amplum, nimiſque celebrem olim extitiſſe, Horræorum, qui duces fuerunt, genealogiam obiter adiungit: maxime occaſione Thamnæ; quam ſororem Lotan ducis Idumæorum, in concubinam duxerat, Eliphaz primogenitus Eſau: ex qua genuit Amalech, vt S. Hieronymus annotauit. Porro, Hori in Hebræo *Chori*, Heman vero, qui & Hemam, & Homam. 1. Paralip. 1. dicitur: Ohohiman.

Hier. q. hebr. in Gen.

חרי

19 *Filij Sobal Aluan, & Manahath, & Ebal, & Sepho, & Onam.*] Aluan, qui 1. Paralip. 1. dicitur Alihan, Manahath, in Hebræo *Manacaht*, Ebal, in Hebræo *Obal*, Sepho, qui & Sephi, alius à filio Eliphas primogeniti Eſau.

מנחת

עבל

20 *Iſte eſt Ana, qui inuenit aquas calidas in ſolitudine.*] In Hebræo *Iamin*, ideſt, maria: & iuxta idioma linguæ Hebraicæ, congregationes quaſcumque aquarum, maria dicunt: puto tamen fuiſſe ex aquis calidis, quæ per ſulphureas venas tranſeunt thermales, ſiue balneales, quæ illo tempore adhuc vel rariſſime reperiebantur ibi, vel ſaltem non in tanta abundantia. S. Hieronymus varias refert Hebræorum ſententias: nam alij Onagros ab Ana & aſinas admiſſos dicunt: vnde & velociſſimi aſini naſcerentur, qui *iamin* in Hebræo dicuntur, *cebras* Hiſpane. plerique equarum greges, ab aſinis in deſerto Anam aſcendere feciſſe, autumant, vt muli inde, noua contra naturam animalia naſcerentur. Et ſic legendum eſſe: equas calidas, & corrupte, aquas legi, & hac tempeſtate quot. ſunt, editiones nouas affectantes, præſertim hæretici, tot modis, & locum iſtum interpretantur: ſed prior expoſitio, vt Vulgato magis conſona, cæteris præſtat.

ימם

Hier. q. hebr. in Gen.

21 *Habuitque filium Diſon: & filiam Oolibama.*] Diſon, qui & Diſan. 1. Paralip. 1. alius à Diſon, & Diſan filijs Seir, & Ducibus Idumæorum. Porro, Oolibama, hæc eſt, quæ & vxor Eſau, quæ & Baſemath ſupra cap. 26. in Hebræo *Abolibama*.

אהליבמה

22 *Iſti ſunt filij Diſon, Hamdam, & Eſebam, & Iethram, & Charam.*] Hamdam in Hebræo *Chemdan*, & 1. Paral. 1 dicitur Hamaram. Præterea Eſebam. 1. Paralip. 1. & in Hebræo vocatur *Esban*.

חמדן

אשבן

23 *Hi quoque filij Eſer: Balaam, & Zanam, & Acam.*] Eſer, qui ſupra Aſer filius Seir Horræi, & infra dux deſcribitur. Præterea Balaam, in Hebræo *Bilhan*. Porro, Zanam, qui & Zonam. 1. Paralip. 1. & in Hebræo *Zaauan*. At vero Acam 1. Paralip. 1. dictus eſt Iaacham.

בילהן

זעון

24 *Habuitque filios Diſan, Hus, & Aran.*] Diſan vnus eſt ex filijs Seir, & dux Idumææ, vt infra etiam dicitur. Porro Hus eſt, à quo Trenorum 4. Idumæa terra Hus denominata eſt, vel ſaltem pars illius. At vero Aram, in Hebræo ſcribitur: *Aran* à quo putant aliqui & Meſopotamiam dictam eſſe Aran.

ארן

25 *Hi Duces Horræorum.*] Numerat eos, qui ex Horræis duces Idumæorũ fuerunt, ex quo oſtenditur, ſicut iam dictum eſt, Idumææ regionem in multos duces diſtributam fuiſſe.

26 *Reges autem, qui regnauerunt in terra Edom.*] Recenſet eos, qui poſt duces prædictos, tam ex Horræis, quam ex filijs Eſau Regis nomen obtinuerunt in Idumæa.

27 *Bela filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba.*] Non eſt iſte Bela, qui ab alijs, & Balach ille, qui Moyſi reſtitit; ſiquidem ille Moabita fuit, & filius Sephor: hic autem Idumæus, & filius Beor: Fuit & alius Beor, cuius filius fuit Balaam qui miſſus fuit ad maledicendum populum Iſrael. Porro, Denaba non erat regia Ciuitas, ſed quod in ea Rex Bela natus ſit.

28 *Iobab filius Zare de Boſra.*] Iſtum Iobab fere omnes Græci doctores, inter quos Origenes, Chryſoſtomus, Iulianus, Seuerus, Theodoretus, Euagrius, & inter Latinos Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius, tenent, hunc fuiſſe Iob virum ſanctiſſimum; quod in Græcis textibus in lib. Iob appoſita ſint duo fragmenta genealogiarum, ex quibus ſatis aperte id deprehenditur: ſed Sanctus Hieronymus, nec fragmenta illa admittit, & etiam negat fuiſſe ex filijs Eſau, ſed ex filijs Nachor fratris Abrahæ, ſicut diximus ſupra cap. 22. Sed cum ſuis proprijs locis ſingula tractare inſtituerim, quam harum opinionum ſequar initio, libri Iob, ſi Deus conceſſerit, ſcribam. Porro Zaræ, qui & Zerac. Boſra vero ciuitas eſt Idumæorum, cuius meminit Iſaias, cũ dicit: Tinctis veſtibus de Boſra.

Origenes. Chryſ. in quodam ſerm. Iulianus. Seuerus in Iob Euagrius. Theo. q. 92. in Gen. Amb. in epiſ. ad Rom. Aug. in Gen. Greg. in præfatione mora. Hier. q. hebr. in Gen. q. 92. in Gen.

29 *Saul de fluuio Rohoboth.*] Chaldæus paraphraſtes: de Robohoth, quæ eſt ſupra Euphratem, interpretatur.

30 *Adar, nomenque vrbis eius Phau, & appellabatur vxor eius Meerabel, filia Matred, filiæ Mezaab.*] Adar in Hebræo *Hadar*, hic à Septuaginta dicitur filius Barad. Porro Meerabel, in Hebræo *Mehetabel*. Iam Mezaab, à quibuſdam Amicaad dicitur, in Hebræo *Meſahab*. Quidam aſſerunt Meerabel fuiſſe filiam naturalem Matred, adoptiuam vero Mezaab: quare vtriuſque deſcribitur filia, ſed certe Matred, mater fuit ipſius Meerabel, at Mezaab, pater fuit ipſius Metred.

הדר

מהיטבאל

מיזהב

31 *Hæc ergo nomina Ducum Eſau, in cognationibus, & locis, & vocabulis ſuis.*] Quaſi dicat: hæc ſunt nomina filiorum Eſau, qui duces fuerunt, & capita cognationum, qui habitabant in terra Edom. In cognationibus ſuis, & locis, & vocabulis ſuis, ideſt, per loca ſibi aſſignata, in regionibus, quas de nominibus ſuis appellarunt. Porro, hos quidam Reges, qui recenſiti ſunt, præceſſiſſe teſtantur, ſed poſt Reges appoſitos fuiſſe; ob regiam dignitatem. ſed certe hoc irrationabiliter dicitur: Adad autem mortuo (qui ſcilicet fuit vltimus ex regibus) duces, pro regibus, in Edom eſſe cœperunt.

32 *Dux Tanna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabſar.*] Tanna, in Hebræo *Thimna*, dux vero Alua, ſiue Aluan, 1. Par. 1. Aliha dicitur. Porro quidam aſſerunt Thamna, & Oolibama feminas fuiſſe, quarũ altera concubina fuit Eliphas, altera vxor Eſau:

שמנע

Sed ſi-

Sed ſicut Debbora Iudic. 4. inter iudices Iſrael recenſetur, quod munus, ob virilem eius animum exercuit, ita & iſta inter Duces Idumææ, propter eandē cauſam: ſed hoc non eſt veriſimile; cum Duces iſti, multo poſt tempore fuerint, etiam poſt Reges paulo ante numeratos, vt diximus: ſed fuerunt viri & Duces, eiuſdem tamen nominis cum illis feminis, ſicut ſæpe contingit. Præterea Phinou, in Hebræo *Phinon*, & Mabſar, in Hebræo *Mibſar*.

פנן
מבער

33 *Dux Magdiel.*] Ab hoc ferunt Hebræi Romanorum regnum deſcendere: ſed hoc non eſt veroſimile; cum Romani *Chetim* in Hebræo dicantur, ſecundum translationem Chaldaicam, & ita à Iauan originem trahunt, qui & à Iaphet filio Noe, non ergo à Magdiel filio Eſau, filij Abraham, qui & à Sem filio Noe. Sed Iudæi cum Eccleſiam Chriſti cum Romano imperio confundant, hoc nituntur perſuadere, vt illam blaſpheme quartam Danielis beſtiam faciant; & quæ de Idumæa in prophetia Abdiæ dicuntur, ad Chriſti Eccleſiam referant: ideo fingunt, ab Idumæis, Romanos, & Idumææ nomine eorum regnum intelligi. Quare Iſidorus, poſtquam Saluſtium, à Troianis, Virgilium, ab Euandro, alios, à Romulo deſcendere exiſtimantes retulit, vt incertum reliquit. Iſidorus.

34 *Habitatores in terra imperij ſui.*] Ideſt locis ſibi ad habitandum deſignatis, eorum ditioni ſubiectis.

CAPVT XXXVII.

a l n o p a p
poſtquam à Meſopotamia rediјt. .i. habitauerat, vt peregrinus tamen. .i. & hæc illis euenerunt.
a b c d e f g h i k l m n o p
Habitauit autem Iacob in terra Chanaam, in qua pater ſuus peregrinatus eſt. Et hæ ſunt

c
quos iam compleuerat. Septuag. ſeptemdecim. at iuxta Hebr. & Chald. ſedecim.
a b c d e f g h i k
generationes eius: Ioſeph cum ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum

h i k
cum quibus erat enutritus.
a b c d e f g h i K l m n o
fratribus ſuis adhuc puer: & erat cum filijs Balæ, & Zelphæ vxorum patris ſui:

f g h
quod illud fuerit, incertum eſt. Iuxta Hebr. detulit ad patrem infamiam eorum malam. .ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l
accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo. Iſrael autem diligebat Ioſeph

e f g h i K
iuniores tenerius diliguntur, in quibus parentum eſſe vlterius conſeruandum vident. & habebat etiam coniunctam ſapientiam cum puerili ætate Ioſeph.
a b c d e f g h i k l m n
ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam

a e h
.i. textam ex licijs diuerſorum colorum. .ſ. Ioſeph. .ſ. Iacob.
a b c d e f g h i k l m n
polymitam. Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant

n
interpretationem ab eis quærens.
a b c d e f g i k l m n o p
eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Accidit quoque vt viſum ſomnium referret fratribus

ſuis: quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit. Dixitque ad eos: Audite ſomnium meum,

b i. videbam, ſeu videbatur, vel apparebat.

a b c d e f g h i k l m

quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum

h in Aegypto, cum eum vt principem adorarunt, impletum eſt.

a b c d e f g h i K

meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

Reſponderunt fratres eius: Numquid rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ?

Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum, inuidiæ, & odij ſomitem miniſtrauit:

f & interpretationem ab illis expoſtulans.

a b c d e f g h i k l

Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus ait: Vidi per ſomnium,

d e f g h quod etiam in Aegypto impletum eſt, cum fratres ſuos, eius nomine, & quaſi legati à parentibus, illum adorarunt. m ſ. Iacob.

a b c d e f g h i k l m n o

quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo, &

c vt odij ſomitem extingueret. n a b i. quod in ſomno tibi apparuit.

a b c d e f g h i K l m n

fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium

k adoratione Dulia.

a b c d e f g h i k l m n

quod vidiſti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?

f ſ. Iacob.

a b c d e f g h i k l

Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cumque

i terra ſ. alimentis gregum valde abundanti. n i. Iacob.

a b c d e f g h i k l m n

fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Iſrael:

c i. in terra Sichem, ſiue in eius paſcuis. l ſ. Iacob.

a b c d e f g h i k l m n o

Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni mittam te ad eos. Quo reſpondente, preſto ſum,

a. ſ. Iacob. c ſ. Ioſeph. i i. ſi bene valeant.

a b c d e g h i k l m n o p q r ſ

ait ei: Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi,

m forſan angelus in ſpetie viri. p i. campo.

a b c d e f g h i k l m n o p

quid agatur. Miſſus de Valle Hebron, venit in Sichem: inuenitque eum vir errantem in agro

Et in-

& interrogauit quid quæreret. At ille reſpondit: fratres meos quæro, indica mihi, vbi paſcant greges. Dixitque ei vir.: Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit itaque Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothain.

S C H O L I A.

1 ET *hæ ſunt generationes eius.*] Si verba hæc ad præcedentia referantur, ſicut & multi intelligi volunt, qui illa in præcedentis capitis ſectione collocant; eorum ſenſus erit, ſcilicet: prædictæ ſunt genealogiæ, & hiſtoria Iacob: Si vero cum ſequentibus coniungantur: He ſunt generationes Iacob. ſenſus erit: Hæ ſunt quæ euenerunt ipſi Iacob, ſicut & ſupra cap. 6. Iſtæ ſunt generationes Noe, Noe vir iuſtus &c. non genealogiam texit, ſed cuenta & caſus narrat.

2 *Ioſeph cum ſexdecim eſſet annorum.*] In Hebræo eſt: Cum decem & ſeptem eſſet annorum. Cæterum, Vulgatus ſolum annumerauit ſexdecim completos: in Hebræo ſunt decem & ſeptem, quos inchoauerat; ſicque diſſonantia vlla non eſt.

3 *Et erant cum filijs Balæ, & Zelphæ.*] Chaldæus paraphraſtes legit: Et ipſe enunciabatur. forſan hæc erat cauſa, vt cum illis frequentius ambularet, cum quibus fuerat enutritus; quamuis & aliqui id referant ad modeſtiam Ioſeph, vt ſuo conſortio illos honoraret, quos filij Liæ deſpiciebant; vt ſeruos, & ancillarum filios.

4 *Acuſauitque fratres ſuos apud patrem, crimine peſſimo.*] Verba prædicta nota literata ſequenti C. ſignari ſolet, quæ antigraphus dicitur, qua & diſſentire inter ſe, immo & contraria vertere Interpretes innuitur: Etenim Aquila ſecundus diuinorum voluminum interpres, teſte Procopio, tranſtulit: Detulerunt fratres conuicium malum de Ioſeph, ad patrem ipſorum, quomodo & Septuaginta interpretes multo antea verterant; quam verſionem ſecuti ſunt Chryſoſtomus, Theodoretus, Theodorus Heracleæ, ſiue Perinthi Epiſcopus, & Iſidorus Peluſiota Peluſiaci montis Abbas, & Chryſoſtomi diſcipulus in ſuis explanationibus: forſan & fratres, contra Ioſeph aliqua detulerunt: ſed nos ſequimur Vulgatum, qui eius tantum meminit peccati, quod Ioſeph patri denunciauit; & hoc, quod cum pecoribus commiſcerentur eius fratres, aliqui putant, vt refert Sanctus Thomas: & grauiſſimum inter peccata contra naturam eſſe docet; quia non ſeruant debitam ſpeciem. Rupertus in Gen. inquit: Aiunt viri illuſtres, crimen ſodomitici fuiſſe ſceleris. Alij per ſinedochen, Ruben tantum accuſaſſe dicunt, de concubitu cum vxore patris: ſed cum primus Ruben conatus fuerit illum de manibus fratrum liberare, vt in ſequẽtibus dicitur, non videtur hoc adeo veriſimile. Alij rixam dicunt hoc peccatum, vel odium, quod eſt peſſimum inter fratres: ſicut fraterna charitas eſt quid optimum, idque vocem Hebræam innuere contendunt. Sunt & qui affirmant conqueſtũ fuiſſe Ioſeph apud patrem de probrijs, quibus afficiebant eum fratres eius. Alij de tota fratrum vita conqueſtum apud patrem referunt. *que no le parecian bien las coſtumbres de ſus hermanos:* Sic Diodorus. Theodoretus: Damnabat, inquit, Ioſeph fratres ſuos apud patrem, eo quod intemperati eſſent, & minime modeſti; ſed certe in Hebræo eſt: *Dibatham raba*, דבתם רעה quod proprie detractionem importat, ſicut Num. 13. eadem vox vertitur, detraxeruntq. terræ &c. non quod detractio hæc propria ſit, ſed magis abuſiue pro denunciatione ſumitur: quid autem fuerit, quod patri renunciauit, & an peccatum aliquod commune omnium fratrum, vel ſolum filiorum Zelphæ, & Balæ, cum quibus frequentius morabatur, textus non exprimit: quare, & vtrumque incertum eſt. Porro, licet Hebræi putent, Ioſeph in hoc peccaſſe charitatis ordine prætermiſſo; tamen S. Thomas illum excuſat; vel quod publicum fuiſſet peccatum, vel quod illos iam admonuiſſet, licet textus non referat. addique poteſt, quod apud ſe conſtitutum eſſet, nullius vtilitatis futuram fraternam correctionem, vt pote eius, qui puer erat, & quem non rectis oculis aſpiciebant fratres: quare denunciando patri notum fecit, quem nouit malis illis mederi efficacius poſſe.

Chryſ. hom. 6. in Gen. The. q. 93. in Gen. Theod. Iſid. Peluſiota. Hug. de Sancto Vict. Theod. q. in Gen. Diodorus. S. Tho. 2. 2. q. 33. a. 7. ad 2.

5 *Eo quod in ſenectute genuiſſet eum.*] Iuxta Hebræum habetur: Eo quod filius ſenectutis eſſet ſibi. quod quidam iuxta Chaldæum paraphraſtem intelligunt, qui vertit: eo quod eſſet filius ſapiens. *hijo de buena vejez para ſu padre*: nam & Iſachar, & Zabulon, quaſi eiuſdem ætatis erant cum Ioſeph: & Beniamin omnium erat nouiſſimus. Ego vero exiſtimo, propter vtrunque illum plus alijs dilexiſſe, licet Vulgatus ſolum exprimat vnam cauſam, quod ſcilicet eſſet filius ſenectutis: eſt Hebraiſmus, ideſt, eo quod in ſenectute genuiſſet eum, vt Vulgatus vertit; cum enim à natura quis ſui conſeruationem optet, quam ſcit in indiuiduo perpetuo eſſe non poſſe, ſed in ſpecie, iuniores filios tenerius amat, in quibus probabiliter ſuum eſſe, conſeruandum vlterius putat. Verum eſt tamen, quod & primogenitum impenſius diligit, vt 2. Reg. 13. apparet in Amon, quem, quia primogenitus, cæteris in dilectione præponebat Dauid. Et Zachariæ 12. dolorem mortis, primogeniti, omni dolori anteponit. Sicut doleri, inquit, ſolet, in morte primogeniti. His adde eum puerili ætate, maximam fuiſſe in Ioſepho coniunctam ſapientiam, vt teſtatur Ioſephus: quam noſcens Iacob, & filium obſequentiſſimum contemplatus, cæteris tenerius diligebat. Et Philo de vita ciuili ſcribens, ait: A qua vnus è Philarchis noſtris (Ioſeph) maxime commendatur, qui à tenera ætate in eam incidit. Beniamin vero, adhuc in infantili erat ætate, nec vllius ſapientiæ capax; quare non adeo gratus erat patri, ſicut Ioſeph. ſic Chryſoſtomus.

Ioſeph. 2. anti. c. 2. Chryſ. ho. 1.

6 *Fecitq. ei tunicã polymitã.*] teſte Hier. Aquila,

Hier. q. hebr. in Gen.

talarem tunicam, vertit, Symmachus, manicatam; antiquitus enim, vt Hieronymus ibidem refert, magis colobijs vtebantur, ideſt, veſtibus oblongis ſine manicis: Iacob autem colobio Ioſeph manicas adiecit: Vulgatus vero expreſſit veſtem polymitam fuiſſe, ideſt, mira colorum varietate diſtinctam. vnde Plinius: plurimis vero licijs contexere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. *texida con muchas lizes ò hilos de diuerſos colores*. Sunt & qui ex diuerſis particulis ſericis, diuerſorum colorum coniunctam fuiſſe dicant, quod nos *centonada* dicimus: *paſim* in Hebræo, & eſt plurale nominis *piſa*, quod ſignificat fragmentum.

Plin. lib. 8. c. 48.

פסים
פסה

7 *Veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.*] Huius ſomnij, & ſequentis, quo ſolem, & lunam, & ſtellas ipſum adorare præuidit, veritatem adimpletam putant Ambroſius, Auguſtinus, S. Vigilius, & Alchuinus, in Chriſto Domino, cum reſurrexit, & cum nos etiam reſurgemus, maxime cum nec Iacob, nec Rachel, Ioſephum vmquam adoraſſe legamus; ſed certe hæc ad myſticum pertinent ſenſum: nam ſecundum ſenſum literalem, vt Theodoretus aduertit, impletum videmus, cum fratres in Aegypto illum adorauerunt, etiam nomine patris ſui, & Iacob ſuis legationibus, quaſi vt principem venerabatur, & adorabat, & mater adorauit in filio, ſcilicet Beniamin, quamuis in his, ſicut & in parabolis, ſatis eſt, vt pro maiori parte verificentur; multa enim ad ornatum viſionis ſomnij, vel parabolæ tantum pertinent. Porro, Ioſephus à fratribus ſomniorum intelligentiam Ioſeph poſtulaſſe ſcribit, cum eis ſomnia renunciaret, quos tacuiſſe dicit, & animo dolum concepiſſe, ne ad principatum, quem præſeferebant ſomnia, perueniret.

Ambr. lib. de S. Ioſeph.
Aug. q. 114. in Gen.
Alb. 9. in Gen.
S. Vigil. lib. 3 contra Euthicen.
Theod. q. 93. in fine.
Ioſeph. 2. anti. c. 2.

8 *Num ergo ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te?*] Iacob, licet rem tacitus contemplaretur, vt odij fomitem extingueret, increpauit illum coram fratribus, quaſi diceret: cum mater tua iam mortem obierit, quomodo te adoratura eſt? Ecce & pari modo omnia alia, quæ ſomniaſti vana, & friuola ſunt: exiſtimant enim multi iam tunc matrem, Rachel ſcilicet, vita functam fuiſſe: nam & ab Hebron miſit Iacob filium, vt infra dicitur, & antequam illo peruenirent, iam defuncta erat Rachel, & ſepulta in via: adde quod vndecim fratres numerat, quorum nouiſſimus, ſimul cum matris interitu in lucem eſt editus. Cæterum tunc adhuc Iſaac ſuperſtitem fuiſſe, & vſque ad multos annos, fere tredecim, poſtquam Ioſeph in Aegyptum deſcendit, ex annorum computatione ſatis liquet. vt affirmat etiam Auguſtinus: Rachelem etiam puto adhuc vixiſſe, cum hæc vidit ſomnia Ioſeph: & Beniamin iam habebat in vtero, quamuis cum pater illum miſit ad quærendos fratres, iam tunc interiſſe aperte ex textu colligitur; cum miſſus fuerit ab Hebron, quo antequã peruenirent, in via ſepulta eſt: quare hæc, poſt mortem Iſaac, quaſi per recapitulationem, apponuntur. Porro licet prædictis ſomnijs, ſuum oſtenderit Deus Ioſeph principatum, venditionem tamen fratrum non conſequenter prænouit, quia multis alijs modis poterat ad ſtatum illum peruenire, ſicut acute aduertit S. Thomas.

Aug. q. 112. in Gen. tom. 4.
S. Tho. 2. d. 4. a. 2. ad 2.

9 *Pater vero rem tacitus conſiderabat.*] Chaldæus: conſeruabat verbum. ideſt, rem illam omnem, more Hebræo. Septuaginta: Obſeruauit verbum, ideſt examinabat, & inquirebat, an pro vero & diuino, an pro vano ſomnium illud eſſet habẽdum, & eius exitum expectabat.

10 *Fratres tui paſcunt oues in Sychimis.*] Quæ prouincia, vt refert Ioſephus, paſturis eſt ouium optima, & gregum alimentis valde copioſa.

Ioſeph. 2. anti. cap. 2.

11 *Vide ſi cuncta proſpera ſunt erga fratres tuos, & pecora.*] Iuxta Hebræum habetur: Vide pacem fratrum, & pacem pecorum: Idiotiſmus eſt, quẽ Vulgatus recte tranſtulit: Si cuncta ſunt proſpera erga fratres tuos, & pecora: ideſt, quo pacto valeant fratres tui, & ſe habeant oues.

12 *Inuenitque eum vir errantem.*] Non deſunt qui putent, virum hunc, angelum in viri ſpecie fuiſſe, qui & audierit, illos in Dothaim ituros.

13 *In Dothaim.*] Dothaim, vſq; hodie, teſte Hieronymo, à Sebaſte milliario, cõtra Aquilonis plagã, oſtenditur. Sebaſten autem vocat vrbem, quæ prius Sychem, deinde Samaria, & in Euangelio Sychar dicta eſt: quam demum in honorem Cæſaris Auguſti, Herodes, Sebaſten, Græca voce, nuncupauit.

Hier. de locis hebr.

a
ſ. fratres Ioſeph, non omnes, ſed per ſynedochen: nam Ruben non conſentiebat, vt infra patet.
a b c d e f g h i k l m n o
Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: & mutuo

c g l
.i. ſia. ſ. Ioſeph. ſine aqua ſ. iuxta Heb. Septuag. & Chald. ciſternam hanc.
a b c d e f g h i k l
loquebantur: Ecce ſomniator venit: venite occidamus eum, & mittamus in ciſternam

l m n a
.i. euentus ſomniorum. Iuxta Hebr. Quid erunt, vel, fuerint.
a b c d e f g h i k l m n
veterem; dicemuſque. Fera peſſima deuorauit eum: & tum apparebit quid illi proſint ſomnia

ſua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat:

Non

c d k m
.i. puerum Ioſeph. ſ. Ioſeph ſine aqua.
a b c d e f g h i k l m n
Non interficiatis animam eius, nec effundatis ſanguinem: ſed projicite eum in ciſternam hanc,

m p
ſ. Ruben. ſ. Ioſeph.
a b c d e f g i k l m n o p
quæ eſt in ſolitudine, manusq. veſtras ſeruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum

c e f l
ſ. fratrum. viuum. ſ. Iacob. ſ. Ioſeph.
a b c d e f g h i k l m n o p
de manibus eorum, & reddere patri ſuo. Confeſtim igitur, vt peruenit ad fratres ſuos, nudauerunt

b c e g k
oblonga vſque ad talos, iuxta Hebr. ſua. .i. diſcolorem. ſ. Ioſeph. iuxta Hebr. vacuam.
a b c d e f g h i k l m n o
eum tunica talari, & polymita: miſeruntq. eum in ciſternam veterem, quæ non habebat aquam.

c g
.i. cibum. qui ab Agar.
a b c d e f g h i k l m n
Et ſedentes, vt comederent panem, viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos

c e g
.i. ſpecies, & odoramenta. ſ. terebenthinam. ſtoraques, vel myrrhæ liquorem.
a b c d e f g h i K l m n
eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten, in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus

l m
.i. mortem eius, Hebraiſmus eſt.
a b c d e f g h i k l m
ſuis: Quid nobis prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius?

a b c d e g h i k K l m n o p
iuxta Hebr. Venite & vendamus eum. qui ab Agar. .i. nece patrata noſtris manibus non polluamur. iuxta Hebr. Sicut in eum. .i. conſanguineus eſt.
a b c d e f g h i k l m n o
Melius eſt vt venundetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim, & caro

h l
ſ. Iuda. qui à Cetura.
a b d f g h i k l n
noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius, & prætereuntibus Madianitis negotiatoribus,

b g h i
ſ. Ioſeph. qui ab Iſmael, ſed quaſi vnus populus cum Madianitis. ſic iuxta Hebr. at Septuag. aureis.
a b c d e f g h i k l
extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eum Iſmaelitis viginti argenteis: qui duxerunt

d e f g k m n
fuerat ad quærenda meliora paſcua, vt ſic elongaret fratres à ciſterna. ſ. Ioſeph. in ſignum mœſtitiæ.
a b c d e f g h i k l m n
eum in Aegyptum. Reuerſusq. Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum: & ſciſſis veſtibus

f g h n q
ſed quod geſtum fuerat à docentibus à luctu ceſſauit. fratres ſ. Ioſeph. ſ. Ioſeph.
a b c d e f g h i K l m n o p q
pergens ad fratres ſuos, ait: puer non comparet, & ego quo ibo? Tulerunt autem tunicam eius,

a
ſ. & diſpergentes tunicam.
a b c d e f g h i k l m n o
& in ſanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes, qui ferrent ad patrem, & dicerent:

Hanc

a *ſ. tunicam.* f g *ſ. Ioſeph.* o *ſ. Iacob.*

Hanc inuenimus: Vide vtrum tunica filij tui ſit, an non. Quam cum agnouiſſet pater, ait:

b c *ſ. Ioſeph.* i k l *congeminatio eiuſdem magnitudinem doloris inſinuat.* m n *in ſignum doloris.*

Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Sciſſisq. veſtibus, indutus

b *iuxta Hebr. ſacco.*

eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent

h i k l *i. lugebo; donec deſcendam in ſepulturam.*

dolorem patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait: Deſcendam ad filium meum lugens in

a *i. ſepulturam.* c *ſ. Iacob.* g *ſ. qui à Cetura, ſed vnus quaſi populus cum Iſmaelitis.*

infernum. Et illo perſeuerante in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Aegypto, Putiphari

c *i. ſeruo Regis.* d *cui demandata erat cura exequendi criminalia.*

eunucho Pharaonis magiſtro militum.

S C H O L I A.

14 *Ecce ſomniator venit*] Iuxta Hebræum: Ecce dominus ſomniorum, ipſe qui venit: ſic & Chaldæus; *Baal* enim, & magiſtrum, & dominum ſignificat. Septuaginta cum emphaſi legunt: Ecce ſomniator ille. [margin: בעל]

15 *Mittamus eum in ciſternam veterem*] Iuxta Hebræum eſt: In vnam ex ciſternis: ſic & Chaldæus, quo indicatur, plures eo in loco fuiſſe ciſternas.

15 d. *Fera peſſima deuorauit eum*] Syriam, cuius pars quædam Palæſtina eſt, feris abundare, præſertim leonibus, & vrſis; ex eo quod Leuit. 26. promittit Deus legem ſuam obſeruantibus, conijci poteſt: liberationem ſcilicet, terræ eorum à beſtijs, & feris, maxime, ſi his addas, quæ ſcripta ſunt. 1. Reg. 17. & 4. Reg. 2.

16 *Tunc apparebit quid proſint illi ſomnia ſua*] Chaldæus paraphraſtes vertit: Videbimus quis erit finis ſomniorum. quod in ſenſu cum Vulgato coincidit, quaſi dicat: Euentum ſomniorum eius videbimus nullum eſſe, ac proinde nec illi, vt oſtentabat, quidquam profuiſſe.

17 *Non interficiatis animam eius*] Sceleris magnitudine propoſita, nitebatur Ruben liberare Ioſeph, de manibus fratrum: & vt refert etiam Ioſephus, cum luctu, vna patrem interiturum affirmans, & vt à cœpto eos auocaret, in ciſternam illum proijcere eis perſuaſit; cogitans, ſecreto inde illum extrahere, & reddere patri. [margin: Ioſeph. 2 ant. cap. 2.]

18 *Nudauerunt eum tunica talari, & polymita*] Duas eum exuiſſe tunicas, ad iuſſum fratrum hic quidam confingunt: ſed certe iuxta Hebræum habetur: Tunica ſua, tunica polymita: ſic Chaldæus & Septuaginta. vnicam igitur abſtulerunt, quæ & talaris, & polymita erat, vt ſupra diximus.

19 *Viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad*] Iſmaelitæ habitant deſertum Hetan, à Sur, vſque Euila, de Galaad igitur, quæ iacet ad Orientem, tranſitur per Dothaim, quæ ad Aquilonem vergit, abeuntibus in Aegyptum, quæ eſt ad Auſtrum terræ Chanaam.

20 *Et camelos portantes aromata, & reſinam, & ſtactem in Aegyptum*] Aromata, & quæ vulgo *ſpecies* dicuntur, vel alia etiam odoramenta ſunt, Reſinam vero, nonnulli genus balſami dicunt: & Iudæi theriacam: ſed certe reſina, eſt omnis illa oleagina pinguedo, & gummoſa concretio, quæ incaleſcente ſole, ex multis arboribus profluit, cuius effectus, eius, quæ pellucida eſt, & ſplendeſcit, eſt dolores mitigare, & cicatricem vi glutinandi obducere: præſertim, quæ terebinthina eſt. Porro ſtactes, liquor reſinoſus, & ſtillicidium myrrhæ eſt, eiuſq. pinguedo, quæ vulgo *ſtoraque*, liquido, *otro del comun ſtoraque*; quia ſtyrax; reſina eſt arboris, quæ ſtyrax dicitur, quamuis, teſte Dioſcoride, &

recentis

recentis myrrhæ eſſe debet, & cum exigua aqua, & organo expreſſæ, à diſtillando ſic dicta, quod è ſtillatitia tantum myrrha fiat.

20 d. *Celauerimus ſanguinem ipſius*] Celare ſanguinem, Hebraiſmus eſt, pro, clam occidere.

21 *Prætereuntibus Madianitis negotiatoribus*] Cum Abraham ancillarum filijs munera contulit, & dimiſit eos in terram Orientis, vnam gentem, feciſſe credendum eſt, iuxta Auguſtinum, & Albinum. Madianitæ, qui ex Cethura, & Iſmaelitæ, qui ex Agar: ideo in hoc capite, promiſcue nunc de Madianitis, ſub illorum appellatione, nunc de Iſmaelitis ſub hoc nomine, quaſi de vna, eademque gente mentio fit.

[*Aug. q. 124. in Gen. Alb. q. in Gen.*]

22 *De Galaad*] Galaad mons eſt, à quo ciuitas in eo condita ſortita eſt vocabulum; quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir, filij Manaſſe, de quo ſupra cap. 31. fuſius.

23 *Viginti argenteis*] Iuxta Hieronymum in Hebræo, argenteis, eſt, non aureis, vt quidam volunt, niſi dicamus argenteos tanti fuiſſe valoris, ſicut aurei, vt apud nos contingit *en reales de à diez, y florines de ocho*. ſicq; ſaluari poſſet Septuaginta interpretum verſio, legunt enim: viginti aureis.

[*Hier. q. hebr. in Gen.*]

24 *Reuerſusq; Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum*] Abſceſſit Ruben, teſte Ioſepho, quærens loca opportuna paſturæ; forſan vt fratres elongare faceret à ciſterna, vt ſic ſecreto illum inde extrahere poſſet: cum ergo redijt, iam vendito Ioſeph, eo non reperto in ciſterna, ſciſsis veſtibus in mœſtitiæ ſignum, perrexit ad fratres: illis vero, vt Ioſephus refert, quod geſtum fuerat edocentibus, à luctu ceſſauit. & Philo de Ioſeph de hoc facto Ruben late ſcribit. quem vide, & orationem Ruben quam ibidem affinxit.

[*Ioſeph. 2. anti. cap. 2.* — *Idem ibid.*]

25 *Mittentes qui ferrent ad patrem*] Quidam vocem Hebræam, quam Vulgatus interpretatur, mittentes, æquiuocam eſſe dicunt: & laniationem etiam importare. Sed quidquid ſit de hac re, ſaltem ſubintelligi debet, vt etiam Ioſephus refert: & tunicam, inquit, quam abſtulerunt, vt eum in lacum deponerent, placuit eis diſcerpere, & hirci ſanguine maculatam patri oſtendere, & dicebant ſe non vidiſſe Ioſeph, ſed talem tunicam inueniſſe, cum qua ſi diſceſſit, à beſtia interemptum eſſe crederent.

[*Idem ibid.*]

25 d. *Et in ſanguine hædi quem occiderant, tinxerunt*] Ioſephus, & iuxta Hebræum legunt, hircum pro hædo: ceterum, cum Hieronymus, & Septuaginta, & alij Hebraicæ linguę doctiſſimi legãt, in ſanguine hædi, dicere oportet, vocem Hebræam *Seir*, licet proprie hædum ſignificet, aliquando importare etiam hircum, vt in hoc loco. Rurſus non ſolum veſtem illam ſanguine tinctam fuiſſe, ſed laceratam, & diſcerptam, teſtantur Philo, & Ioſephus quod & veroſimile eſt, licet Scriptura id non exprimat, ſicut & multa alia.

[שעיר]

26 *Beſtia deuorauit Ioſeph*] Chaldæus: Occiſione occiſus eſt. Hebraiſmus eſt, & eiuſdem congeminatio magnitudinem doloris inſinuans.

27 *Lugens filium ſuum multo tempore*] Si vſque ad deſcenſum in Aegyptum luxit, vt quibuſdam placet, plus viginti ad minus anni interceſſerunt. Porro Iacobi deplorantis filium ſuum Ioſeph orationem refert Philo.

28 *Indutus eſt cilicio*] Cilicium vocat veſtem lugubrem; aſperam, ex pillis equinis, vel hirſutis, vel ſimilibus ad modum retis contextam.

29 *Congregatis cunctis liberis*] Iuxta Hebræum eſt: Filij ſui, & omnes filiæ ſuæ: ſic Chaldæus, & Septuaginta, vel eſt plurale pro ſingulari, more Hebræorum, vel vxores filiorum filias vocat.

30 *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum*] Auguſtinus, & Alchuinus per exaggerationem dictum interpretantur; quaſi perturbati animi ac dolentis. Nonnulli vero, per infernum, ſanctorum limbum intelligunt, qui inferni ſuperior pars eſt; etenim non abſolute dixit: Ad infernum deſcendam, ſed, ad filium meum in infernũ, vbi ſcilicet eũ cum alijs iuſtis inuenire poſſe credebat: & certe argumentum efficax eſt, vt hoc loco inferni nomine, limbus intelligatur, ſic Hieronymus epiſt. 119. Ad Dardanum. Rupertus in Gen. & Hiſtoria Scholaſtica cap. 87. à qua interpretatione vox Hebraica *Scheol*, hic poſita non diſſonat, ſicut & alibi ſæpe etiam pro damnatorum loco poſita, vt Num. 16. iuxta Epiphanium in Anchorato, & Hieronymum in 4. cap. epiſt. ad Epheſ. & Pſalm. 15. pro ſanctorũ limbo, teſtimonio B. Petri Act. 2. Dici etiã poteſt: Ad filium, ideſt, cum filio ad infernum deſcendam, ideſt, moriar, & ſepeliar, ſicut & filius. *llorare haſta que muera, y me ſepulten como à mi hijo*: vnde terram, & ſepulchrum importaret hoc loco, nam & ſepulchrum Hebræi *Scheol* vocant, à *Scaal*, ideſt, petere; quod videlicet ſemper petat, & numquam ſatietur: quare Prouerb. 30. inter tria, quæ non ſatiantur, connumeratur. Senſus ergo prædictorum verborum eſt quaſi conſolatio quædam renuentis, quaſi dicat mortuo filio: non poſſum diutius viuere interim, vſque quo ſepeliar, filium meum lugebo. prior expoſitio præſtat, poſterior vero, nec cum priori pugnat, & ſimul eſſe poteſt, vt ſcilicet S. Iacob de vtroque inferno loquatur, ſcilicet & de vero inferno, limbo vtique Sanctorum patrum, & de inferno, pro ſepultura.

[*Aug. q. in Gē. tom. 4. Alch. q. in Gē.* — שאול שאל]

31 *Vendiderunt Ioſeph in Aegypto Putiphari Eunucho*] Hebræi, vt Hieronymus refert, emptum Ioſeph tradunt ab iſto, ob nimiam pulchritudinem, in turpe miniſterium, & à Domino, virilibus eius arefactis, poſtea electum, iuxta morem, *Ierophanton* in pontificem Heliopoleos: & huius filiam eſſe Aſeneth, quam poſteà Ioſeph vxorem accepérit. Cæterum eunuchi, non ſolum caſtrati, (vt Theodoretus de iſto ſentire videtur ſpadonem fuiſſe) ſed & ſerui principis, maxime cuſtodes, ſic dicti ſunt; forſan à caſtitate, & pudicitia, quæ illos decet: vnde infra cap. 40. & pincerna, & piſtor Regis, eunuchi vocantur.

[*Hier. q. hebr. in Gen.* — ἱεροφαντῶν — *Theod. q. 97. in Gen.*]

32 *Magiſtro militum*] Septuaginta interpretes *Archimachiros* vocant: Archimagyro, ideſt, principi coquorum, ſic transferunt. & ita multi, vt Hieronymus refert, & Ioſephus etiam ita ſcribit:

[ἀρχιμα- χείρῳ. — *Hier. q. hebr in Gen.*]

& certe

טבח & certe *Tabah*, in Hebræo, mactare, & rem mortuam ſcindere importat: vnde, & pecorum & hominum mactator eſſe poteſt, quare 1. Reg. 9. vbi dicitur: Dixitq. Samuel coquo, & paulo poſt: Leuauit autem coquus armum, in Hebræo eſt dictio טבח *Tabab*. & Archimagyros, quæ vox eſt apud Septuaginta: iuxta Hieronymum, pro magiſtris exercitus aliquando in Scripturis ponitur, quod more coquorum homines mactent, & huiuſmodi principes, vt patet de Ioab, mortis ſupplicia exequebantur. Cæterum noſter Vulgatus, quem ſequimur, principem, ſeu magiſtrum militiæ, hic legit, ita & Hieronymus, & Auguſtinus, & Albinus. Etenim & Ieremiæ 39. dicitur de Nabuſardam, fuiſſe principem *Thabachim*, quem conſtat fuiſſe militiæ principem, & ibidem dicitur: quibus tunc forſan cura lauiandi reos demandata erat. vnde 1. Reg. 2. Banaia, qui princeps erat militiæ Salomonis, miſſus eſt ad occidendum, vel iugulandum Ioab: quare & Chaldæus paraphraſtes vertit: Principem interfectorum.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 126. in Gen. tom. 4. Alb. q. in Gē. טבחים

CAPVT XXXVIII.

a b h
paulo poſt venditionem Ioſeph, verſus Meridionalem plagam, ſed intra Palaſtinæ limites.
a b c d e f g h i k l m
Eodem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamitem, nomine

a h l m
in Hebræo Chiram. nomen eſt Chananæi. .ſ. Sua, quo nomine etiam pater eius vocabatur. .i. cum illa eſt congreſſus.
a b c d e f g h i k l m n o
Hiram. Viditq. ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad

h l
.ſ. Iudas pater. in Hebræo Er.
a b c d e f g h i x l m n o
eam. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rurſumq. concepto foetu,

c d i k n
.ſ. eius mater, vt ex Hebr. conſtat. in Hebræo, Onan. .ſ. illa. à quo familia Selaitarum. iuxta Hebr. Septuag. & Chald. Et erat quando peperit in Chezib. videtur eſſe nomen loci.
a b c d e f g h i K l m n
natum filium vocauit Onam. Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, parere

vltra ceſſauit. Dedit autem Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. Fuit quoque

d e f g
.i. nequiſſimus, ſic quod Deo diſpliceret.
a b c d e f g h i K l m n o p
Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Iudas

e f g h i p q
ecce, ante legem multa legalia erant iam in vſu. .i. filios, ſeu prolem. .ſ. Her.
a b c d e f g h i k l m n o p q
ad Onam filium ſuum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri

b c d e f g h n o p q
.ſ. Onam. quia vocandi filij fratris defuncti. .i. congrediens affectu maritali. In Hebr. corrumpere faciebat terram.
a b c d e f g h i K l m n o p q
tuo. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram,

h
.i. vita priuauit.
a b c d e f g h i k l m n
ne liberi fratris nomine naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem

faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ: Eſto vidua in domo patris tui, donec

creſcat Sela filius meus: timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abijt, &

habita-

K
quidam, quia perſuaſit filijs, vt ſemen funderent; quod Thamar non eſſet Chananæa, vt ipſa.
a b c d e f g h i k l m n o p
habitauit in domo patris ſui. Euolutis autem multis diebus, mortua eſt filia Sue, vxor Iudæ:

---

g h i k l o
erat enim quaſi feſtiuus dies, conuiuiumq. magnum fieri ſolebat. *idem, ad quem declinauerat Iudas, & factus fuerat gregis Iudæ opilio.*
a b c d e g h i k l m n o p
qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hiras opilio

---

d l
vicus eſt pergrandis. *.ſ. Iudas.*
a b c d e f g h i k l m
gregis Odollamites, in Thamnas. Nunciatumq. eſt Thamar, quod ſocer illius aſcenderet in

---

b c d e h i K
.i. vbi eius ſerui oues tonderent; *.ſ. Thamar.* *alijs .ſ. ab his, quæ coniugatis erant in vſu.* *.i. velamen, quo vtebantur Palæſtinæ fœminæ in æſtate.*
a b c d e f g h i k l
Thamnas ad tondendas oues. Quæ depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit Theriſtrum: &

---

b d e f
.ſ. viduitatis. *velata facie ad portam ſui exigui tentorij.*
a b c d e f g h i k l m n o o p
mutato habitu, ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quod creuiſſet Sela, & non eum

---

g h i k
quod velata facie ad portam tentorij ſederet, vt ſolebant meretrices.
a b c d e f g h i k l m
accepiſſet maritum. Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim

---

g
.i. in eius tentorium.
a b c d e f g h i K l m n
vultum ſuum, ne agnoſceretur. Ingrediensq. ad eam, ait: Dimitte me, vt coeam tecum:
neſciebat enim, quod nurus ſua eſſet. Quæ reſpondente: quid dabis mihi, vt fruaris concubitu
meo? dixit: Mittam tibi hædum de gregibus. Rurſumq. illa dicente: patiar quod vis, ſi dederis

---

b
.i. pignus.
a b c e f g h i k l m n o p
mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas: quid tibi vis pro arrhabone dari?

---

e
alij pallium, alij faſciam.
a b c d e f g h i k
Reſpondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes.

S C H O L I A.

Aug. tom. 4. q. 128. in Gen. Alch. q. in Gen.

1 EODEM *tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis*] Auguſtinus & Alchuinus diligenter inquirunt, quomodo hæc, quæ hoc capite narrantur, contingere potuerint, à venditione Ioſeph, vſque ad deſcenſum fratrum eius in Aegyptum; cum non interfuerint, niſi viginti duo anni: nec antea fieri potuerunt, cum Ruben natu maior ſolum exceſſerit Ioſeph in ſex annis, qui tunc ſexdecim expleuerat, quando venditus fuit. At Iudas medius erat inter Ruben & Ioſeph, quare putat, ante venditionem Ioſeph, quamprimum Iudas adoleuit, hanc duxiſſe vxorem: vnde nec veroſimile eſt, quod Hebræi autumant, ideo à fratribus diſceſſiſſe; quod videntes patris anguſtiam, in illum culpam omnem coniecerint fratres, ſi aliquantulum pacata ira, omnino eum liberare curaſſet, cui omnes, vt natu maiori poſt Ruben, obediſſent: nec deſunt,

qui

qui dicant fieri potuiſſe, & commode, cuncta, quæ narrantur, ſpatio viginti duorum annorum: vt filius primus, quamprimum ſedecim annos compleuiſſet, Thamar duxerit: & ſecundo, vel tertio menſe, ipſo mortuo, ſecundus illam duxerit, quo breui tempore defuncto, ad Iudam ſocerum velata acceſſerit, & conceperit Pharez, & Zaram.

2 *Diuertit ad virum Odollamitem*] Declinauit verſus plagam Meridionalem, ſed intra limites Palæſtinæ, vbi Hiram morabatur: ſed poſt vxorem acceptam, cum Iudas multa pecora poſſideret, factus eſt prædictus Hiram gregis eius opilio, vt infra ſtatim dicitur. Porro, Hiram, in Hebræo *Chiram*. חירה

3 *Viditq. ibi filiam hominis Chananæi vocabulo Sue*] Vox Hebræa æquiuoca eſt ad Chananæum, & negotiatorem, vnde & Chaldæus paraphraſtes vertit: negotiatoris. & Prouerb. 31. Similiter, vbi nos legimus: Et cingulum tradidit Chananæo, illi negotiatori, vertunt: ſed Vulgatus, quem ſequimur, vertit: Chananæi. Porro quidam, iuxta Hebræum, Sue, putant eſſe nomen patris vxoris Iudæ, & nomen feminæ, eſſe Bethue, ſicut legitur in teſtamento duodecim Patriarcharum, quod ex Græco in Latinum conuertit Robertus Epiſcopus Linconienſis: ſed certe liber ille apocriphus eſt & aperte nomen vxoris Iudæ fuiſſe, Sue, textus innuere videtur; ſicq. etiam illam nominat Seuerus Sulpitius, niſi forte vnum idemq. nomen, & patris, & filiæ fuerit; quod 1. Paralip. 2. ſcriptum ſit de filia Sue Chananitide, & hoc eſt veroſimilius, & infra in hoc cap. in caſtigatiori textu eſt: Mortua eſt filia Sue, vxor Iudæ: licet antea in alijs ſcriberetur: Mortua eſt Sue vxor Iudæ: ſed iuxta Hebræum, vere addita eſt filia.

Robertus. *Seuerus in ſua hiſt. ſacra.*

4 *Et vocauit nomen eius Her*] In Hebræo eſt *Valcra*, verbum maſculini generis, quod ſignificat, & vocauit ipſe, ſcilicet pater. ויקרא

5 *Nominauit Onam*] In Hebræo eſt *Vaticra*, feminini generis, & ſonat: vocauit ipſa, ſcilicet mater. ותקרא

6 *Quo nato, parere vltra ceſſauit*] In Hebræo eſt: Et erat in *Chezib*, cum pareret ipſa eum: quare aliqui putant *Chezib*, nomen loci eſſe, ſicut & Micheæ 1. & Ioſue 15. & reuera in Palæſtina vrbs eſt, quæ ſic appellatur: ſed certe hoc loco, non eſt nomen loci, vt Hieronymus etiam ex verſione Aquilæ confirmat: ſed ſignificat, deficere, & etiam mendacium, vt aliqui vertunt; quod mendax à veritate deficiat. vnde optime hoc loco vertit Vulgatus: Et ceſſauit parere, ſiue defecit ab vlteriori partu. Porro Her, in Hebræo *Er*. Onam vero, in Hebræo *Onan*. At vero Sela, à quo & familia Selaitarum, Num. 26. quem & Septuaginta interpretes, Silom vocant.

כזיב כזיב *Hier. q. hebr. in Gen.* אר אונן

7 *Nomine Thamar*] Hanc Hebræi ferunt fuiſſe filiam Sem, ſiue Melchiſedech, filij Noe.

8 *Nequam in conſpectu Domini*] Ex prædicto libello, quem Robertus Linconienſis Epiſcopus vertit, quidam putant: vxorem Iudæ ſuaſiſſe filijs ſuis, ne debitum redderent Thamar; quod non eſſet ex Chananæis, ſicut ipſa. Auguſtinus 22. contra Fauſt. cap. 84. dicit fuiſſe peccatum crudelitatis, & ſæuitiæ. Alij exiſtimant, fuiſſe peccatum contra naturam, & abuti conſueuiſſe vxore ſua extra vas muliebre; eodem ſiquidem modo Gen. 13. dicitur de Sodomitis, fuiſſe peſſimos in conſpectu Domini. id eſt, vere peſſimos. Hebræi vero dicunt: Her extra vas ſemen fudiſſe, ob libidinem, ne forte, ſi conciperet tempore partus, à congreſſu vxoris abſtinere debuiſſet. Sed hæc incerta ſunt, & ex litera ſolum conſtat, illum nequam coram Domino, id eſt, vere nequiſſimum, ac proinde Deo diſplicuiſſe.

Robertus.

9 *Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram*] Satis hinc conſtat, legalium multa ante legem cuſtodita; nam & Deuter. 25. præcipitur, vt frater vxorem defuncti fratris ſine liberis ducat: ſicq. fratri ſemen ſuſcitet, id eſt, filios, qui defuncti fratris filij dicantur, & non eius, qui illos genuit. Porro, iuxta Hebræum eſt: corrumpere, ſeu fœdare faciebat terram. Hebraiſmo ſic dicitur: ſemen fundere extra vas; quia ſi terram contingat, eam fœdare videatur. Peccatum hoc, vt Caſſianus annotat, quod molliciei à Theologis dicitur. B. Paulus ad Col. 3. & ad Eph. 5. immunditiam vocat.

10 *Aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum ipſe, & Hira opilio gregis Odollamites in Thamnas*] Thamnas, teſte Hieronymo, vbi Iudas oues totondit, vſque hodie pergrandis vicus eſt in finibus Dioſpoleos, euntibus Æliam, in tribu Dan, ſiue Iudæ. Eſt & alia eiuſdem nominis ciuitas magna, quæ & Thimna dicta eſt: ad quam deſcendit Samſon, & ſaltus dictus etiam Thimnat, in quo Samſon leonem occidit: hanc quidam confundunt cum hoc vico, ad quem aſcendebat Iudas. Porro, feſtiuus erat dies, & magnum ſolebat gregis dominus conuiuium præparare, cum ad gregem accederet, tempore, quo eius ſerui greges tondebant, vt videre eſt 1. Paralip. 25. Preterea, vbi nos, opilio, legimus, quidam vertunt, amicum: decepti ex ambiguitate Hebraicæ vocis, quæ ijſdem conſonantibus ſcribitur *Re*, & *Ro*, quarum altera amicum; altera paſtorem, ſeu opilionem ſignificat. ſic Hieronymus.

Hier. de locis Hebr. רעה רעה *Hier. q. hebr. in Gen.*

11 *Aſſumpſit theriſtrum, & mutato habitu, ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam*] Theriſtrum, velamen, vel veſtis tenuis eſt, qua Palæſtinæ mulieres, maxime in æſtate, vtebantur: qua & caput, & magnam corporis partem velabant, ſicut Orientales & Italæ feminæ facere ſolent. Iam, mutato dicitur habitu, ex quo Auguſtinus & Albinus aduertunt, iam tunc temporis viduas alio vti ornatu à coniugatis. Porro, vbi dicitur: In biuio itineris, in Hebræo ſecundum Hieronymum eſt: Sedit ad portam Enaim, quæ eſt in tranſitu Thamna. Sermo, inquit, Hebraicus *Enaim*, transfertur in oculos, non ergo loci nomen. ſenſus igitur erit: Sedit in biuio, ſiue in compito, vbi diligentius debet viator inſpicere, quò iter capiat: conſentit Chaldæus paraphraſtes, qui vertit: In diuiſione oculorum, id eſt, biuio; quod in biuio ſolemus in duas partes oculos diuertere. Aliqui ibi fontem aquæ dicunt fuiſſe, vocariq. more ſolito oculum. eſto, ita fuerit, ſed ad id affirmandum non cogit nos litera.

Aug. q. 130. in Gen. tom. 4. *Alb. q. in Gē.* *Hier. q. hebr. in Gen.* עינים

12 *Suſpicatus eſt eſſe meretricem, operuit enim*

vultum

vultum ſuum, ne agnoſceretur] Non deſunt qui affirment, & tabernaculum exiguum tetendiſſe meretricio more, vt ſic ſecreto turpitudinem exercerent: vnde & infra dicitur: Et ingrediens ad eam. Rurſum, & conſueuiſſe illas vultum opperire ob verecundiam: (ſicut Venetijs eſt in vſu) ex quibus Iudas ſuſpicatus eſt, meretricem eſſe.

ערב ערב ערבון

13 *Quid tibi vis pro arrhabone dari*] Verbum *Harab*, proprie ligare, obligare, & coniungere importat, vt infra cap. 44. Iudas ſeruus tuus *Harab*, id eſt, obligauit ſe pro puero: vnde *arrhabon*, ideſt, pignus; quod quaſi fide iubeat pro domino: & forte ab *arrhabon*, Latini verbum ſubarrare deriuarunt, ſicut multa alia ab Hebræis mutuantes.

חתם חתם

14 *Annulum tuum*] Dictio *Chotam*, quam vertit, annulum, à *Chatam* eſt, quod eſt claudere, & ſigillare; quod ſigillo ſignentur, & claudantur literæ: vt Eſter 8. conſtat. & Deut. 32. Nonne hæc condita ſunt apud te, & *Chatum*, ſignata, aut clauſa in theſauris tuis. חתום

15 *Et armillam*] In Hebræo eſt: *Patil*, quod proprie inuolucrum importat, vnde quidam, veſtem, vel capitis operimentum, vel linteum collo circumuolutum, & pendens ex parte ad ſudorem extergendum: Thargum, pallium, vertit, Vulgatus armillam. & ſic S. Hieronymus: Armilla vero, ſi ſecundum ſermonis proprietatem intelligenda ſit, ornamentum eſt brachiorum, ad modum circuli, quo viri militares ab Imperatoribus, vel Ducibus donabantur: & quod vulgo dicimus, *blaſon, y inſignias*. Budæus armillam nominat, vnde & armillati curſores, *las poſtas que lleuan alguna inſignia.* פתיל *Hier. q. hebr. in ca.*

---

e
ſ. Thamar.
a b c d e f g h i k l m n
Ad vnum igitur coitum mulier concepit, & ſurgens abijt: depoſitoq. habitu, quem ſumpſerat,

---

K l
ſ. Hira, iuxta Hebr. per amicum, ſeu ſocium ſuum.
a b c d e f g h i k l m n
induta eſt viduitatis veſtibus. Miſit ergo Iudas hoedum per paſtorem ſuum Odollamitem, vt

---

e f k
ſ. Thamar. ſ. Hira. ſ. Thamar.
a b c d e f g h i k l m n
reciperet pignus, quod dederat mulieri: qui cum non inueniſſet eam, interrogauit homines loci illius: vbi eſt mulier, quæ ſedebat in biuio? reſpondentibus cunctis: non fuit in loco iſto meretrix. Reuerſus eſt ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: ſed & homines loci illius dixerunt mihi,

---

g h i k l m n
quæ ſ. dedi in ſignum. iuxta Hebr. Ne forte ſimus in contemptum, nempe ſi res euulgetur.
a b c d e f g h i k l m u
numquam ſediſſe ibi ſcortum. Ait Iudas: Habeat ſibi, certe mendacij arguere nos non poteſt, ego miſi hoedum, quem promiſeram: & tu non inueniſti eam. Ecce autem poſt tres menſes

---

K l m n
iuxta Hebr. Et ecce grauida eſt ex fornicatione.
a b c d e f g h i k l m n
nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus eius intume-

---

g p
ſic enim puniri conſueuerant filiæ ſacerdotum fornicariæ. ſ. Iudam.
a b c d e f g h i K l m n o p
ſcere. Dixitq. Iudas: producite eam, vt comburatur. Quæ cum duceretur ad poenam, miſit ad ſocerum ſuum, dicens: De viro, cuius hæc ſunt, concepi: cognoſce cuius ſit annulus, & armilla, & baculus.

---

e f g
quia non vaga ob libidinem.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Qui agnitis muneribus, ait: Iuſtior me eſt: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non

a b
.i. non habuit rem cum illa.
a b c d e f g h i K l m n
cognouit eam. Inſtante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipſa effuſione

i
.i. filum rubrum.
a b c d e f g h i K l m
infantium, vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens: iſte egredietur

l m n o a b
.i. ſecundina, vel primus vuluam aperiens, ſchemate Hebraico primogenitus deſcribitur.
a b c d e f g h i k l m n o
prior. Illo vero retrahente manum, egreſſus eſt alter: dixitq. mulier: Quare diuiſa eſt propter

b k
membrana ſcilicet, qua obuoluitur fœtus in vtero, quaque perrupta egreditur. *.i. diuiſis, à quo Pharesſitarum familia. Num. 26.*
a b c d e f g h i k l m n o p
te maceria? & ob hanc cauſam, vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius,

h
.i. oriens, in Hebræo Zarac.
a b c d e f g h
in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

S C H O L I A.

R. Simeon. 16 *Ad vnum igitur coitum*] R. Simeon Ioachim, in commentarijs Pentateuchi, quos Zoär inſcribit, liberat Thamar ab omni crimine, & inter noſtros Ambroſius, Chryſoſtomus, Theodoretus, tam ſocerum, quam nurum, immunes à peccato fuiſſe, videntur aſſerere in hoc facto: ſed aperte idem Chryſoſtomus ſcortum vocat Thamar, & vitio celebratam dicit; forſan prædicti non à mortali culpa liberos contendunt, ſed, vt poſſunt, excuſant Thamar; quod, non tam explendæ libidinis cauſa id egerit, quam pio quodam affectu, vt ex celebri, ſanctiſſimiq. Abrahami familia liberos haberet; & forſan expectatum Meſſiam, vt Theodoretus aduertit, ex Iuda conciperet: vt fuit; namlicet R. Moyſes ante tempus legis, fornicationem non eſſe peccatum putauerit, maxime ex hoc facto Iudæ; tamen cum fratrem vendiderint, & apud patrem de crimine peſſimo accuſati fuerint, non oportet eos à mortali excuſare; eſt enim fornicatio contra prima legis naturæ præcepta, quæ nec diſpenſabilia ſunt. ſic S. Thomas, & S. Hieronymus, & Auguſtinus. vnde & in libello illo, à Linconienſi Epiſcopo traducto refertur, Iudam iam moriturum confeſſum fuiſſe peccatum ſuum, & quod ob nimiam triſtitiam nuper defunctæ vxoris, ad aliquam hilaritatem, vino hauſto, & illo incaleſcente ſic fecerit, & ex tunc, à carnibus, & à vino per reliquum vitæ abſtinuerit: vnde & ab Epiphanio, & Iſidoro inter Sanctos computatur.

Ambr. l. 3. in Lucam. *Chryſ. ho. 62. in Gen.* *Theo. q. 94. in Gen.* *Chryſ. ho. 1. in Math.* *Theo. q. 94. in Gen.* *R. Moyſes.* *S. Tho. 4. d. 33. q. 1. a. 3 q. 3. in corp. & ibid. q. 1. a. 3. q. 2. ad 1. & 22. q. 154. a. 2. ad 3.* *Hier. q. hebr. in Gen.* *Aug. 22. contra Fauſtum.*

קדש 17 *Non fuit in loco iſto meretrix*] Hebræi verbum *Chadas*, & ſanctificare, & præparare, & immundum eſſe dicunt importare: ſed reuerà propriè ſignificat ſeparare, vnde & ſanctum proinde importat; quia ſeparatum, & etiam immundum; quod ſeparari ab alijs oporteat, vt de leproſo Scriptura narrat: quare meretrix *Chedeſſah*, id eſt, ſeparata dicitur; quod ſepararetur, & eſſet in loco remoto. קדשה

18 *Habeat ſibi, certe mendacii arguere nos non poteſt*: Iuxta Hebræum eſt: Habeat ſibi, vt non ſimus deſpectui, vel ne vilipendamur, quod Hebræi optime exponunt, quaſi dicat: Non requiramus eam amplius, ſint eius, quæ pro arrhabone habuit; ne factum diuulgaretur ad confuſionem Iudæ, & ne hæc minima curare videretur. Porro Iudas, mendacium vitauit, non fornicationem, & illud mendacium pernicioſum fuiſſet, iniuriam habens annexam, ſi promiſſum non reddidiſſet: ſic S. Thomas. *S. Th. 4. d. 33. q. 1. & 3. q. 2. ad 1.*

19 *Producite eam vt comburatur*] Hinc colligunt aliqui, filiam fuiſſe Melchiſedech ſacerdotis; ſacerdotum enim filiæ, ſi fornicatæ fuiſſent, hac pœna plectebantur, quod poſtea lege cautum fuit: & quamuis Melchiſedech iam tunc non viueret, filiam tamen Thamar ſuperſtitem reliquit. Sed certe Iudam, vel iudicem, & principem illius vrbis, vel apud iudicem multum potuiſſe certius colligitur; qui pro libito illam tali poſſet pœnæ adiudicare, & cum vellet ab illa liberare; ita vt verba Iudæ, cum ait: Producite eam vt comburatur, non verba hominis ſua auctoritate iubentis, ſed potius requirentis, & volentis publicam iuſtitiam exerceri in Thamar ab ijs, quorum intererat, & apud quos plurimum ipſe valebat, & certe mortis reatu compellebatur vidua, fratrem defuncti ducere: vnde & viduitatem compulſa eſt ſeruare; quia tertius frater ſuperſtes erat, ideo eius peccatum dignum morte iudicauerat.

20 *Iuſtior me eſt; quia non tradidi eam Sela filio meo*] Iuxta Hebræum eſt: Iuſtificata eſt ex me; non quod iuſta fuerit, vt Hieronymus, Albinus, & S. Thomas aduertunt; ſed quod comparatione illius, minus malum fecerit, nequaquam vaga ad turpitudinem, ſed liberos requirendo, nec ex alio genere prolem quærens, quam ex ea, vnde ſibi vir debebatur: vnde nec Iudam, aut alium quempiam cognouiſſe legimus, poſtquam liberos habuit, vt Theodoretus aduertit. Rurſum iuſtior; quia cum iniuſte Iudas non dediſſet ei Selam, occaſionem quodammodo ei præbuit, quærendi ſemen ab extraneis, quod ipſa non fecit. Porro, vbi dicitur: Quia non tradidi, &c. ſubintelligendum eſt: hoc fecit; quia non tradidi.

Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gē. S.T. q. de malo q. 15. a. 1. ad 6

Theod. q. 94. in Gen.

21 *Obſtetrix ligauit coccinum*] In ſignum primogeniti, quem futurum putabat, filum rubeum, & duplicatum, vt ex vi ſermonis Hebraici deprehenditur, ligauit.

22 *Iſte egredietur prior*] Sic Chaldæus: quod enim in Hebræo eſt *Iaza*, ideſt, egreſſus eſt, manum tantum reſpicit, ideſt, protulit manum, quo ſuſpicari par eſt, prius ex vtero egreſſurum.

יצא

23 *Quare diuiſa eſt propter te maceria*] Maceriam metaphorice vocant membranam, qua inuoluitur fœtus in matris vtero, vnde Hieronymus, & Alchuinus: Ab eo, quod diuiſerat membranam, ſecundinarum diuiſionis nomen accepit. Phares, ſcilicet, & qui ſe vt iuſtos ſeparabant, Phariſæi dicti ſunt. Porro, & maceria eadem metaphora, non ſolum membranam illam, ſed & id, quod eſt primo aperire vuluam, importat: quare & Hebraico ſchemate, aperire vuluam, rumpere ſecundinam, ſeu maceriem, eſt primogenitum eſſe, quaſi congratulando igitur illius primogenituræ, dictum videtur: & in Chaldaica paraphraſi legitur: Quam maxima fortitudo fuit in te, vt prȩualeres, ſcilicet, vt execundo illum anteuerteres. Porro Phares, in Hebræo: *Peres*, à quo & familia Phareſitarum, num. 26.

Hier. q. hebr. in Gen. Alch. q. in Gē.

פרץ

24 *Quem appellauit Zara*] Zara, ideſt, oriens; vel quod primus apparuerit, vel quod ex illo multi iuſti nati ſunt, vt ex libro Paralipomenon conſtat: ſic aduertunt Hieronymus, & Albinus. Porro Zara, in Hebrȩo: *Zarach*, & Nu. 26. vocatur Zerach.

Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.

זרח

CAPVT XXXIX.

k
alij: princeps, ſeu miniſter regius, tales eunuchi vocabantur, vt alibi diximus.
a b c d e f g h i K l m
Igitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptum, emitq. eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps

l m a b
.i. opem illi ferebat
a b c d e f g h i k l m
exercitus, vir Aegyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitq. Dominus

f g h p
.i. & cuncta fortunate illi eueniebant. .ſ. Putiphar.
a b c d e f g h i k l m n o p q
cum eo, & erat vir in cunctis proſpere agens: habitauitq. in domo domini ſui, qui optime

b c d m n o p q
.i. illi opem ferre. .i. fortunari in manibus Ioſeph. Theod. q. 96. .ſ. Ioſeph.
a b c d e f g h i k l m n o p q
nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq.

b c d g K l
.i. fuit illi gratus, & acceptus .i. ſeruiebat. .ſ. Putiphare. .i. præfectus eſt.
a b c d e f g h i k l m n
Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus gubernabat

e f g h i k
.i. quæ eius fuerant curæ commiſſa. .i. benefecit in ſequentibus .ſ. multiplicando bona illius.
a b c d e f g h i k l
creditam ſibi domum, & vniuerſa, quæ ei tradita fuerant: benedixitq. Dominus

a b
.ſ. Putipharis.
a b c d e f g h i k l n o p
domui Aegyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius

a c d e f g
.i. diuitias, & facultates. .i. de nullo alio ſolicitus erat, .i. de cibo, & potu.
a b c d e f g h i k l m
ſubſtantiam: nec quidquam aliud nouerat, niſi panem, quo veſcebatur. Erat autem Ioſeph

d e f g h i k
quantum ad venuſtatem corporis. iuxta Hebr. Poſt hæc. .ſ. libidinoſe.
a b c d e f g h i k l m n o
pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos

e
.i. cuba.
a b c d e f g h i k l m n o
in Ioſeph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam:

Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt

i K
.i. meæ curæ commiſerit.
a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ
quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo

c
iuxta Hebr. malum grande.
a b c d e f g h i k l m n o
poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies

b e i m n
.i. Putipharis vxor .ſ. Ioſeph. .i. adulterium, ſeu fornicationem. .ſ. magnæ feſtiuitatis, quando omnes conuenerant ad fanum idoli.
a b c d e f g h i k l m n
& mulier moleſta erat adoleſcenti: & ille recuſabat ſtuprum. Accidit autem quadam die,

h i m
.ſ. teſtibus, vel alijs domeſticis. .ſ. vxor Putipharis, quæ ſe ægram ſimulauerat, vt domi maneret.
a b c d e f g h i k l m n
vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: & illa, apprehenſa

c e f
.ſ. Ioſeph. .i. cuba, vel rem mecum habe.
a b c d e f g h i k l m
lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui, relicto in manu eius pallio,

h
.ſ. vxor Putipharis.
a b c d e f g h i K l m n o p
fugit, & egreſſus eſt foras. Cumq. vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe

p a e f g n
iuxta Hebr. & quod fugiſſet foras. .i. domeſticos. .ſ. vir meus.
a b c d e f g h i k l m n o p
contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum,

d e f g
.ſ. vbi ſola aderam.
a b c d e f g h i k l m n o
vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cumq. ego ſucclamaſſem, &

g l m l m a b
iuxta Hebr. apud me. .i. certitudinem. hoc non eſt iuxta Hebræum.
a b c d e f g h i k l m
audiſſet vocem meam, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. In argumentum

b · l m n o
.i. veritatis, quam ipſa .ſ. ſimulabat. · .i. voluit mecum rem habere.
a b c d e f g h i k l m n o
ergo fidei, retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum, & ait: Ingreſſus eſt ad me

a b
.ſ. Ioſeph.
a b c d e f g h i k l m
ſeruus Hebræus, quem adduxiſti, vt illuderet mihi: cumq. audiſſet me clamare, reliquit

g h i · l m
.ſ. minus accurate rem examinans. · hoc non eſt iuxta Hebr. explicite.
a b c d e f g h i k l m n
pallium, quod tenebam, & fugit foras. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis

coniugis, iratus eſt valde: tradiditq. Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, &

d e f g h · m n o
.i. opem illi in cunctis ferebat. · .i. fecit illum acceptum, & gratum.
a b c d e f g h i k l m n o p q
erat ibi clauſus. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu

d e f g
.i. cura illius, & cuſtodia commiſit.
a b c d e f g h i k l m n
principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos, qui in cuſtodia tenebantur:

d e f · g h i
.i. ad eius imperium fiebat. · quia nullius ab eo rationem exigebat.
a b c d e f g h i K l m n o
& quidquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim

a b c · e f g h · h
.i. fauebat illi. · ſic vt in cunctis illum fortunaret. · .i. ſecundabat.
a b c d e f g h
erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

S C H O L I A.

1 IGITVR *Ioſeph ductus eſt in Aegyptum*] Iudæ geſtis incidenter deſcriptis, iam Moyſes hiſtoriam Ioſeph proſequitur. Porro, quid eunuchus, quid princeps exercitus, qui Iſmaelitæ, qui Madianitæ, cap. 37. diximus.

2 *Inuenit gratiam coram domino ſuo*] Ideſt, fuit domino ſuo gratioſus, & acceptus. Porro, liberales artes illum edocuit, & lætum meliori cibo, quam conueniret ſeruili fortunæ eſſe iubebat, teſte Ioſepho. *Ioſeph. 2. anti. c. 3.*

3 *Nec quidquam aliud nouerat, niſi panem*] Nomine panis, omnem cibum & potum intelligit, quaſi dicat: Cunctis curæ Ioſeph commiſſis, nulla de re alia ſolicitus, quã de edendo, & bibendo: forſan & hoc tantum ab illo Ioſeph inquirebat, quæ in craſtinum pro cibo eſſet paraturus: ſic Aben Ezra. Vnde, iuxta Hebræum eſt: Et non cognouit ſecum quiſquam niſi panem. at, cognoſcere cum aliquo Hebraiſmus eſt, ideſt, communem curam habere: iuxta quam phraſim infra, vbi nos legimus: Ignorat quid habeat in domo ſua. iuxta Hebræum eſt: Non nouit quiſquam mecum in domo.

4 *Pulchra facie, & decorus aſpectu*] Vel idem poſterioribus verbis, quod prioribus intelligit: vel primum ad faciei ſpeciem, ſecundum ad totius corporis venuſtatem ſpectat.

5 *Dormi mecum*] Linconienſis Epiſcopus refert multa, quibus inducere conabatur mulier ipſum Ioſeph ad libidinem: nam prius filium eum appellans, ad ſe attrahebat, libidinoſis manibus attrectans: quod intuens Ioſeph, ab illius ſe familiaritate ſubtrahebat: Iam vt religionem ſuam, cultumq. Dei ſui edoceret, ſuadebat, fingens & illius velle religionem ſequi, vt ſub pietatis ſpecie frequentior eſſet familiaris acceſſus. Poſtea ſuam aperuit mentem, etſi virum timeret, illum ſecreto intercepturam dicebat: vt ſic libere Ioſeph eam in vxorem haberet, & edulium miſit, quo eius mentem faſcinaret. *Robertus. Vide Philonẽ, in li. de Ioſeph*

Philo in lib. de Ioſeph. Ioſeph. 2. anti. c. 3.

6 *Qui nequaquam acquieſcens operi nefario*] Philo, & Ioſephus diffuſe referunt multa, quibus à cœpto Ioſeph illam auocare conabatur, & eius reprimeret libidinem, omnemq. ſpem flectendi eius animum tollebat è medio. & Robertus Epiſcopus: ieiunijs, & eleemoſynis, & orationibus Deo ſuam continuo pudicitiam Ioſeph commendaſſe, affirmat.

אלהים

7 *Contra Deum meum*] In Hebræo eſt *Eloim*, vnde ſenſus eſt: Contra Deum meum, non contra Putiphar, herum Ioſeph, vnde in correctiori editione contra Deum dicitur, non contra Dominum, vt in alijs.

8 *Et ille recuſabat ſtuprum*] Large hoc loco ſtupri nomen accipitur, pro fornicatione, vel adulterio, cum hæc libidinis ſpecies, quæ proprie ſtuprum dicitur, tantum ex parte feminæ ſe habeat, & non viri, etiam ſi numquam hactenus feminam cognouerit; vt S. Thomas affirmat.

S. Tho. 22. q. 154. a. 6.

Ioſeph. 2. ant. cap. 3.

9 *Accidit autem quadam die*] Dies erat ſacratus Ægyptijs, vt Ioſephus refert, quo ad fanum idoli omnes conuenire ſolebant: Ioſeph vero, vt veri Dei cultor, his non aderat, opportunumq. femina iudicauit, vt ſolum Ioſeph abſque teſtibus alloqui, & aggredi poſſet, ægram ſe ſimulans, ne ad ſolemnitatem cum alijs accederet.

10 *Vt operis quidpiam abſque arbitris faceret*] Ideſt, vt domum intraret, aliquid in ea facturus, abſque alijs domeſticis, qui omnes ad diem feſtum conuenerant. Porro, iuxta Hebræum eſt: Ad faciendum opus ſuum, & non aliquis de hominibus domus ibi in domo: ſic etiam Septuaginta. At Chaldæus legit: vt inueſtigaret ſcripturas rationis ſuæ, & nullus vir de hominibus domus erat ibi in domo. Iam, quæ Moyſes hic breuiter attingit, Ioſephus 2. antiq. & Philo lib. de Ioſeph, multis adhibitis circũſtantijs eleganter deſcribunt. Videndi ſunt.

11 *Ingreſſus eſt ad me*] Ideſt, ad cubiculum, in quo ſola aderam.

12 *Reliquit pallium quod tenebam*] Iuxta Hebræum: Reliquit pallium penes me. Septuaginta: Apud me. ex quo colligunt aliqui, non eſſe dicendum, quod tenebam, ſed quod tenebat, ne deprehenderetur illum per pallium tenuiſſe: ſed certe proinde inferre non oportet, ipſum per pallium tenuiſſe, vt ſecum cubaret, ſicut eſt rei veritas: ſed tenuiſſe ne fugeret ad voces mulieris, quas emiſerat, vt domeſtici illum comprehenderent, hic enim eſt literæ ſenſus.

13 *In argumentum ergo fidei*] Ideſt, in teſtimonium fidei, quam ſeruaui, vel potius fidei, ideſt, veritatis facti, quod illa ſimulabat.

14 *His auditis*] Minus accurate, ſubintelligendum eſt, rem examinans Putiphar eius dominus. ſic Ioſephus aduertit. Ioſeph. 2. anti. cap. 3.

סהר

15 *Tradiditq. Ioſeph in carcerem*] In Hebræo, *Sahar*, carcerem rotundum proprie importat; forſan quod domus carcerum illo tempore eſſent rotundæ. Præterea optime Chryſoſtomus aduertit, Dominum ipſius Ioſeph protectorem, Putipharis animum mitigaſſe, ne tanti criminis reum, vt ſuſpicatus fuerat, occidi continuo iuſſiſſet. Iam Ioſeph, non ſolum in carcerem eſſe detruſum, ſed etiam duriſſimis vinculis, & compedibus fuiſſe conſtrictum inſinuant verba illa Pſalm. 104. In ſeruum venundatus eſt Ioſeph: humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſijt animam eius, id eſt, ferreis illis compedibus, & vinculis illius vita valde cruciata eſt, & afflicta: idem etiam innuitur Sap. 10.

Chryſ. ho. 62. in Gen.

16 *Fuit autem Dominus cum Ioſeph*] Ideſt, opem illi in cunctis ferebat.

17 *Dedit gratiam*] Ideſt, fecit illum gratum, & acceptum carcerario. De his omnibus videndus eſt Philo lib. de Ioſeph.

18 *In manu illius*] Ideſt, curæ illius, & cuſtodiæ commiſit.

19 *Et quod fiebat ſub ipſo erat*] Ideſt, eius imperio cuncta fiebant, & ei erãt ſubiecta, & credita.

20 *Nec nouerat*] Scilicet carcerarius; quia nullius à Ioſeph rationem exigebat, nec inquirebat, eius fidelitate fretus: cui omnia pleniſſime commiſerat.

CAPVT XL.

h: *i. ſerui Regis.* o: *ſ. Pharaonis.*

a b c d e f g h i k l m n o

His ita geſtis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Aegypti, & piſtor domino ſuo. iratusq. contra eos Pharao (nam alter pincernis praerat, alter piſtoribus) miſit eos in

c g k l m n
.ſ. Putiphâris. .i.recluſus in carcere, non catenis. .i.carcerarius. Iuxta Hebr. princeps militum. .ſ.in cuſtodiam, & curam.
a b c d e f g h i k l m n o
carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquantum temporis fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur.

---

c f g h i
à Deo immiſſum. .i. in rebus, quæ ad eorum munus ſpectabant, euentum futurum congruenter indicabat.
a b c d e f g h i K l m
Videruntque ambo ſomnium nocte vna iuxta interpretationem congruam ſibi: ad quos cum

---

g
.ſ.& attonitos.
a b e d e f g h i k l m n o p
introiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens: cur triſtior eſt hodie

---

i k l m n
quia non erant ad manum phitones, & augures, qui his intendebant.
a b c d e f g h i K l m n
ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt: Somnium vidimus, & non eſt, qui interpretetur nobis.

---

c f g h
q.d. non à phitonibus quærenda eſt interpretatio, ſed à Deo, vel ab eo, cui decus dederit intelligentiam illorum.
a b c d e f g h i K l m n
Dixitque ad eos Ioſeph: Numquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpoſitus pincernarum, ſomnium ſuum: Videbam coram me vitem, in

---

f g h i
.i. erumpere in eis gemmas.
a b c d e f g h i k l m n o
qua erant tres propagines creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere: calicemque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres propagines,

---

g h i
dum recenſet officia, vt de miniſtris prouideat.
a b c d e f g h i k l m n o p
tres adhuc dies ſunt: poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum: dabisque ei calicem iuxta officium tuum, ſicut antea facere conſueueras. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam: & ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere: quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in

---

h
.ſ.& fauſtum fuiſſet ſomnium.
a b c d e f g h i k l
lacum miſſus ſum. Videns piſtorum magiſter, quod prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait:

---

f g i K l m
foraminibus.ſ.plena. iuxta Hebr. alba. .ſ.cum panibus cibarijs.
a b c d e f g i k l m n o p q
Et ego vidi ſomnium, quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum: & in vno

---

e
.ſ. etiam.
a b c d e f g h i k l m n o
caniſtro, quod erat excelſius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, auesque comedere ex eo. Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tria caniſtra, tres adhuc dies

ſunt:

d e f g — m

.i. recordabitur tui, recenſendo officia domus ſuæ, & auferet à te principatum piſtorum. — Iuxta Hebr. In ligno.

a b c d e f g h i k l m n o p

ſunt: poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium

---

a b

.i. aulicis ſuis.

a b c e f g h i k l m

pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum: alterum ſuſpendit in patibulo,

---

a b c d

vt pote à Deo immiſſa, vt ſplenderet ſapientia Ioſeph. Iuxta Hebr. ſicut fuerat eis interpretatus Ioſeph.

a b c d e f g h i K

vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen, ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum

---

c

.ſ. Ioſeph.

a b c d

oblitus eſt interpretis ſui.

S C H O L I A.

1 ACCIDIT *vt peccarent duo eunuchi.*] Iam ſupra cap. 37. vidimus, miniſtros Regum, eunuchos dici; maxime cubicularios, quos cum ſpadones poſtea vt plurimum conſtituerent, & ipſi dicti ſunt eunuchi: quia & omnes præcipui miniſtri Regis ſic vocati ſunt. Præterea, dictio, quæ in Vulgato eſt: Eunuchi, licet non ſit in Hebræo, Græco, nec in Chaldæo: eſt tamen paulo inferius: nam vbi nos legimus: Iratus contra eos Pharao. Iuxta Hebræũ eſt: Iratus contra eunuchos Pharao. Porro, quod fuerit peccatum illorum, litera non exprimit: Hebræi neſcio quid puerile fingunt, in vino, ſcilicet, muſcam, & in piſti pane lapillum reperta fuiſſe: ſed hæc non ſunt digna ſuſpendio, nec vinculis: ſed probabilius eſt de officij ſui fidelitate accuſatos.

2 *Miſit eos in carcerem principis militum.*] Donec, ſcilicet, eorum cauſæ diligenter examinarentur, fuerunt in carcere principis militum, ſcilicet Putipharis: vnde ſequenti capite dicitur: eiuſdem ducis militum famulus, qui ibi in vincula Ioſeph coniecerat. Nec mirum, militum, & laniatorum principem appellatum; vt enim ſupra innuimus, antiquitus criminalium executio viris grauiſſimis demandabatur, etiam apud Romanos: & in Scriptura ſatis aperte conſtat ex libris Regum: his enim & Dauid præcepit illum occidere, qui ſe interfeciſſe Saul nunciauerat & Saul, Doech, inter ſeruos primo, ſimile iniunxit.

3 *In quo erat vinctus Ioſeph.*] Ideſt, in carcere recluſus; nam cui carcerarius aliorum cuſtodiam, & miniſterium commiſerat, & ei vincula prius detraxiſſe credendum eſt: & Ioſephus ita refert. *Ioſeph. 2. anti. cap. 4.*

4 *Iuxta interpretationem congruam ſibi.*] Ideſt in rebus officij ſui indicauit, quid vnicuique in poſterum eſſet euenturum: vt, iuxta Ioſeph interpretationem, rei exitus comprobauit.

5 *Et vidiſſet eos triſtes.*] *Zaaph* verbum, & turbari, & dolore affici importat: attonitos itaq; ex ſomnio, ſubintelligendum eſt: & cum carceri mancipati deteriores rerum euentus timeant, ne id ſomnus præſagiret, metuebant, & præ timore, triſtitia contabuerant. זעף

6 *Numquid non Dei eſt interpretatio?*] Augurijs, & diuinationibus Aegyptij cum vacarent, ideo ita dolebant, quod cum in carcere eſſent, nullus ſibi adeſſet, qui eorum ſomnia interpretari poſſet: hæc autem non eſſe quærenda à Phitonibus indicare voluit Ioſeph, ſed à Deo, vel ab his, quibus illorum intelligentiam dederit Deus. Porro, cum ſomnia quædam ex corporis diſpoſitione, vel ex præcedentibus cogitationibus proueniant, facile eſt diſcutere, vel vnde euenerint, vel quid indicent, vt ſanguinis ardorem, aut melancoliam, vel quid ſimile: ex his vero, alia conijcere, ad quæ naturæ effectus non extenditur, illicitum eſt: in hiſque peccatum accidere ſolet, ſicut & in Phitonibus, & auguribus, cum interpretantur & alia ſomnia, quæ dæmonis calliditate quandoque fiunt. Sunt præterea & ſomnia à Deo immiſſa, & per angelorum miniſteria compacta, quorum intelligentiam, quæ ad prophetiæ donum pertinet, quibus Deus tribuit, ſciũt, ſe illud gratuitum donum habere, vt Ioſeph, & Danicl, & hæc quidem ſacrá ſunt, nec illic ita, ſed in Eccleſiæ vtilitatem à Deo conceſſa.

7 *Præpoſitus pincernarum.*] *Maſech*, more vulgi pincernam dicimus; nec vile putetur officiũ, in- משקה

quit

Hier. q. hebr. in Gen.

inquit Hieronymus; cum apud Reges barbaros, vſque hodie magnæ ſit dignitatis, Regi poculum porrigere: nos vocamus *coperos*, poetæ quoque de Catamito, & Ioue ſcriptitant, quod amaſium ſuũ huic officio nuncuparit.

בשל

8 *Et poſt flores vuas matureſcere.*] Ideſt, poſtquam vitis palmites tres produxit, in illis gemmę erumpere cœperunt. ex quibus vuæ, quas, & continuo matureſcere vidi. Porro, verbum *Baſſal*, proprie coquere ſignificat, inde, & matureſcere; quod matura videantur à ſole decocta.

כוס
כוס

9 *Calicem Pharaonis in manu mea.*] *Cos*, ideſt, calicem, non quodlibet vas importat, ſed habens roſtrum ad modum auis rapacis; *Cos* enim, & falconem ſignificat.

10 *Recordabitur Pharao miniſterij tui.*] ſic & Chaldæus: at iuxta Hebræum eſt: Eleuabit Pharao caput tuum, & ſic etiam infra, vbi nos legimus: Auferet Pharao caput tuum, ideſt, recenſebit te inter miniſtros ſuos, cum de officijs domus ſuæ prouiderit, ſicut conſueuit in die natalitio: vnde etiam & Chaldæus paraphraſtes vertit: Et recordabitur tui.

19 d *Tantum memento mei.*] Etſi pro ſe Deum eſſe expertus fuiſſet Ioſeph, non tamen proinde excludere debere putauit humana media, quæ & Deus prædeſtinat quandoque ad rei conſecutionem. Quod vero Auguſt. ſer. 82. de tempore inſinuat in hoc peccaſſe Ioſeph, & à Deo punitum, forſan ex aliorũ ſententia loquitur, & non diffiniẽdo.

10 d. *Quia furtim ſublatus ſum.*] ſic Exod. 21. loquitur Moyſes: Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum &c. Et cum Ioſeph nondũ emancipatus eſſet, ſed ſub iure, & poteſtate patris veluti quædam poſſeſſio, & res patris ſui erat, iuxta ea, quæ Ariſt. ſcribit 5. Ethi. quare fratres, qui à patris tutela ſuſtulerant, & alijs vendiderunt, vere furati ſunt illum.

11 *Quod prudenter ſomnium diſſoluiſſet.*] Subintelligendũ eſt etiam iuxta Hebræum, & fauſtã fuiſſe interpretationem; hoc enim maxime ipſum mouit.

Hier. q. hebr. in Gen.

12 *Tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum.*] Sic, iuxta Hieronymum, habet textus Hebraicus, & Septuaginta: Tria caniſtra farinarum. Aliqui vero legunt: Tria caniſtra chondritorum: vnde Auguſtinus, immo & Chaldæus paraphraſtes, panes cibarios in illis dicit apparuiſſe, ſed in excelſiori caniſtro, etiam ex omni genere operis piſtoris fuiſſe: Hebræi etiam dicunt; caniſtra foraminibus plena ſibi viſa fuiſſe, quaſi ex virgulis vtique facta.

Ioſeph. 2. anti. c. 4.
Phil. l. de Ioſ.

13 *Reſpondit Ioſeph.*] Refert Ioſephus dixiſſe: velle ſe quidem interpretem ei fore bonorum, & non talium, qualia viſio demonſtrabat: & his præmiſſis, eius interpretatũ eſſe ſomniũ. Idem refert & Philo, præfatum eſſe aliqua, quibus præleniret animum illius ad tam acerbi euentus denunciationẽ.

Ioſeph. 2. anti. cap. 4.

14 *Poſt quos auferet Pharao caput tuum.*] Sic intelligendum eſt, quod tertia die illud decernet Pharao: In fine igitur trium dierũ, vt & Ioſephus tertia die factum refert; ille enim fuit natalitius Pharaonis. Porro, quod hic dicit: Auferet caput tuum, non eſt ſenſus, ideſt, amputabit caput, ſed ſicut dictum eſt: memorabitur tui in diſtribuendis officijs, (ſic & Chaldæus) Et decernet eſſe à te piſtorum principatum ſubtrahendum.

15 *Natalitius Pharaonis.*] Cum Paulus omnes nos filios iræ naſci dicat; & ob hanc rem Iob, & Ieremias diem natiuitatis maledixerint, merito taxantur à patribus Pharao, & Herodes, qui conuiuijs diem ſuæ natiuitatis celebrabant.

Alb. q. in Gen.

16 *Vt coniectoris veritas probaretur.*] Hinc aperte conſtat, ſomnia hæc à Deo immiſſa, vt Ioſeph ſapientia appareret, & fieret ſui principatus occaſio: ſic Albinus.

17 *Oblitus eſt interpretis ſui.*] Ferunt Hebræi, his diebus, ſcilicet duobus, puniri Ioſeph à Deo obliuione pincernæ; quod plus nimio humanis fidiſſet auxilijs, ſed hæc incerta ſunt.

---

a b k l

à libertate pincerna. ſ. completos. i. iuxta Nilum.

a b c d e f g h i k l m n o

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant

---

l

in prados pantanoſos.

a b c d e f g h i k l m n

ſeptem boues, pulchræ, & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque

---

a d l k

ſ. boues. ſ. Nili, cui. ſ. contermina videbatur extrema pars prati:

a b c d e f g h i K l m n

ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa

---

d

illa. ſ. quæ erant fœda.

a b c d e f g h i K l m

in locis virentibus: deuoraueruntque eas, quarum mira ſpecies, & habitudo corporum erat.

Exper-

Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium: Septem ſpicæ pullulabant

a b d n o
.i. calamo frumenti. .ſ. granis. .i. vento vrente abochornadas.
a b c d e f g h i k l m n o
in culmo vno plenæ, atque formoſæ: aliæ quoque totidem ſpicæ tenues, & percuſſæ vredine

l a b
.ſ. & ecce ſomnium erat. i. animaduertit, quia ſomniauerat.
a b c d e f g h i k l
oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietem, &

d f g h
malorum præſagia eſſe timens. quorum magnus erat numerus
a b c d e f g h i k l
facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Aegypti, cunctoſque ſapientes:

i m
congrue. ſ. Regis iudicio. alij: haſitabant. .ſ. ipſius Ioſeph.
a b c d e f g i k l m
& accerſitis narrauit ſomnium, nec erat, qui interpretaretur. Tunc demum reminiſcens

e
.ſ. ingratitudinis.
a b c d e f g h i K l m
pincernarum magiſter, ait: Confiteor peccatum meum: Iratus Rex ſeruis ſuis, me &

g
.ſ. Putipharis.
a b c d e f g h i k l m
magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vterque

e d g K
vt euentus nos docuit. .i. iuuenis. .ſ. Putipharis.
a b c d e f g h i K l
vidimus ſomnium præſagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum

e
.ſ. interpretantem.
a b c d e f g h i K l m
famulus: cui narrantes ſomnia, audiuimus quidquid poſtea rei probauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad Regis imperium eductum

f g h i K l n q
erat enim incompoſitis capillis in carcere. qua vilis, & ſordida erat. ſicut decebat Regis aſpectum. .ſ. Regi. .ſ. Rex. apprehenſa eius dextera, vt dicit Ioſephus 2. antiq. cap. 5.
a b c f g h i k l m n o p q
de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata, obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi ſomnia,

h i m a
Iuxta Hebr. poſſe interpretari. .i. ſine mea expoſitione, vel q. d. non ego, ſed Deus.
a b c d e f g h i k l m
nec eſt, qui ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſime conijcere. Reſpondit Ioſeph: Abſque

c d
.i. Deo fauente, proſpera erunt, quæ ſomniaſti.
a b c d e f g h i K l
me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao, quod viderat: Putabam

c d e k
.i. iuxta. in Hebræo labium. .ſ. Nili. .ſ. Nilo.
a b c d e f g h i k l m n o
me ſtare ſuper ripam fluminis, & ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, &

vultum

obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis vireta carpebant. Et ecce has ſequebantur aliæ ſeptem boues intantum deformes, & macilentæ, vt numquam tales in terra Aegypti viderim:

K
.i. ſiquidem.
a b c d e f g h i k l
quæ deuoratis, & conſumptis prioribus, nullum ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili

---

a d K
ſicut antea. *.ſ. aliud.*
a b c d e f g h i k l
macie, & ſqualore torpebant. Euigilans, rurſum ſopore depreſſus, vidi ſomnium: Septem

---

d f
.i. calamo. *.i. granis.*
a b c d e f g h i k l m n
ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ, atque pulcherrimæ. Aliæ quoque ſeptem tenues, &

---

a b d h
.i. vento vrente. *.i. calamo.* *.i. videbantur deuorare.*
a b c d e f g h i
percuſſæ vredine oriebantur è ſtipula: quæ priorum pulchritudinem deuorarunt. Narrans

---

a g
.ſ. Aegypti *congruenter.*
a b c d e f g h i K l
coniectoribus ſomnium, & nemo eſt, qui ediſſerat. Reſpondit Ioſeph: Somnium Regis

---

a b c d e f i k l m n a
.i. eiuſdem rei ſignificationem. *quæ enim à Deo ſomnia, aliquorum præſagia ſunt.* *congruæ ſpicis, quibus grani, & bouibus, quibus terra colitur abundantia, vel anni ſterilitas ſignantur.*
a b c d e f g h i k l m n
vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & ſeptem

---

a b f
.ſ. granis. *.i. ſignificant.*
a b c d e f g h i k l
ſpicæ plenæ: ſeptem vbertatis anni ſunt: eandemque vim ſomnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, &

---

f
.i. ſignificant.
a b c d e f g h i k l m n
vento vrente percuſſæ: Septem anni venturæ ſunt famis. Qui hoc ordine complebuntur: Ecce

---

c
.ſ. quamprimum.
a b c d e f g h i k l m n
ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Aegypti: quos ſequentur ſeptem alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: conſumptura eſt enim

---

b c
.i. habitantes terram.
a b c d e f g h i l m n
fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium: firmitatis indicium eſt, eo quod fiat ſermo

---

K
.i. prudentem.
a b c d e f g h i k l m
Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat Rex virum ſapientem, & induſtrium,

& præ

n a b c d e f
quæ cum exiguo ſterilium annorum fructu, & his, quæ à diuitibus aſſeruabuntur, & à multis abſtinentes, ſufficient.
a ab c d e f g h i k l m n
& pr eficiat eum terrae Aegypti: qui conſtituat praepoſitos per cunctas regiones: & quintam

m n o
emendo exiguo pretio ſicut in annis vbertatis fieri ſolet.
a b c d e f g h i k l m n o
partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri ſunt, congreget in borrea:

& omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſeruetur que in vrbibus. Et praeparetur

m
.i. habitatores terra.
a b c d e f g h i K l m n
futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Aegyptum, & non conſumetur terra inopia.

S C H O L I A.

1 POST *duos autem annos.*] In Hebræo habetur: Poſt duos annos dierum, ideſt, perfectos, & completos, à libertate ſcilicet pincernæ Pharaonis.

2 *Vidit Pharao ſomnium.*] Cui Deus aliqua futura in ſomnijs per imagines intelligibiles repræſentat, & lumen ad illorũ intelligentiam non infundit, propheta non eſt: bene tamen, cui tale lumen concedit, etiam ad aliorum ſomnia interpretanda; vt de Ioſeph docet S. Thom. Porro, Pharão eſt regię dignitatis nomen; apud Aegyptios, ſicut apud Medos, & Perſas, Darius, & apud Syrios, Antiochus.

S. Tho. 22. q. 174. a. 2. corp. & ver. q. 12. a. 7. corp. & a. 10. ad 14. Aug. q. 123. in Gen. tom. 4. Aleb. q. in Gē.

3 *Putabat ſe ſtare ſuper fluuium.*] Auguſtinus, & Albinus hoc intelligendum dicunt, ſicut illud pſ. 23. Qui fundauit terram ſuper aquas, non quaſi terra ſit ſuper aquas ad modum nauis ſupernatantis; ſed quod altior ſit aqua; ſed iuxta idiotiſmum Hebraicum, ſupra, ſæpe pro eo quod eſt, iuxta, ſumitur. Supra fluuiũ, ideſt, iuxta fluuium. Porro, fluuius hic quaſi Nilus ſibi videbatur, qui totã Aegypti regionẽ perluit: dicitur autẽ Hebraïce *Haior* Nilus, ideſt, ille fluuius, vt nobiliſſimus, & pergrandis.

היאר

4 *In ipſa amnis ripa in locis virentibus.*] Ripa Hebraiſmo dicitur labium maris, vel fluminis, quod ſit quaſi labium; porro, prati extrema videbantur contermina ripæ, vt ſic facile deuorari ab inuicem poſſent.

5 *Et facto mane pauore perterritus.*] Subintelligendum eſt iuxta Hebræum: Et ecce ſomnium erat, ideſt, animaduertit ſe ſomniaſſe, & vidiſſe ſomnia illa non itaque illorum oblitus fuit, quemadmodũ Nabuchodonoſor; quia hæc cito euentura erant, illa vero longe poſt, & ſic expediens fuit illorum obliuiſci, vt cum Daniel illa recenſeret, etiam antequam implerentur, eius ſapientia agnoſceretur; in hoc vero, proximus rei euentus Ioſeph intelligentiam manifeſtã fecit. Porro, timens Pharao malorum præſagia fore, pauore perterritus fuit.

6 *Miſit ad omnes coniectores Aegypti.*] Maxime, vt dictum eſt, Aegyptij ſomniorum diuinationibus vacabant; dementauerat quippe illos dæmon, ſæpe ijs ſe immiſceņs, & ex pacto illis futura aliqua reſeſerans, quantum ad effectus aliquos naturæ, illis tamen incognitos, vel ex coniecturis prædicens aliqua, quæ forte ſic aliquando eueniebant: vel in aliquibus, quæ ipſe poſtmodum patrabat, quibus putabant ſe iam præuidiſſe futura. Porro, hos ſomniorum coniectores, affirmant Hebræi aliqua Pharaoni dixiſſe; videlicet, ſeptem eius filias in breui ab hac vita migraturas, & pro illis totidem naſcituras denuo, & Pharaoni non placuiſſe: ſed Ioſephus cunctos refert hæſitaſſe, & tunc pincernam Ioſephi memorem fuiſſe.

Ioſeph. 2. anti. cap. 5.

7 *Totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei.*] Non ſicut in carcere erat, incompoſitus, & ſordido, vilique habitu indutus; ſed decenti, & attonſus, vt par erat, coram Rege oblatus fuit. Iam, Philo, & Ioſephus multa de hac Ioſeph è carcere eductione ſcribunt. Tu vide.

Philo in lib. de Ioſeph. Ioſeph de ant.

8 *Audiui de te ſapientiſſime coniicere.*] Iuxta Hebræum: Ego audiui de te dicentes, quod audis ſomnium ad interpretandum illud. Chaldæus: Audis ſomnium, & interpretaris illud.

8 *Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.*] Iuxta Hebræum eſt: Sine me reſpondebit pacem Pharaoni. Symmachus vertit: Non ego, ſed Deus reſpondebit pacem Pharaoni. Et ſic intelligendum docet S. Hieronymus, quaſi dicat: Deo fauẽte, proſpere ſuccedent, quæ in ſomnijs vidiſti, etiam ſi eorum tibi ſignificationem nõ indicarem: (reſpondere ſiquidẽ pro reddere ponitur) hoc apud te conſtitutum eſſe debet, vt timorem excutias. vnde, & Ioſephus, non vt triſtia, inquit, faciat, hæc tibi Deus prædixit; ſed vt præuidens, leuiora tibi ſint, & illis occurras.

Hier. q. Hebr. in Gen.

Ioſeph. 2. anti. c. 5.

10 *Tenues, & percuſſæ vredine.*] Quidam cum R. Dauid, paruas, vertunt. In Hebræo eſt *Sanumoth*. à radice *ſenum*, ideſt, aridũ, & ſiccũ. R. Salomoh legit: abſq; humore; quod & *Senamab* in lingua Arabica, lapidẽ ſignificat. Targum inanes, habet, ſed Vulgatus, tenues: Et omnes in eundem ſenſum coincidunt. Porrò, percuſſæ vredine, ideſt, vento vrente, & conſumente earum ſubſtantiam *Abocbornadae*.

R. Dauid.
צנמות
צנם

Quæ

11 *Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.*] Sæpe enim in futurorum præſagia, Deus ſomnia immittit, & quibus illorum intellectum concedit, non ſuperſtitioſos, & vanos dicimus, ſed Dei Vates: Sed hæc interpretari diuinis illis interdictum eſt, qui extra latitudinem cauſarum naturalium, à quibus ſomnia quandoque proueniunt, vel ex pacto cum dæmone illa coniectant. Sic docet S. Tho. & nos ſupra inſinuauimus.

S.T. 22. q. 95. a. 6. corp. & 2. d. 7. q. 1. ar. 2. ad 6.

12 *Septem anni vbertatis ſunt.*] Sunt, ideſt, ſignificant: ſic Auguſtinus: Sunt, inquit, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ſignificationem, ſicut cum dicitur: Petra eſt Chriſtus, ideſt, Chriſtum repræſentat: ſic ſæpe loqui ſolet Scriptura. Porro, per ſpicas, quæ grana continent: & per boues, quibus terræ cultura perficitur, tanquam duobus ad fertilitatē fructus concurrentibus, commode, vbertatis, & ſterilitatis indicia, præſignantur.

Aug. q. in Gē.

13 *Et quintam partem fructuum.*] Quintare ſufficiens fuit: nam & in annis ſterilitatis, aliqui, licet exigui, fuerunt fructus: quare cum in litera dicitur: in quibus nec arari poterit, nec meti, intelligendum eſt, vix arari poterit, & quæ exigua ſunt, non ponuſit in numerum. Rurſum, teſte Ioſepho, etiam conſuluit, ne affluenter tempore vbertatis his vti permitteret, ſed quantum ad pabulum ſufficeret, erogaret: quæ vero ſupereſſent, ſterilitatis ſeruarentur in tempus. Quare, & in horreis diuitum bona frumenti pars, vt moris eſt, ſeruaretur, & hoc modo quinta pars, quam ſub poteſtate Pharaonis condi præcepit, inopiæ damnum temperauit; eo enim tempore à multis abſtinere homines ſolent. Porro, hæc non vi, ſed pretio, licet exiguo, ſicut in annis vbertatis emi ſolet, Ioſeph, vt Pharaonis miniſter, comparauit; alioquin tempore egeſtatis iniuſtè vendidiſſet. Denique de hoc Ioſeph conſilio, quod Pharaoni dedit, vide Philonem.

Ioſeph. 2. ant. cap. 3.

Philo. lib. de Ioſeph, ſiue de viro ciuili.

Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius: locutuſque eſt ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi

iuxta Hebr. ſapientem vt te.

Deus omnia, quæ locutus es, numquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris

ſ. illam gubernando. — *ſ. regia poteſtate.*

ſuper domum meam, & ad tui imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni ſolio te præcedam: Dixitque rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram

quo ſignabantur regia litera in ſignum dignitatis ſibi commiſſæ. — *ex lino tenuiſſimo, qua nobiles vtebantur.*

Aegypti. Tulitque annulum de manu ſua: & dedit eum in manu eius: Veſtiuitque eum ſtola

i. in quo qui ſecundus à Rege erat vehi ſolebat.

byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum

ſ. & dicens Abrech, i. pater tener.

ſecundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & præpoſitam eſſe ſcirent

ſ. omnis ſignæ regiæ dignitatis apud Ægyptios. — *ſuper hoc eſt, nihil, quod alicuius ſit ponderis, abſque tuo imperio fiet.*

vniuerſæ terræ Aegypti. Dixit quoque Rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo

ſ. vocatis ſuis mutauit, denuo imponens.

imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque

Saphanat phaanecha.

nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi, Deditque illi vxorem

in Hebræo Aſnath. Chald. principis. i. ciuitas ſolis, & eſt vrbs in Aegypto.

Aſeneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Aegypti

vt viſeret populum ſibi concreditum, & ordinaret, vbi triticum condendum foret.

(triginta autem annorum erat, quando ſtetit in conſpectu Regis Pharaonis) & circuiuit omnes

quia ſic diutius conſeruatur triticum.

regiones Aegypti. Venitq; fertilitas ſeptem annorum, & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ

i. regni Aegypti. i. quod ſuperaret ex annis fertilitatis. repetit clarius quid per Aegyptum. ſ. ſingulas regni vrbes.

ſunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantaque

hyperbole eſt.

fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet. Nati ſunt

quia tempore famis, & calamitatis à proprijs vxoribus abſtinebant Iſraelis filij. alias Aſſenez, in Hebræo Aſnah. primatis.

autem Ioſeph filij duo, antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Putiphare Sacerdotis

vrbs eſt Aegypti. i. obliuio, ſiue obliuiſci faciens. naturæ impulſu, parentum, & patriæ amor in filios commutatur.

Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium

i. augmentum, ſeu fructificationem.

laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim, dicens:

iuxta Hebr. afflictionis.

Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis,

qui fuerant in Agypto: coeperunt venire ſeptem anni inopiæ: quos prædixerat Ioſeph: &

in vniuerſo orbe fames præualuit: in cuncta autem terra Aegypti panis erat. Qua eſuriente

nomen dignitatis regiæ.

clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid

ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph

vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppreſſerat fames. Omneſque prouinciæ

i. triticum. Iuxta Hebr. Quia inualuerat fames in omni terra.

veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.

SCHO-

S C H O L I A.

14 *Qui ſpiritu Dei plenus ſit.*] Chaldæus : In quo ſpiritus prophetiæ à facie Dei eſt.

15 *Et ad tui imperium cunctus populus obediet.*] Aliqui vertunt: Cunctus populus cibum capiet. Et alij: Cunctus populus armabitur, ideſt, quando principes ad bellum præparabuntur, tu eris militum magiſter : quaſi dicat, tam belli tempore, quam pacis, ſecundum à me te conſtituam. R.Dauid legit: Os tuum oſculabitur omnis populus; hoc nempe ſigno, te illorum dominum oſtendentes. Alij vertunt: Oſculabitur, ſcilicet, manum, in ſignum ſubiectionis: ſed omnes iſtæ verſiones, quaſi in idem tendunt.

16 *Vno tantum regni ſolio te præcedam.*] Chaldæus: Tantummodo hoc regio ſolio ero honorabilior te.

17 *Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius.*] Annulum, vt Ioſephus refert, quo Rex literas ſignabat, vt eius vteretur ſigillo, in ſignum poteſtatis ſibi commiſſæ.

Ioſeph. 3. anti. ca. 6.

18 *Stola byſſina.*] Byſſus genus eſt lini candidiſſimi, & tenuiſſimi, quo & mulieres in delitijs vſæ ſunt, & viri nobiliſſimi. Ioſephus, & purpura veſtitum, refert.

Ioſeph. 2 ant. cap. 6.

19 *Super currum ſuum ſecundum.*] Secundum, ideſt, quo is, qui à Rege ſecundus erat, vehi ſolebat.

20 *Clamante præcone, vt omnes coram eo genufleſterent.*] Similiter & Aquila vertit: Ad genuflexionem. cæterum iuxta Hebræum eſt: Et clamauerunt coram eo *abrech*: ſimiliter & Symmachus. quod Chaldæus paraphraſtes vertit: Pater Regis. vnde, & infra cap. 45. quaſi patrem Pharaonis, inquit, fecit me. ſed, teſte Hieronymo, ex vi ſermonis Hebraici, *abrech*, ideſt, pater tener, *ab*, ideſt, pater, & *rech*, ideſt, tener, quaſi dicat: licet tener ſit ætate, ſapientia tamen pater eſt. & cui concordat Thargum Hieroſolymitanum, ſic inquiens: Et ecce præconizabant coram Ioſeph, & dicebant: Viuat pater Regis, qui eſt princeps in ſapientia, & tener in annis. Sicque iuxta Hieronymum ſubintelligendum eſt: Clamante itaque præcone, vt genuflecterent, dicebat: *abrech abrech*. Porro, ſimiles triumphos exhibebant Perſæ his quos honorare volebant, vt habetur Eſter 6.

אברך
Hier. q. hebr. in Gen.
אברך
אב
רך
Hier. q. Hebr. in Gen.
אברך אברך

21 *Ego ſum Pharao.*] Pharao, vt dixi, dignitatis regiæ nomen eſt apud Ægyptios, quaſi dicat: Ego hanc dignitatem tibi conferre poſſum, vtpote Rex, & cuius imperium præterire nullus tentabit.

22 *Abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem.*] Hyperbole eſt, quaſi dicat: nihil, quod graue ſit, abſq; tui diſpoſitione fieri permittã.

23 *Saluatorem mundi.*] Iuxta Hebræum eſt: Et vocauit Pharao nomen *Zaphanat phaanecha*, iuxta vim Hebraici ſermonis. Philo, Ioſephus, & Chaldæus paraphraſtes, & R. Salomoh vertunt; occultum reuelans. & ſic R. Abraham, & alij Rabbini, & Chryſoſtomus, & Theodoretus in hunc locum; & S. Hieronymus, vt Hebrææ voces ſunt, ſic interpretari debere docet. Cæterum lingua Aegyptiaca, qua & nomen, vt Hieronymus, & Auguſtinus inquiunt, impoſitũ eſt; ac proinde ſic interpretari debet, ſignificat Saluatorem mundi: ſic & Septuaginta corrupte vertunt *pſomthophanech*, ideſt, Saluator mundi; quod orbem terræ ab iminenti famis exitio liberauerit; Hebraice vero, vt dictum eſt, legerunt patres: occultorum reuelatorem, ſecuti etiã lectionem Septuaginta interpretum.

צפנת
פענח
Ioſeph. 2. ant. cap. 6.
Philo in lib. de Ioſeph.
R. Salomoh. & Abraham in cõmentarijs
Hier. q. hebr. in Gen.
Aug. q. in Gen.
ψομθομφανήχ.

24 *Deditque illi vxorem Aſſeneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos.*] Vt ex S.Hieronymo ſupra aduertimus, cum Deus Putiphare virilia infrigidaſſet, vt Hebræi referunt; quod in turpe miniſterium Ioſeph emiſſet, translatus eſt à principatu militum, ad pontificatum Heliopoleos, ad quem conſimiles, & Eunuchi tantũ promoueri conſueuerant: qui tamen iam antea Aſſeneth genuerat. Hieronymum ſecuti ſunt author hiſtoriæ Scholaſticæ, & Rupertus in Gen. Chryſoſtomus, & Auguſtinus, cum Philone, & Ioſepho alium cẽſent ab illo, qui Ioſeph emerat. Chaldæus paraphraſtes, principem *On* vocat, vt dictio On, non idoli, ſed loci nomen videatur; ſic enim, teſte Hieronymo, ciuitas Heliopoleos in Hebræo dicta eſt, ciuitas Solis, quæ vrbs eſt in Aegypto, cuius meminit Ezechiel cap. 39. Et Strabo lib. 17. quæ vel alia eſt ab illa, quæ ſupra cap. 1. ab Hebræis dicitur ædificata, vel eadem cauſa aliqua euerſa, denuo tamen reædificata, & ampliata. Porro, Putiphar, ſiue Putiphare in Hebræo *Potiphar*, hoc vero loco, quo Sacerdos dicitur, in Hebreo legitur *Potiphera*, addita, *ain*; quod vel aliquod indiciũ eſt, alium eſſe ab illo, qui princeps militum dictus eſt; ſed incertũ eſt, & non eſt magni ponderis quæſtio, an vnus, vel duo fuerint, vt Auguſtinus aduertit. Præterea Putipharẽ hunc, quicũq; ille ſit, certum eſt Sacerdotẽ fuiſſe, vt textus dicit, cui conſonat Chaldaica paraphraſis, & quæ iuxta Hebræũ eſt editio; licet vox Hebræa *Cohen* hic poſita ſæpe alibi in Scriptura principem ſignificet, non ſacerdotem, vt 2.Reg.8. Rurſum Aſſeneth, vel, vt Ioſephus, Aſſenez, in Hebræo ſcribitur *Aſnath*.

Hier. q. hebr. in Gen.
Chryſ. ho. 63. in Gen.
Aug. q. 136. in Gen. tom. 4
Philo. lib. de Ioſeph.
Ioſeph. lib. ant
און
Hier. de locis Hebr.
פוטיפר
פוטיפרע
ע
Aug. q. vet. teſt.
Ioſeph. 3. anti. c. 6.
אסנת

25 *Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Aegypti.*] Aliqui dictionem *al* verterunt: ſuper: cui conſonat Chaldæus, inquiens: Egreſſus eſt itaq; cum magnificentia, vt ſuo fungeretur officio, ibique iniunctam prouinciam obiturus.

על

26 *Circuiuit omnem regionem.*] Vt ſcilicet cõcreditũ ſibi populum viſeret, & in quibus locis coaceruari triticum oporteret, caute conſpiceret.

27 *Et in manipulos redactæ ſegetes, congregatæ ſunt in horrea Aegypti.*] In manipulis diutius triticum conſeruatur. Porro, Targum theſauros vocat, quod nos horrea; nomine etiã Ægypti, loca omnia illius Regni intelliguntur, nõ ſola ciuitas: vnde & quaſi idẽ clarius repetẽdo, ſubditur: Omnis etiã frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt, ideſt, ſeptẽ annorum frumenta, quæ ſuperauerant, congregabat. Ioſephus etiam his addit, de Ioſeph loquens: Frumentũq; agricolis ſufficiens ad ſemen, & pabulum ſingulis metiens, nulli ſignificabat, vt quid talia perageret. Porro, cum dicitur: Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus cõdita eſt, innuitur vnius territorij frumenta, in vrbe ſeu loco proprio conſeruari, nec fieri frugum tranſ

Ioſeph. 2. ant. c. 6.

portationes ab vna vrbe in aliam: vnde iuxta Hebræum eſt: Cibum agri vrbis, qui in circuitibus eius poſuit intra illam: Et Chaldæus legit: In vnaquaque vrbe poſuit frumentum agri, qui in circuitu eius erat. Et Septuaginta vertunt: Eſcas agrorum ciuitatis, quæ in circuitu eius, poſuit in ipſa; omnium igitur vnicus eſt ſenſus.

Aug. q. 137. in Gen. tom. 4. Alch. q. in Ge. 28 *Vt arenæ maris coæquaretur.*] Auguſtinus, & Alchuinus comparatione interpretantur: Vtraque enim, humano more, quaſi innumerabilia videbantur. Sed clarius, vt ibidem Auguſtino videtur, per hyperbolem intelligitur dictum.

29 *Duo filij antequam veniret fames.*] Sic Scriptum quidam putant; quod tempore famis, & calamitatis apud Hebræos, etiam à proprijs vxoribus abſtiuere filij Iſrael conſueuerint.

30 *Obliuiſci fecit Deus omnem laborem meum.*] Parentum, & patriæ affectum, naturæ impulſu, in filios, cum fuerint, commutari conſpicimus: immo quodammodo extenuari, & quaſi penitus extingui.

31 *In cuncta autem terra Aegypti panis erat.*] Sic eſt iuxta Hebræum. Et in biblijs Græcis Sixti Quinti: Erant panes. licet in aliquibus biblijs legatur: Erat fames, in alijs: Non erant panes. Et quamuis totius clauſulæ vnus eſſe poſſet ſenſus, ſcilicet, famem fuiſſe in toto orbe, & in Aegypto: licet in horreis Aegypti, Ioſephi induſtria, panis eſſet; tamen prior lectio, & ad veritatem Hebraicam, & ad literæ ſeriem commodior eſt. Vt ſit ſenſus: In toto orbe fames erat, at in Aegypto, licet ſimiliter eſſet fames; erat tamen panis in horreis. Ceterum cum eſurirent Aegyptij, alimenta à Pharaone petierunt, cum ſcirent in abundantia recondita eſſe in Regis horreis, Ioſephi induſtria.

32 *Vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.*] Eſcas, ideſt, triticum: metonymia eſt. Porro, vt teſtis eſt Iulianus Firmitius Maternus, Iul. de error. profa. relig.
Ioſeph, poſt eius mortem, more patriæ templa conſtruxerunt, & Serapim vocarunt: quæ viuus, vtpote Dei ſeruus non permiſiſſet, cuius & ſimulacrum eo defuncto adoratur, & Neocororum turba cuſtodit: de quo & Porphyrius in libris, quos appellat περὶ τῆς ἐκλεγιῶν φιλοσοφίας.

CAPVT XLII.

a ab his, qui ex Aegypto venerant. e .i. triticum.

a b c d e f g h i k l m

Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs ſuis: Quare negligitis? audiui quod triticum venundetur in Aegypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quidquam patiatur mali: ingreſſi ſunt terram Aegypti cum alijs, qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioſeph erat princeps in

l .i. ſolita corporis reuerentia ſalutaſſent.

a b c d e f g h i k l

terra Aegypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: vnde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria. Et

a b c quos iam puberes reliquerat, & parum erat facies immutata. g h i quia puer venditus, iam vir factus aſpectum alium præſeferret. k l quando vidit iuxta ſomnium fratres adoraſſe.

a b c d e f g h i K l m

tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis. Recordatuſque ſomniorum, quæ

f g h i k l vt examinaret illos de ſalute patris, & Beniamin, multa confinxit, timens, ne quid mali Beniamin intuliſſent. g .i. habemini.

a b c d e f g h i k l m

aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis.

o p q finxit enim illos diuerſarum vrbium viros conueniſſe ad explorandum, vt copioſum exercitum congregarint.

a b c d e f g h i k l m n o p q

Qui dixerunt: Non eſt ita domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius

viri

viri ſumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille

l m a b c d

vt non ſe diuerſarum vrbium exploratores oſtenderent, vt Ioſeph finxerat.

a b c d e f g h i k l m

reſpondit: Aliter eſt: immunita terræ huius conſiderare veniſtis. At illi: Duodecim, inquiunt,

l

ſ. Beniamin,

a b c d e f g h i k l m n o p

ſerui tui, fratres ſumus filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre noſtro eſt,

a c d

ſ. Ioſeph. *i. non viuit, ita exiſtimantes, non certo.* *i. id fingitis vos, vt cauſam veſtri circumitus per vrbem.*

a b c d e f g h i K l m n o

alius non eſt ſuper. Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum

c d e l g

iuramentum, & per modum execrationis, & conteſtationis. *ſ. omnes: nam aliquos mittere intendebat ad deducendum Beniamin.*

a b c d e f g h i K l m

veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter

a i k l m n

ſ. Beniamin. *vt terreret, ſic dixit: omnes enim vno excepto, mittere intendebat.*

a b c d e f g h i K l m n o

minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec

k l m n a

ſub conditione iurauit, quam ſciebat veram eſſe. *i. apparebitis, vel illorum pœna plectemini.*

a b c d e f g h i k l m n

probentur quæ dixiſtis, vtrum vera an falſa ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores

eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait:

f g h i K p

ſ. & ideo quonſque experiar eſſe exploratores, non puniam vos. *vel. ſi veraces, ſubintelligendum eſt.* *i. vinculis aſtringatur.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

Facite, quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in

h i

ſ. ad depellendam famem;

a b c d e f g h i k l m n o

carcere: Vos autem abite, & ferte frumenta, quæ emiſtis, in domos veſtras, & fratrem

h i l m n

an ſcilicet veri ſint. *vt exploratores.*

a b c d e f g h i k l m n

veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini.

S C H O L I A.

1 AVDIENS *autem Iacob.*] Iuxta Hebræum eſt: Videns Iacob. quare Hebræi, inter quos R. Salomoh, putant, domino ita reuelante, ſciuiſſe, ſed certe vſu venit Hebræis, vt quod vnius ſenſus eſt, alteri tribuant, ſicut Exod. 20. Populus videbat voces: vnde idiotiſmo, videns, id eſt, audiens; ab his enim, qui ex Aegypto aſcendebãt, & triticũ pretio acceperant, audierat.

R. Salomoh.

3 *Quare negligitis?*] Iuxta Hebræum eſt: quare aſpicitis? Solent enim homines pigri, cum aliquid agendũ inſtat, ſe mutuo intueri ſpectantes, quis illorũ primo opus aggrediatur: vnde & ſumpta ab his metaphora, dicitur: Quare aſpicitis? quaſi dicat: vt quid negligitis facere, quod oportet?

3 *Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis.*] Tum, quod illorũ facies, quos iam in virili reliquerat ætate, non multũ eſſent immutatæ, ſicut aſpectus Ioſeph, qui puer receſſerat, & adoleuerat, & vir iam factus, & quem in tanta dignitate intuebantur, vt Ioſephus aduertit: nec ſuſpicari quidem illum eſſe potuerunt. Ioſeph. 2. anti. cap. 6.

4 *Recordatus eſt ſomniorum.*] Cum vidit fratres illum adorare, ſicut in ſomnis viderat, ſomniorum recordatus eſt.

5 *Exploratores eſtis, vt videatis infirmiora terræ.*] Tradunt Hebræi pænituiſſe fratres de venditione Ioſeph, eoque etiam conſilio in Aegyptum deſcendere, vt ſi illum inuenire contingeret, pretio redimerent: & hoc inſtituto Aegyptum exploraſſe, illum inquirentes, quod cum renunciatum fuiſſet Ioſeph, exploratores illos finxit, quaſi diceret: ſi tantum frumenta empturi deſcendiſtis, vt quid vicos, & plateas circumitis? quod potius exploratorum eſt: etenim & exploratoris nomen à verbo *Ragal* ſumitur, quod in Hiphil eſt ambulare; quod hicinde diſcurrant. Non igitur mentitus eſt Ioſeph, etiam ioco, vt aliqui voluerunt; licet enim verba illa affirmandi ſpeciem habeant, tentantis potius ſunt, & inquirentis, ſicut ſolent loqui iudices interrogantes reos, nec mentiuntur, quia nihil cenſentur aſſerere; ſed vt veritatē eliciant ita loquuntur. ſic S. Bonauentura 3. diſt. 38. Porro *Eruath*, cum iuxta proprietatem, turpitudinem, & verenda hominis ſignificet, hic transſititie pro infirmo terræ, ac proinde, quod facile expugnari poſſit, ſumitur: Vnde Chaldæus: Infirmiora terræ legit, ſicut & nos. Iam, vt aduertunt Ioſephus, Chryſoſtomus, & Theodoretus, cum Beniamin non videret, timens num malum aliquod contra illum cogitaſſent, hæc omnia confinxit, & multa de patre, & fratribus interrogauit, vt ſequenti capite dicitur: interrogauit nos per ordinem, & cap. 44. Habetis patrem, aut fratrem, quæ omnia hic ſubticuit Moyſes.

רגל

ערות

Ioſeph. 1. anti. Chryſ. ho. 64 in Gen. Theod. q. 100. in Gen.

6 *Omnes filij vnius viri ſumus.*] Hæc & ſimilia refert Ioſephus, Ruben inter illos, qui maior natu erat, reſpondiſſe, & addit: Duodecim, inquit, fratres fuimus, quibus omnibus viuentibus felices eramus, vno vero moriente fratrum noſtrorum Ioſeph, res noſtræ ad peiora conuerſæ ſunt.

Ioſeph 2. anti. cap. 6.

7 *Alius non eſt ſuper.*] Chaldæus legit: Non comparet. Septuaginta: Et alter non eſt, ideſt, non viuit. Retulit Ruben fuiſſe duodecim, & vnius patris filios; inter alia ſiquidem fingebat Ioſeph, ex diuerſis vrbibus conueniſſe illos, vt explorantes, quæ minus munita eſſent, ſinguli in ſuis vrbibus referrent, vt copioſum contra Aegyptum exercitum congregarent. Ideo dixit: Non ita eſt, ſed omnes ſumus fratres. Porro, de illo, quem non eſſe ſuper credebant; audiſſe etiam dicebat, Ruben, quod in Æegyptum deſcendiſſet, & ideo Aegyptum illos circumiſſe, vt fratrem quærerent, ſi ita forſan eſſet, vt audierant.

8 *Hoc eſt quod locutus ſum.*] Quaſi dicat: Vos ita confingitis, vt veſtri circumitus per ciuitatem, cauſam aliquam poſcenti reddere poſſitis.

9 *Per ſalutem Pharaonis, non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.*] Per ſalutem vel vitam Regis iurare conſueuerant, ſic & modo, *por vida del Rey*, quod iuramentum iuxta Auguſtinum impleuit; non enim reliquit liberos abire quouſque Beniamin ſecum detulerunt; non enim iurat erat nullum illorum redditurum: quis enim Beniamin adduxiſſet? Porro, iuramentum prædictum, per ſalutem, ſiue per vitam Regis, duplici modo fieri potuit, & per modum execrationis, quaſi ſalutem Pharaonis, quantum in ſe eſt, Deo deuinxerit; vt cum quis iurat per filiorum, aut vxoris vitam: vel per modum conteſtationis, quaſi diuinæ iuſtitiæ veritatem conteſtando, ad cuius executionem terræ principes conſtituuntur: ſic docet, S. Thom. Iam Hebræi ferunt morte puniri eum, qui iuramentum per Regis vitam promiſſo fraudaret: nec auro, aut aliquo alio violatorem illius iuramenti redimi poſſe, at nos vel leui occaſione Dei vitam, iuramento interpoſitam veritate fraudamus?

Aug. q. 103. in Gen. tom. 4.

S. T. 22. q. 86. a. 6. corp. & 3. d. 39. & 1. ad 2.

10 *Alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.*] Sicut ſiquis ſciret virginem eſſe, periurus non eſſet, ſi ſub conditione iuraret, certe ſi tu non es virgo, meretrix es; quia ſit eſſe virginem: ſic nec Ioſeph, qui nouerat vera eſſe, quæ fratres dicebant, periurus fuit, vt Auguſtinus docet, cum Ioſeph dixit; ſi non ſunt vera, quæ dicitis, per ſalutem Regis exploratores eſtis. Et, vt alij exponunt, eſtis, ideſt, exploratorum pœna dabimini, vel, & melius, eſtis, ideſt, apparebitis; criminis enim rei præſumuntur, qui interrogati à Iudice mentiuntur: exploratores itaque eſtis, ideſt, pro exploratoribus merito habebimini, niſi veniat Beniamin, quo experiar vos vera dicere, ſic & 3. Reg. 18. Quicumque exaudierit in igne, ipſe eſt Deus, ideſt, pro Deo habebitur.

Aug. q. 139 in Gen. tom. 4.

11 *Deum enim timeo.*] Ideſt, non plectemini pœna, niſi prius experiar, verum ne ſit vos exploratores eſſe; timeo enim Deum.

12 *Si pacifici eſtis.*] Dictio *Cenim*, ideſt, recti, ſinceri, & veraces, ſæpe in Vulgato in hoc capite pro pacifico ponitur: Sincerus ſiquidem, & verax, pacifice degit, & conuerſatur; maxime, quia horum veritas verſabatur in eo, quod exploratores, & pacem ſimulantes eſſent, an vero pacifice accederent.

כנם

13 *Ferte frumenta, quæ emiſtis.*] Iuxta Hebræum eſt: Frumenta famis domus veſtræ, ideſt, vt expellatis famem de familia veſtra; ad hoc enim triticum emerant.

14 *Vt poſſim veſtros probare ſermones.*] Iuxta Hebræum eſt: Et verificabuntur verba veſtra; ſubintelligendum igitur eſt, probare ſermones, an veri ſint.

Fecerunt vt dixerat, & loquuti ſunt ad inuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem

hæc ſubticuit Moyſes ſupra cap. 37. vbi geſtum narratur. *i. eius precibus non acquieuimus.*

noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: ideirco venit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis: Nolite

i. vltio eius mortis: *forſan abſente interprete hæc inter ſe loquebantur.*

peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Neſciebant autem quod

hunc ferunt Manaſſem à patre Hebraicam linguam edoctum. *videns anxietatem fratrum.*

intelligeret Ioſeph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertitq. ſe parumper, & fleuit:

qui cæteris fuerat culpabilior in traditione Ioſeph. *ſed illis egreſſis laxari vincula iuſſit, & tantum recludi, ſed neceſſaria ei miniſtrari.*

& reuerſus locutus eſt ad eos. Tollensq. Simeon, & ligans, illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt

tum vt patri deferrent, tum vt eſſent anxij, ne furti arguerentur.

implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibarijs in viam: qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt.

ſ. Leui. *meſſa.*

Apertoq. vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore

i. quaſi exterriti defecerunt corde.

ſacculi, dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatiq. mutuo dixerunt: Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus? veneruntq. ad Iacob patrem ſuum in terra Chanaam, & narrauerunt ei omnia, quæ audiſſent ſibi, dicentes: Locutus eſt nobis dominus terræ dure, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus: Pacifici

ſ. Ioſeph. *i. mortuus, vt credimus.*

ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper

ſ. Beniamin. *ſ. & veraces.*

minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaam. Qui ait nobis: ſic probabo quod pacifici ſitis:

quibus ſ. famem propellatis.

fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite,

c   o
ſ. B·niamin.   ſ. Simeonem.
a b c d e f g h i k l m n o
fratremq. veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quod non ſitis exploratores: & iſtum, qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps, quæ vultis, emendi habeatis licentiam.
His dictis, cum frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias:

a
i. corde d ficientibus iuxta Hebræum.
a b c d e f g h i K l m n o
exterritiſq. ſimul omnibus, dixit pater Iacob: abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt

n o a   i k l m n o
i. mortuus eſt.   i. ego domna omnia hæc.
a b c d e f g h i k l m n o
ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt.

g   n o p a b
per exaggerationem dictum eſt.   i. fidei meæ committe.
a b c d e f g h i k l m n o p
Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in

i   n o
ſ. Iacob.   ſ. B niamin.
a b c d e f g h i k l m n o p
manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum:

a   m
ſ. Ioſeph.   Chald. mors. Septuag. ægritudo.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acciderit in terra, ad quam

a   d e f g h   h
i. pergere diſponitis.   i. mœrore, & triſtit a moriar.   i. ſepulchrum.
a b c d e f g h
pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

S C H O L I A.

15 *Dum deprecaretur nos*] Hæc verba ſubticuit Moyſes ſupra cap. 37., vbi hæc hiſtoria narratur. Sæpe enim in Scripturis ſic contingit, vt vno loco exprimatur, quod in alio dictum non fuerat.

16 *Sanguis eius exquiritur*] Ideſt, vltio mortis eius; putabant enim forſan mortuum, eiuſq. mortis cauſam extitiſſe, quod extraneis illũ vendidiſſent.

17 *Neſciebant enim quod intelligeret Ioſeph; eo quod per interpretem loqueretur*] Hunc interpretem dicunt fuiſſe Manaſſen duodecim annorum, ſed ingenioſum puerum, quem pater, præter Aegyptiorum linguam, vbi natus fuerat, Hebraicum etiam idioma docuerat. Porro, vel quia tunc non aderat interpres, vel quod ſolum referre viderent verba, quæ in ipſum Ioſeph dirigebant, & non alia, putabant Ioſeph illa non intelligere, ſic Auguſtinus. Aug. q. 140. in Gen. tom. 4.

18 *Tollenſq. Simeon, & ligans*] Hunc tradunt Hebræi dixiſſe: Ecce ſomniator venit, & proieciſſe Ioſeph in foueam; ideo durius merito torquetur, & in carcerem principis militum retruditur: vt refert Ioſephus, ſicut etiam innuit Theodoretus, non Ruben, quem nouerat, quantum pro ſua laboraſſet ſalute apud fratres. Porro fratribus eius abſentibus, à vinculis liberari iubetur, vt Hebræi affirmant, & neceſſaria illi miniſtrari. Ioſeph. 2. anti. c. 7. Theo q. 102. in Gen.

19 *Et reponerent pecuniam ſingulorum in ſacculis ſuis*] Et vt patri pecuniam deferrent, id fecit, & vt anxios illos redderet, ne furti poſtea arguerentur: ſicut factum eſt.

20 *Apertoq. ſacco*] Hunc tradunt fuiſſe Leui, qui (vt ſocius itineris fuerat Simeonis) cuius exemplo, ſi omnes tunc ſuos aperuere ſaccos, quod infra refertur factum coram patre, per recapitulationem ſcribi oporteret. ſed certe textus hic vnum tantum feciſſe exprimit.

21 *Obſtupefacti, turbatiq*] Iuxta Hebræum eſt: Egreſſum eſt cor illorum. Hebraiſmus eſt, ideſt, corde defecerunt: tum ex timore, ne furti poſtea arguerentur. Chaldæus legit: Et facti ſunt quaſi inſani, & obſtupuerunt ad inuicem.

22 Dure

22 *Dure*] In Hebræo eſt: duras. ſæpe enim femineo genere Hebræi vtuntur pro neutro.

23 *Et cibaria domibus veſtris neceſſaria*] In Hebræo eſt: & famem domorum veſtrarum tollite, ideſt, alimenta, quibus è domibus veſtris famem propellatis.

24 *Exterritiſq. ſimul omnibus.*] Ex Hebræo eſt ſicut ſupra: Egreſſum eſt cor illorum, ideſt, defecerunt corde.

25 *In me hæc omnia mala acciderunt*] Ex Hebræo eſt: In me hæc omnia, ideſt, ego patior, & damna omnia luo. *todo viene, ò, carga ſobra mi.*

26 *Duos filios meos interfice*] Per exaggerationem dictum fuiſſe credendum eſt, alioquin incongrue loquutus fuiſſet.

27 *Trade illum in manu mea*] Hebraiſmus eſt, ideſt, fidei meæ committe. Porro, ſuſpectum habens Ruben, propter petulantiam in cubile patris commiſſam, ignorans quantum laboraſſet pro ſalute Ioſeph, noluit ei Beniamin committere: vt annotauit Theodoretus. Theod. q. 103. in Gen.

28 *Ad quem pergitis*] Ideſt, ad quem pergere diſponitis.

29 *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos*] Ideſt, in foueam, ſiue ſepulcrum: quaſi dicat: Facietis, vt ego ſenex mœrore, & triſtitia contabeſcens moriar.

CAPVT XLIII.

Interim fames omnem terram vehementer premebat. Conſumptiſq. cibis, quos ex Aegypto

l m
.i. quantum ſufficiat ad famem, non in abundantia.
a b c d e f g h i k l m n
detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. Reſpondit

g h k l
.i. affirmando ſub iuramento. pro, non videatis, no me vengais delante.
a b c d e f g h i k l m
Iudas: Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicens: Non videbitis faciem

m a e
.i. me. .ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i k l m n
meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Si ergo vis eum mittere nobiſcum,

pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria: ſin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt ſæpe

e f g h m
pro, non videatis, no me vengais delante, no pareſcais delante de mi. .ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i k l m
diximus, denunciauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo.

c d e
.i. Iacob. .ſ. vt quid?
a b c d e f g h i k l m n o p q
Dixit eis Iſrael: *In meam hoc feciſtis miſeriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem.*

At illi reſponderunt: interrogauit nos homo per ordinem noſtram progeniem: ſi pater viueret: ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: numquid ſcire poteramus, quod dicturus eſſet: Adducite fratrem veſtrum vobiſcum? Iudas

f
.ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i k l m n o
quoque dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere: ne moriamur

nos

e f g h i

.i. mea cura, vel; ego fideiubeo pro illo. *.i. à me.*

a b c d e f g h i k l m n o p

nos, & paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illum. niſi reduxero, &

---

d e f g h

tamquam reum me arguere poteris ſemper. *.i. contra te, vt patrem.*

a b c d e f g h i k l m n o p q

reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice

---

d

.i. Iacob:

a b c d e f g h i k l m n o p q

altera veniſſemus. Igitur Iſrael pater eorum, dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis.

---

c d e g l m o

& raris, & in pretio apud Aegyptios. *.i. in ſtrumentis ad vehendum, quæcumque illa ſint.* *.i. domino illi, vel principi.* *ad illum placandum.* *communis .ſ.*

a b c d e f g h i K l m n o p

Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, &

---

c d f l

ſiue ſtyratis, quæ ab arbore eiuſdem nominis fluit. *liquor ſtilicidius eſt myrrha, de quo ſupra cap. 37.* *.i. reſina terebinthina.* *vt reſtituerent prioris tritici pretium duplū, ſi oporteret & ſoluerent pro illo, quod tunc emerent.*

a b c d e f g h i k l m

mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte

---

b c i

pro, nempe etiam illam. *pro, ſi.*

a b c d e f g h i k l m n o p

vobiſcum: & illam, quam inueniſtis in ſacculis reportate, ne forte errore factum ſit: ſed &

---

a g

Beniamin. *.i. dominum illum, vel principem.*

a b c d e f g h i K l m n o p

fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem:

& remittat vobiſcum fratrem veſtrum, quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin: Ego autem

---

a b c d g l m

bare quenta que no tengo hijos. *idem expreſſioribus verbis repetit, quod orbatus.* *ſub. interim.* *.ſ. inſuper, & illam, quam in ſacculis inuenerunt.*

a b c d e f g h i k l m n o

quaſi orbatus abſque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin:

deſcenderuntq. in Aegyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin

---

m m

.i. meliores, & ſelectiores carnes. *victimæ vocantur animalia, cum occiduntur, etiam non cauſa ſacrificij.*

a b c d e f g h i k l m n

ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, &

inſtrue conuiuium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.

S C H O L I A.

1 DENVNCIAVIT *nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi*] Iuxta Hebræum eſt: Conteſtando conteſtatus eſt nos. ideſt, denunciauit nobis, adhibito iuramento: vnde ſub atteſtatione iuriſiurandi, ideſt, aſſerens ſub iuramento.

2 *Non videbitis faciem meam*] Ideſt, non patebit vobis vllus ad me aditus. vbi verbum illud, videbitis, pro, videatis, ponitur: ideſt, non videatis faciem, ſicut nos dicimus: *no me vengais delante, ó no pareſcais delante de mi, ſin Beniamin.* Et eodem modo intelligenda ſunt hæc eadem verba, quæ paulo poſt iterum referuntur.

3 In

3 *In meam hoc feciſtis miſeriam*] Quaſi ſub interrogatione intelligẽda ſunt hæc verba iuxta Hebræum, vt ſit ſenſus: Vt quid male feciſtis mihi? vt quid hoc malum & miſeriam hanc cumulaſtis mihi, indicando vos alium habere fratrem? Septuaginta, & Chaldæus: Quare male feciſtis mihi? at Vulgatus exprimit: Quare male fecerint, quia in eius miſeriam cedebat.

4 *Ego ſuſcipio puerum, de manu mea require*] Ego ſuſcipio puerum, iuxta Hebræum eſt: Ego fideiubeo pro illo, & in fide mea ſeruandum ſuſcipio. Porro, de manu mea require, Hebraiſmus eſt: ideſt, à me require, tamquam fidei meæ commiſſum.

5 *Ero peccati reus in te omni tempore*] In te, id eſt, contra te; quod peccatum, in quartum mandatum de honoratione ſcilicet parentum, reduci vult. hoc itaque peccato iniqui filij in parentem, ſemper arguere me poteris.

6 *De optimis terræ frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera*] Ideſt, de his, quæ licet apud nos abunde ſint, apud Aegyptios tamen in pretio habentur. Iuxta Hebræum eſt: Sumite de laudibus terræ, Hebraiſmus eſt, pro bonitate fructuum terræ. Porro, nomine vaſis, omnia inſtrumenta iuxta imminentem materiam vocat Scriptura. In bello, per vaſa, inſtrumenta bellica: ſic & hoc loco vaſa vocat, inſtrumenta omnia, quibus vehi ſolent, quæ aſportanda forent. Iam, per virum, hominem excellentem intelligit, & præeminentem, quaſi dicat: domino illi, ſiue principi, ad quem placandum, ſapienter Iacob munera deferenda decreuit.

7 *Modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum*] Aquila, & Symmachus vertunt etiam, amygdalarum, & Aquila etiam legit: ſtoracis, in Hebræo eſt: *Nechota*, ex quo, vt Hieronymus inquit, domus nechota apud Iſaiā, ideſt, domus ſtoracis; quod in illa diuerſa aromata condita eſſent. Sed certe & multa alia pretioſa recondita erant, vt patet in litera, & ſic domus pretioſorum dici poſſet; ſed cum inter illa maxime eſſent aromata, iuxta S. Hieronymum, ab illis domus denominabatur. Porro, per reſinam, aliam quamlibet à terebenthina hic intelligit. per ſtoracem vero, liquorem quemdam coloris flaui, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, qui & ſtyrax dicitur, ab arbore eiuſdem nominis profluentem. per ſtacten, fluidum liquorem à myrrha diſtillatiſſimum, de quo ſupra cap. 37. Per terebinthum autem, reſinam, quam terebinthinam dicimus, à terebintho fluentem, cuius ſunt admirabiles effectus. Amygdalarum, in Hebræo: *Sechedim*, à *Sachad*, quod eſt, vigilare; quod citius quaſi vigilando prorumpat in flores & fructus, præ alijs arboribus. Iam, Ioſephus ſic inquit: Et quæ apud Chananæos naſcuntur vnguenta, balſami, & ſtacten, & terebinthum. forſan Scriptura, ſub illis, quæ iuxta Vulgatum exprimuntur, & alia intelligit, quæ apud Chananæos in abundantia erant, & apud Aegyptios in pretio habita.

נכאת *Hier. q. hebr. in Gen.*

שקדים שקד

Ioſeph. 1. anti. cap. 7.

8 *Ne forte errore factum ſit*] Dictio, ne, pro ſi, poſita eſt, iuxta vim Hebraici ſermonis: ideſt, ſi forte errore factum eſt.

9 *Faciat vobis illum placabilem*] Iuxta Hebræū eſt: Det vobis miſericordias, ſeu miſerationes. Septuaginta, & Chaldæus: Det gratiam, ideſt, aſpiret illi beneuolentiam erga vos.

10 *Ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero*] Aliqui ob Beniamin dictum putant, qui filius erat prædilectus, & abſque illo eſſe ſine liberis ſe reputabat. Alij de Beniamin, & Simeone interpretantur. Sed ego credo idem, quod per orbatum, clarius poſtea dixiſſe, ſine liberis: ſicut ſæpe conſueuit Scriptura idem repetere expreſſioribus verbis, vt ſit ſenſus: iterum putabo me orbatum, ideſt, ſine liberis, quaſi mihi non fuiſſent filij, *hare quenta que no tengo hijos*. Iuxta Hebræum, & Chaldæum: Et ego ſicut orbatus ſum, orbabor; ideſt, ſicut antea Ioſeph, nunc & Beniamin orbabor. Porro, in hoc diſceſſu filiorum à patre, multas Iacob lachrymas fudiſſe, pariter & eius filios refert Ioſephus. *Idem ibid.*

11 *Occide victimas*] Victimarum nomine, optimas & ſelectiores carnes intelligit; quod in litationibus hæ inquiri, & offerri conſueuerint.

m
ne quid mali eis accideret.
a b c d e f g h i k l m n
Fecit ille, quod ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum. ibique exterriti, dixerunt mutuo: propter pecuniam, quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat

a b c
i. vt nobis vt furtum imputet
a b c d e f g h i k l m n o
in nos calumniam, & violenter ſubijciat ſeruituti, & nos, & aſinos noſtros. Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem domus loquuti ſunt: Oramus domine, vt audias nos. Iam ante deſcendimus vt emeremus eſcas: quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſorium,

a b c e m n
pro, vnus aperuerat ſaccum ſuum. pro, inuenit. i. non diminutam in pondere.
a b c d e f g h i k l m n
aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorum: quam nunc eodem pondere

re por-

reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus, quæ nobis neceſſaria ſunt: non

.i.neſcimus. .i.facci. .i.nihil vobis eſt periculi, ſub. bono animo eſtote.

eſt in noſtra conſcientia, quis poſuerit eam in marſupiis noſtris. At ille reſpondit: Pax vobiſcum;

nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. nam

iuxta Hebr. venit ad me. vt timorem excuterent, & ſpem conciperent, & ſolatium.

pecuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitq. ad eos Simeon, Et introductis

more ſolito cum ſe ad hoſpitium reciperent.

domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos, deditq. pabulum aſinis eorum. Illi vero parabant

.i. ibi pranſuri: abundat, Hebræo more, & ſumitur pro cibo.

munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierunt enim, quod ibi comeſturi eſſent panem.

Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntq. ei munera, tenentes in manibus ſuis: &

.i. ſalutauerunt ſolito ritu, & cæremonia.

adorauerunt proni in terram. At ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Saluus

.i. ſaluus & incolumis.

ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? adhuc viuit? Qui reſponderunt: Soſpes eſt

ſicut ſupra .i. ſalutauerunt ſolito tunc ritu.

ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit, & incuruati, adorauerunt eum. Attollens autem Ioſeph

.i. eiuſdem matris cum ipſo.

oculos, vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum, & ait: Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo

.i. faueat tibi Deus, guarde os Dios hijo mio.

dixeratis mihi? Et rurſum: Deus, inquit, miſereatur tui, fili mi. Feſtinauitq. quia commota

fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum fleuit.

.cibus.

Rurſumq. lotâ facie egreſſus, continuit ſe, & ait: Ponite panes. Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph,

& ſeorſum fratribus, Aegyptijs quoque, qui veſcebantur ſimul, ſeorſum (illicitum

quia vel illos immundos reputabant, & maxime Hebræos, qui veſcebantur animalium carnibus, quæ ipſi vt deos adorabant. iuxta Hebr. abominabile.

eſt enim Aegyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuſcemodi conuiuium.)

d e f .i. primo loco, quia primogenitus. e f g .ſ. alij conſequenter iuxta ætatem. k l m .ſ. in nouiſſimo loco.

a b c d e f g h i k l m n

ſederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et

n a b de aucta annona in loco Beniamin.

a b c d e f g h i k l m n

mirabantur nimis, ſumptis partibus, quas ab eo acceperant: maiorq. pars venit Beniamin, ita

a b c .i. multum excederet. g .i. ſatiati abſque vitio.

a b c d e f g h i k

vt quinque partibus excederet. Biberuntq. & inebriati ſunt cum eo.

S C H O L I A.

11 *Exterriti*] Inſolitam rem videntes, vt qui triticum tantum emere venerant, & cum alijs vel ad atrium domus eſſe debuerant, in domum introducerentur: ſuſpicati ſunt, ne furti arguerentur; ob pecuniam, quam in ſaccis inuenerant: & doloſe opprimi poſſent, vt ſatis aperte in textu dicitur; & ideo exterriti ſunt.

13 *Eodem pondere*] Ideſt, eamdem quantitatem, & pondere pecuniam non diminutam.

14 *Deus patris veſtri dedit vobis theſauros*] Id eſt, ob patrum veſtrorum merita, & veſtra, à Deo veſtro hæc facta ſunt.

15 *Pax vobis, nolite timere*] Pacis nomine, bonum omne importari ſolet, hoc loco ſenſus eſt: nihil vobis eſt periculi.

16 *Eduxit ad eos Simeonem*] Vt timorem quodammodo excuterent, & illis in ſolatium, & ſpem aliquam eſſet.

17 *Et lauerunt pedes ſuos*] Receptis ad hoſpitium tunc moris erat aquam miniſtrare ad pedum lotionem: vt ſupra cap. 18. & Lucæ 7. Phariſæum de hoc Chriſtus redarguit, dicens: aquam pedibus meis non dediſti.

Ionas lib. 1. de cultu imaginũ

18 *Et adorauerunt proni in terram*] Ionas Aurelianenſis Epiſcopus de ſolita reuerentia, quæ principibus exhiberi conſueuerat interpretatur: vnde & ſubditur: Reſalutatis eis.

19 *Soſpes eſt*] Ideſt, ſaluus, & incolumis; percontatus quidem fuerat Ioſeph, an ſanus eſſet pater, & an adhuc viueret, ad primum reſponderunt ſoſpitem eſſe, ad ſecundum vero, adhuc viuere. Porro, vbi nos legimus: Sanus, & ſoſpes: in Hebræo eſt eadem dictio *Salom*, ideſt, pax: qua voce, vniuerſum bonum comprehenditur, quaſi dicat: *vale bien*, ſubintellige, in cunctis, & reſponderunt illi: *muy bien le ua en todo.*

שלום

20 *Deus miſereatur tui fili mi*] Hebraiſmus eſt, ideſt, faueat tibi, quod nos dicimus: *Dios os guarde hijo.*

21 *Ponite panes*] Panis nomine ſchemate in Scripturis vſitato, cibus omnis intelligitur, vt 4. Reg. 6.

22 *Illicitum enim eſt Aegyptijs comedere cum Hebræis*] Tradunt hiſtoriæ, Aegyptios adeo elatos puritatis, & iuſtitiæ fiducia, vt cum exteris cibum non ſumerent, quaſi reliquis immundis, ipſi ſoli mundi eſſent; tum maxime cum Hebræis, quos nouerant cibis quorumdam animalium veſci, quæ ipſi in deos ſuperſtitioſe colebant. Sunt & qui hoc referant ad corporis mundiciem, propter quam & abominabantur paſtores, vt dicitur infra cap. 46. ſunt ſiquidem inculti, & immundi fere omnes, & Hebræos, quaſi omnes paſtores eſſe videbant. Sed præſtant priores expoſitiones; nam & profanum etiam putabant conuiuium, vt habetur in textu.

23 *Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita: Et minimus iuxta ætatem ſuam.*] Senſus eſt: iuxta ſua primogenita, primo loco ſedere fecit primogenitum; alios, ſuo ordine conſequenter, ita vt minimum in nouiſſimo loco repoſuerit, iuxta ætatem ſuam.

24 *Et mirabantur nimis.*] Hoc quidam referunt ad ordinem, quo ſedere Ioſeph illos fecerat, quaſi eos agnoſceret: vnde Ioſephus 2. antiq. ca. 4. dicit: Aſſumpſit eos ad cibum, fecitq. diſcumbere ſicut erant ſoliti apud patrem. Et Hebræi affirmant illos exiſtimaſſe, augurandi arte in ſcipho (de quo in ſequenti capite) id nouiſſe. Sed præſtat non ſolum ad locum referre, ſed etiam ad auctam annonam, quam, in loco vbi Beniamin ſedit, appoſuerant, vt in ſequentibus verbis contextus inſinuatur.

25 *Ita vt quinque partibus excederet*] Ideſt in quintuplo, forſan ex modo dicendi, *cinco vezes mas que à los otros.* ideſt, multo maiorem annonam impoſuerunt, *en tertio y quinto le mejoro*, ſolemus dicere: pro incerta quantitate, qua alios quis ſuperat, vel in quinque partibus, quas ſinguli acceperant, duplo maiores fuerint partes Beniamin, vel cum plures partes, quas nos vulgo dicimus *ſeruicios* ſinguli accepiſſent, Ioſeph quinque amplius, quam reliqui fratres, & cum in ſimilibus principum conuiuijs tot fercula dentur, potuit & Ioſeph quinque accipere, amoris & beneuolentiæ gratia, citra aliorum conuiuarum iniuriam.

Hebræi conſulto factum dicunt,vt videret, an proinde inuiderent Beniamin, ſicut ſibi quondam inuiderant; quod à patre præ cæteris amaretur. Polyſtor apud Euſebium,cenſet id feciſſe,vt æqualem domum matris ſuæ Rachelis faceret (in qua duo tantum erant filij,ipſe,& Beniamin) domui Liæ,in qua plures erant fratres. Sed præſtat dicere,id feciſſe; quod carior & coniunctior eſſet, vnde & poſtea, cum ſingulis dediſſet binas ſtolas,Beniamin dedit quinque, & inſuper argenteos trecentos.

Euſeb. lib. 9. & præp. Euang.

quamuis & Hebræorum recenſita ratio ſatis veroſimilis ſit.

26 *Et inebriati ſunt coram eo*] Hebraico idiotiſmo,iuxta Hieronymum, Auguſtinum, & Albinum,ebrietas hic pro ſaturitate ſumitur, iuxta illud Pſalm.64. Viſitaſti terram,& inebriaſti eam,id eſt,ſatiaſti opulenter: itaque vſque ad ſatietatem, ſine vitio, epulati ſunt.

CAPVT XLIV.

Præcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: imple ſaccos eorum frumento,quantum

i
ſ. vniuſcuiuſque.
a b c d e f g h i k l m
poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci. Scyphum autem meum

l
ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i k l m n o p q
argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. Factumq. eſt ita. & orto

b c
fratres Ioſeph.
a b c d e f g h i k l m n
mane, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. Iamq. vrbem exierant, & proceſſerant paululum: tunc

h
comitatus aliquibus militibus.
a b c d e f g h i k l m
Ioſeph accerſito diſpenſatore domus. Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito:

a b c d e
pro bono .ſ. & conuiuio, furtum.
a b c d e f g h i K l m n o p
Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus

e f
retulit famulus, ſicut Ioſeph iniunxerat, ſed Ioſeph ioco dixerat.
a b c d e f g h i K l m n o
meus, & in quo augurari ſolet: peſſimam rem feciſtis. Fecit ille, vt iuſſerat. Et

c
qua à domino ſuo acceperat, qua loqueretur.
a b c d e f g h i k l m n
apprehenſis per ordinem locutus eſt. Qui reſponderunt: Quare ſic loquitur dominus noſter, vt

n a b
iuxta Hebr. abſit, vt ſerui tui.
a b ç d e f g h i k
ſerui tui tantum flagitij commiſerint? Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate

i k l
argumentum eſt à maiori ſatis efficax.
a b c d e f g h i K l m
ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaam: & quomodo conſequens eſt, vt

furati

furati ſimus de domo domini tui aurum, vel argentum? Apud quemcumque fuerit

m
.i. tui.
a b c d e f g h i k l m n
inuentum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur; & nos erimus ſerui domini noſtri. Qui

f
.ſ. non parum attenuatam, mutauit enim mortem in ſeruitutem unius tantum.
a b c d e f g h i k l m n
dixit eis: fiat iuxta veſtram ſententiam: apud quemcumque fuerit inuentum, ipſe eſt ſeruus

n a
in perſona Ioſeph loquitur eius ſeruus.
a b c d e f g h i k l m n
meus, vos autem eritis innoxij. Itaque feſtinato deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli.

d e f g h
vt melius ſimularet ſcyphum ſe ibi non poſuiſſe.
a b e d c f g h i k l m n o
Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin. At

b c g h m
in ſignum triſtitiæ. *& ſequebantur Beniamin, quem equitantes ad Ioſeph ducebant.* *qui fideiuſſor fueri apud patrem, & in multis vir efficax.*
a b c d e f g h i k l m n
illi, ſciſſis veſtibus, oneratisq. rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum. Primusq. Iudas cum

f g h i k
expectans ſeruum, quem miſerat, vt fratres, hoc ſtratagemate reduceret.
a b c d e f g h i k l m n o p
fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph (necdum enim de loco abierat) omnesq. ante eum pariter in

o p a b k l m n o p a b c d
vt ad miſericordiam illum flecterent. *ioco ſic loquitur, alludens ad vulgi æſtimationem de illo.*
a b c d e f g h i K l m n o p
terram corruerunt. Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis quod non ſit ſimilis

g h i K l
noluit in famulos Ioſeph culpam proijcere, ne deterius quid ſibi accideret, ſed elegit humiliari.
a b c d e f g h i k l m n
mei in augurandi ſcientia? Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, domino meo? vel quid

c d e f g h i
.ſ. etiam eſt iuxta Hebræum, aut quomodo iuſtificabimur, .i. nos excuſabimus. *.i. recordatus eſt, vel inuenit, in quo iniquitatem noſtram aliquam nunc puniret.*
a b c d e f g h i k l
loquemur, aut iuſte poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: en

a b c d e
tamquam ſocij eius, apud quem inuentus eſt ſcyphus.
a b c d e f g h i K l m n o p
omnes ſumus ſerui domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus. Reſpondit Ioſeph:

a b c d e f g h i k l m n o
vt tanto rigore, etiam ſocios eius, ſeruos faciam. *fecit, vt videret, an relinquerent ſolum Beniamin in ſeruitute, & ipſi abirent.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
abſit à me, vt ſic agam: Qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus: Vos autem abite liberi
ad patrem veſtrum.

S C H O L I A.

1 PONE in ore ſacci iunioris] Experiri, inquit Theodoretus, volens Ioſeph animum fratrum erga Beniamin, & liquido noſſe, an Beniamin calumniam paſſum ex animo & acriter defenderent eius fratres, ob id, in eius ſaccum abſcondi ſcyphum imperauit, quo facto nec innocentem Beniamin infamauit, non enim calumniandi animo id fecit, cum intra breuiſſimum ſpatium, veritate patefacta, totum in eius & fratrum gloriam cederet, tantum enim explorare intendit fratres, an ſeruitutem Beniamin paruifacerent, quare talis calumnia (vt Scholaſtici loquuntur) materialis fuit, non formalis, neque intenta vt ſic. Adde, iſta, nec dicta, nec facta fuiſſe ex animo, & ſerio, nec aſſeuerando, ſed tentando potius, & interrogando, vt facere iudices ſolent. Quare & à mendacio officioſo, merito, ſanctus Ioſeph excuſatur. Porro, quanti opprobrij & infamiæ duceretur olim, principis ſcyphum furari, ex Dioxippi Athenienſis facto apud Curtium, & Iunij Seruilij apud Suetonium videre eſt, quorum prior etiam falſo de hoc accuſatus, ferro ſe interemit; tanti facinoris infamiam ferre non ſuſtinens.

Theo. q. 105.

Curtius lib. 9. Suet. in Clau.

1. d. *Et perſequere viros*] Subintelligitur, comitatus ſufficienti militum numero.

2 *Quare reddidiſtis malum pro bono?* Ioſephus hoc explicat: pro honore ſcilicet vobis delato, & pro conuiuio exhibito furtum commiſiſtis.

Ioſeph. 2. anti. c. 7.

3 *Et in quo augurari ſolet*] Aliqui vertunt: in quo auguratus eſt. ideſt, pro quo diuinos conſuluit, vt ſciret, quis furatus eſſet, vt innuere voluit Theodoretus qu. 104. in Gen. ſed melius dicitur: In quo augurari ſolet, iuxta id, quod inferius ſcribitur Ioſeph dixiſſe: Non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia. Vide Scholio 13.

4 *Et quomodo conſequens eſt*] Argumento à maiori ſatis efficaciter inferebant, ſe non fuiſſe furatos, qui ex Chanaam, etiam pecuniam quam primo in ſaccis inuenerant, reportarunt: ſic etiam refert Ioſephus.

Ioſeph. 2. anti. cp.

5 *Ipſe eſt ſeruus meus.*] In perſona Domini ſui Ioſeph, ſeruus loquebatur.

6 *Quos ſcrutans, incipiens à maiore vſque ad minimum.*] Sic feciſſe aduertit Ioſephus; vt melius ſimularet ſe in iunioris ſacco abſcondiſſe.

Idem ibid.

7 *Inuenit ſcyphum.*] Nihil de pecunia, quæ ſimul cum ſcypho erat; nam & ipſius Ioſeph diſpenſator, altera vice, Deum illam ibi appoſuiſſe, illis dixerat.

8 *Sciſſis veſtibus.*] In ſignum ſcilicet triſtitiæ.

9 *Reuerſi ſunt in oppidum.*] Ioſephus ſic deſcribit, quomodo reuerſi fuerint: Equites, inquit, ſumentes Beniamin, ad Ioſeph adducebant, fratresq. pariter ſequebantur.

Idem ibid.

10 *Primusq. Iudas cum fratribus ingreſſus eſt*] Primus Iudas; vt qui fideiuſſor apud patrem pro Beniamin: & ideo eius quaſi cauſa, magis quam aliorum erat: & qui in alijs vir efficax, vt annotauit Ioſephus.

Idem ibid.

11 *Nondum à loco abierat*] Scilicet Ioſeph, qui fratres expectabat, & ſeruum miſerat; quos licet ſic affligeret, ſciebat, non eſſe hos omnes labores, poſt tantam dilationem, cum gaudio illo conferendos, cum ſe illis Ioſeph eſſe aperiret, & dilatione maius accumularetur gaudium: vt annotant Auguſtinus, & Alchuinus, & vt illorum animum ad Beniamin experiretur: vt adnotauit Theodoretus qu. 100. in Geneſim. ſic ipſum fratribus dixiſſe refert Ioſephus, cum ſe illis manifeſtauit.

Aug. q. 146. in Gen. tom. 4. Alch. q. in Ge.

Ioſeph. 2. ant cap. 9.

12 *Omneſq. ante eum pariter corruerunt.*] Vt ſcilicet, eius animum ad miſericordiam flecterent.

13 *Quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia.*] Quæ Ioſeph ioco, non ſerio dixit, referens forte hoc ad illud, quod vulgus de illo opinabatur, & ſic etiam & diſpenſator eius (licet ex illi iniuncto locutus fuerit) ſic docent S. Thomas ex Auguſtino, & Theodoretus, qui etiam addit (Auguſtinus inquam) quæ ioco dicta ſunt non reputari mendacia, maxime ſi non affirmentur. Dici etiam poteſt, augurandi verbum hic non proprie ſumi, ſed late, pro eo, quod eſt, præſagire animo, & futura prædicere, ſeu diuinare, & ad iſtum ſenſum vere illud dixit, licet non ad ſenſum audientiū, maxime iuxta id, quod ex eius famulo audierant eius fratres. Porro, Chaldæus legit: Neſciebatis, quod inueſtigans inueſtigaret, quis ſicut ego? quaſi diceret: Quis magna diligentia inueſtigare queat ſicut ego? forſan, iuxta vim Hebraici ſermonis, vtrumque intelligi poteſt, & quod præ augurandi ſcientia, tum & maxima inueſtigatione, latere illum non poſſet.

S. Tho. 22. q 95. a. 7. ad 1. Aug. q. 145. in Gen. Theod. q. 104 in Gen.

14 *Quid loquemur, aut iuſte poterimus obtendere?*] Noluit in eius domeſticos culpam conijcere; ne forte deterius quid ſibi accideret, ſed humiliari magis elegit. Porro, ſubintelligendum eſt iuxta Hebræum: Aut qua ratione iuſtificabimur? ideſt, excuſabimus nos?

15 *Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum*] Quaſi dicat: Recordatus eſt Deus iniquitatis, quam aliquando commiſimus, ſiue inuenit nunc in quo illam puniret. Hebraiſmus ſiquidem, punitionem Dei, quandoque inuentionem, aut recordationem vocat; quod cum non illam infert peccantibus hominibus, quaſi peccatorum immemor, & vltionis modum non inueniens videatur.

16 *Qui furatus eſt ſcyphum*] Iuxta Hebræum: Vir, in cuius manu inuentus fuerit ſcyphus, ſic Chaldæus, & Septuag. Vulgatus ſecutus eſt ſenſum ſcilicet, per furtum; deprehendi enim in manu alicuius ſcyphum alienum, furti ſuſpicio vehemens eſt.

17 *Ipſe ſit ſeruus meus*] Hebræi factum dicunt; vt comprobaret Ioſeph, an relinquerent Beniamin ſolum in ſeruitute; & abirent.

---

d
qui fideiuſſor pro Beniamin apud patrem, & in alijs vir efficax.
a b c d e f g h i k l m
Accedens autem propius Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur ſeruus tuus

---

a b c d n o
idem quod ſupra, audi me, præbe auditum mihi. *.i. ſecundus à Pharaone, cui obtemperandum ſit.*
a b c d e f g h i k l m n o p
verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo: tu es enim poſt Pharaonem dominus

meus. Interrogaſti prius ſeruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem? & nos reſpondimus tibi

domino meo: Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt, cuius

---

c d f g h i
vt. ſ. putamus. *q. d. is ſolus eſt ex illa matre relictus. Iuxta Hebr. ipſe ſolus remanſit matri ſuæ.*
a b c d e f g h i k l m n o p
vterinus frater mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater vero tenere diligit eum.

---

h i k l m n o p
pro, vt. *.i. vt illum videam, vel ſit acceptus, & gratus mihi, & ei benefaciam.* *os hemos dado guſto en eſte particular.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Dixiſtiq. ſeruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos ſuper illum. Suggeſſimus domino

meo: Non poteſt puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur. Et dixiſti ſeruis

---

h i k l m
no os dare lugar à que me vengais delante.
a b c d e f g h i k l m n
tuis: niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, non videbitis amplius faciem meam. Cum

ergo aſcendiſſemus ad famulum tuum patrem noſtrum, narrauimus ei omnia quæ loquutus eſt

---

e f g
.ſ. Iacob. *.ſ. in Aegyptum.*
a b c d e f g h i k l m n o
dominus meus. Et dixit pater noſter: reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus:

---

g
.ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i K l
Ire non poſſumus: ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul:

---

d e f g h h
quia .ſ. nec nobis ad illum erit aditus. *.i. domini, ſeu principis illius.*
a b c d e f g h i k l m n o
alioquin illo abſente, non audemus videre faciem viri. Ad quæ ille reſpondit: Vos ſcitis

---

e f i
.ſ. Rachel. *.ſ. Ioſeph.*
a b c d e f g h i k l m n o
quod duos genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis: Beſtia deuorauit eum:

h
.ſ. Beniamin.
a b c d e f g h i k l m n o p
& hucuſque non comparet. Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis

a b c d e f f
.i. efficietis vt citius præ mœrore moriar. *.i. ſepulcrum.* *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i k l m n o
canos meos cum moerore ad inferos. Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem noſtrum,

b d e f g h i K
.ſ. Beniamin. *.i. cum vnice illum diligat, como le ame como à ſu vida.*
a b c d e f g h i K l m n o
& puer defuerit, (cum anima illius ex huius anima pendeat) videritque eum non eſſe,

d e f g h i K l m m o
.i. erunt in cauſa, vt citius præ dolore diem claudat extremum. *.i. ſepulcrum.* *.i. commedius.*
a b c d e f g h i K l m n o
nobiſcum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie

a b c g
qui & aptior ad cuncta. *.ſ. Beniamin.*
a b c d e f g h i K l m n o p
ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopondi, dicens: Niſi reduxero eum,

a b c d e o
.i. reus ero peccati huius contra patrem meum. *.ſ. Beniamin.*
a b c d e f g h i K l m n o
peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque ſeruus tuus pro puero

c d f
.ſ. Ioſeph. *.ſ. Beniamin.*
a b c d e f g h i k l m n o
in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis. Non enim poſſum redire

e l
.ſ. Beniamin. *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i k l m
ad patrem meum, abſente puero: ne calamitatis, quæ oppreſſura eſt patrem meum,
teſtis aſſiſtam.

S C H O L I A.

18 *Audi me, vt loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis*] Schemata ſunt hæc Hebraici idiomatis, quandoque idem ſignificantia; audi me, & loquar verbum in auribus tuis, ideſt, loquar, ſi præbueris mihi auditum, quod nos dicimus: *ſupplico à v. m. me eſcuche dos palabras, que le quiero dezir.* quandoque ſunt diuerſa, cum in auribus ſcilicet ſignificat, ideſt, ad aures, ſicut dicimus, *oyame lo que le quiero dezir al oido*: ſed hoc loco prior ſenſus magis arridet. Porro Ioſephus multis alijs verbis per totum cap. 8. ſecundi libri antiquitatum, longiorem refert ſermonem, quem Iudas ad Ioſeph habuit, eius beneuolentiam captans, laudans, & multa inducens, vt perſuaderet, ne fratres, ad patrem ituros, abſque Beniamin dimittat.

19 *Tu enim es poſt Pharaonem dominus meus*] Ideſt, ſecundus à Pharaone, cui ſcilicet, ſicut Pharaoni parendum eſt, & reuerentia exhibenda.

20 *Et ponam oculos meos ſuper illum*] Hebraiſmus eſt, ideſt, vt videam illum, vel vt alijs placet: ideſt, vt ſit acceptus & gratus mihi.

21 *Non videbitis amplius faciem meam*] Ideſt, non patebit vobis in poſterum aditus ad me: vel non videbitis, pro videatis, non videatis amplius me: quod nos dicimus: *no me vengais mas delante, ſin vueſtro hermano.*

22 *Non audemus videre faciem viri*] Quidam interpretantur: Non audemus, ideſt, non patebit aditus: ſed melius, hoc tamquam ſubintelligendum eſt, vt ſit ſenſus: Non audemus, quia non patebit aditus, vel non audemus, nec patebit aditus ad illum, ſine Beniamin.

23 *Vxor mea*] Non quod Lia non fuerit vxor, ſed quia Rachel, & prædilecta, & ab initio electa in vxorem; tum etiam quod de illa eſſet ſermo, de

matre, ſcilicet Beniamin, itaque ſubintelligendum eſt, vxor mea, quæ & mater Beniamin.

24 *Et dixiſtis: beſtia deuorauit eum.*] Iuxta Hebræum eſt: Rapiendo raptus eſt, ideſt, certe dilaceratus eſt à beſtia, quod et Iudas dixiſſet illum, quaſi ſuperſtitem per Ægyptum quęſiuiſſe: ijs non obſtat; quia vtrumque, vt incertum, ipſi Ioſeph referebant. *Ioſeph. 2. anti. c. 8.*

25 *Deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.*] Ideſt ad ſepulchrum, quaſi dicat: efficietis, vt præ mœrore moriar.

26 *Cum anima illius ex huius anima dependeat.*] Hoc loco, anima, ſecundum aliquos, pro vita ſumitur, ideſt, cum illius vita ex huius vita dependeat: ſed cum iuxta Hebræum ſit: Sed cum huius animus cum animo illius colligatus ſit: Iuxta peritos, alium ſenſum efficit: ideſt, cum vnice illum diligat. Vnde & Chaldæus paraphraſtes: Anima eius tam dilecta eſt illi, quam anima ſua: ſicut nos dicimus: *quierele como à ſu miſma vida*. Hinc & vnius anima, ideſt, vita dependet ex alterius vita; eo quod ita tenere illum diligeret.

27 *Deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.*] Ideſt, erimus in cauſa, vt præ dolore, & mœſtitia citius moriatur, & ſepeliatur; inferorum enim nomine, & ſepulcrum intelligimus, ſicut ſæpe.

28 *Ego proprie ſeruus tuus ſim.*] Proprie, ideſt, accommodatius ſic fiet; non enim ſic prædicta incommoda ſequentur, & qui illo aptior ſum ad cuncta, qui adhuc puer eſt.

29 *Peccati reus ero in patrem omni tempore.*] Ideſt obnoxius pœnæ huius facti, vel ſemper vt culpabilis huius, quod contra patrem fecerim, putabor. ſicut ſupra diximus, ſermo eſt de peccato contra quartum præceptum, ideſt, quod filius iniquus contra parentem videar, & ſim omni tẽpore; *me obligo à que ſiempre me mireis, como mal hijo, que hos aya eſſe ndido en eſto.* ſic dixerat Iudas patri ſuo.

CAPVT XLV.

a d g h
.i. vix. & à lacrymis, & quin ſe fratribus notum faceret. .i. etſi multi aſtarent.
a b c d e f g h i k l m
Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph multis coram aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque vocem cum fletu:

d e f
.i. domeſtici, quorum multi præ foribus aderant.
a b c d e f g h i k l m
quam audierunt Aegyptij, omniſque domus Pharaonis. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum

f g h k l m
quod timor reprimat vocem. audientes, quæ loquebatur, memores facti, & illum principem videntes.
a b c d e f g h i k l m
Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

d m
ad maiorem explicationem, ab interprete addita hæc vox, vt ſæpe alibi, & bene. ne quis perciperet, quod eum vendidiſſent.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum acceſſiſſent prope, Ego ſum, ait, Ioſeph,

g h
neque vobis durum eſſe videatur. no lo ſentais tanto. Iuxta Hebræum: *Nolite mœrore affici.*
a b c d e f g h i k l m n
frater veſter, quem vendidiſtis in Aegyptum. Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur,

g h
.i. ad ſalutem.
a b c d e f g h i k l m n o p q
quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in

g
ex nimia ſiccitate.
a b c d e f g h i k l m n o
Aegyptum. Biennium eſt enim quod coepit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni

reſtant,

c f g
.i. vix, niſi modicum, quod pro nihilo habetur.
a b c d e f g h i k l m n o
reſtant, quibus nec arari poterit nec meti. Præmiſitque me Deus vt reſeruemini ſuper terram,

g h i k l m n o
licet bene venditio Deo permittente. totum enim quod non eſt culpa, Dei voluntate, & ordinatione fit.
a b c d e f g h i k l m n o p
& eſcas ad viuendum habere poſſitis. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum:

a b c d e f
quia gubernatorem, & à conſilijs, quæ patris munia ſunt q. d. doctorem, ſeu ductorem.
a b c d e f g h i K l m n o p
qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius, ac principem in omni

c m n o
ne interim præ mœſtitia pater moriatur. .i. tibi ecnunciaui eius nomine nobis iniunxit. iuxta Hebr. Sic dixit.
a b c d e f g h i K l m n o
terra Aegypti. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius
tuus Ioſeph: Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Aegypti: deſcende ad me ne moreris, &

a b c d d f
vt ibi patrem, & fratres primo inſtrueret, quomodo ſe gererent ante Pharaonem. in agro Helıopolis ſita eſt. .i. mihi vicinus.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
habitabis in terra Geſſen: erisque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ,
& armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni

i k p q r
.i. omnes, qui ſunt de tua familia. q. d. ita certum, quod dixi, ſicut certo me vos intuemini.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides. En oculi veſtri, &

g h i
.i. ego abſque interprete, in lingua materna.
a b c d e f g h i k l m n o
oculi fratris mei Beniamin vident, quod os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo

k
ne antea præ cura, & veſtri mœſtitia moriatur.
a b c d e f g h i k l m n
vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Aegypto: feſtinate, & adducite eum
ad me. Cumque amplexatus recidiſſet in collum Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque

f g h i k l m
vt culpam venditionis apud ſe remiſſam cedentem.
a b c d e f g h i k l m n o
ſimiliter flente ſuper collum eius. Oſculatus eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper
ſingulos: poſt quæ auſi ſum loqui ad eum.

S C H O L I A.

1 NON *ſe poterat cohibere Ioſeph multis coram aſtantibus.*] Iuxta Hebræum eſt: non poterat autem Ioſeph vim facere ſibi, omnibus aſtantibus iuxta ipſum, & clamauit; ideſt, vix potuit Ioſeph, quamuis iuxta ipſum multi aſtarent, cohibere ſe, quin clamaret: ac proinde præcepit exteros egredi: Porro, clamor iſte erat ad manifeſtationem ſui, ſicut dicitur in litera: Et eleuauit vocem, & dixit: ego ſum Ioſeph; viderat ſiquidem bonum illorum affectum circa patrem, & Beniamin, & ex fraterna charitate eius viſcera commouebantur, vt illorum cor à tanta anxietate, & triſtitia liberaret. Vnde, & Ioſephus refert illis dixiſſe: virtutem circa *Ioſeph. 2. ant. c. 9.*

fratrem

fratrem laudo,& meliores quam ſperabam ex his, quæ in me cogitaſtis, inuenio.

2 *Et nullus intereſſet alienus cognitioni mutuæ.*] Non quod vereretur illos habere fratres, quos coram Pharaone,& omni populo poſt modum manifeſtos fecit; ſed ne illos confunderet coram Ægyptijs, cum diceret: Ego ſum Ioſeph, quem vendidiſtis. & ideo infra: Accedite, inquit,& cum acceſſiſſent prope, ne alienus quis ſermonem perciperet,& ne profuſis lacrymis, alijſque fratribus blanditijs exhibitis, videretur forſan apud Ægyptios minus grauis, quam decebat principem.

3 *Omniſque domus Pharaonis.*] Vel quod prope Pharaonis domum habitaret, niſi & domum, domeſticos vocet: quorum multi præ foribus aderant, vel quod ex Aegyptiorum ore, qui audierant, nouiſſent.

4 *Non poterant reſpondere fratres, nimio timore perterriti.*] Iuxta Hebræum ſubintelligendum eſt: Perterriti à facie eius, ideſt, audientes eum talia loqui, memores ſcilicet facti, & principem terræ videntes eſſe, quibus & fratris voluntas bona, potius ſupplicium videbatur, vt refert Ioſephus. Porro, iuxta Damaſcenum, timor virtus eſt, ſecundum *Siſtolem*, ideſt, ſecundum contractionem; ex Ariſtotele ſiquidem in timentibus retrahitur ſpiritus ab exterioribus ad interiora, ad modum, quo ciues, vt aduertit Sanctus Thomas, cum timent, ad intima ciuitatis ſe retrahunt, nec in externis curſitant, aut vagantur: hic autem contractus caloris, & ſpiritus, formationi vocis contrarius eſt, quæ per emiſſionem ſpirituum fit, vt ibidem Ariſtoteles docet.

Ioſeph. 2. anti. cap. 9.
Damaſ. 3. ort. fid. c. 23.
Ariſt. tom. 6. de problemat. ſett. 27. problemate 6.
S. T. 12. q. 44. a. 1.
Ariſt. vbi ſupra probl. 9.

5 *Neque vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus.*] Iuxta Hebræum eſt: Neque indignentur oculi veſtri, ideſt, ne indignemini vos, aut ne tantum fleatis, hoc eſt, nec vobis durum videatur: *no ſe os aga tan fuerte, no lo ſintais tanto:* quibus & Ioſephus refert addidiſſe, quod hic non exprimitur: Neque eorum, inquit, quæ in me commiſiſtis, vlterius recordabor.

Ioſeph. 2. anti. c. 9.

6 *Pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos.*] Fratrum venditio, vt illorum culpa, tantum Deo permittente fuit. vt vero Ioſephi paſſio, & tribulatio,& quæ ex his ſecuta, vt ſcilicet in Aegyptum duceretur & alia, à Deo facta & ordinata ſunt: vnde & caute dixit Ioſeph, non venditionem nominans, ſed Aegyptum: Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. & ſicut in alijs patres aſſerunt, illud permiſit, vt tot bona eius occaſione perageret bonus,& omnipotens Deus meus; & vſus illorum nequitia, quibus artibus, ſomniorum euentum conati ſunt impedire, ijſdem Deus conſummationem impoſuit, vt Theodoretus annotauit. Porro, Pro ſalute, iuxta Hebræum eſt: Ad vitam, idem pollent, ideſt, ad veſtram ſalutem,& vitam, *por vueſtro bien, y vida.*

Theod. q. 99. in Gen.

7 *Quibus nec arari poterit, nec meti.*] Ideſt, vix arari, & meti modicum; quod quaſi nihilo reputandum: hoc tamen, non ex Nili inundatione contigit, vt quibuſdam viſum eſt; cum & in alijs prouincijs eadem fuerit ſterilitas; vt ſupra cap. 41. dicitur: ſed magis ex ſiccitate. Porro, ideo tanto tempore Ioſeph patrem ſuum certiorem minime fecit, quem ſciebat pecunia illum à ſeruitute liberaturum, Deo ſic prouidente, vt tot bona, quæ ex eius detentione in Aegypto ſubſecuta ſunt, ſequerentur: ſicut Theodoretus aduertit.

Theod. q. 98. in Gen.

8 *Et eſcas ad viuendum habere poſſitis.*] Iuxta Hebræum eſt: Vitam veſtram ſeruaret. eſcas ab effectu vitam vocans, quibus ſcilicet vita conſeruatur,

9 *Qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.*] Chaldæus: In patrem Pharaonis. Gubernatorem, & directorem, & à conſilijs eſſe, vocat patrem; quod hæc patris munia ſint erga filios: quæ omnia ex indita ſibi ſapientia Ioſeph ſibi vendicauit: ſicut & reſpectu populi, principatum; qui enim reſpectu Pharaonis pater erat, & populi princeps ab illo conſtitutus eſt.

10 *Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum.*] Feſtinationis cauſam non exprimit textus, refert tamen illam Ioſephus, quaſi ex ore Ioſeph loquentis ad fratres: Ne pro veſtra, inquit, conſumptus ſolicitudine ſplendorem meæ felicitatis obſcuret, ſi antequam ad me veniat, hac luce priuetur.

Ioſeph. 2. ant. cap. 9.

11 *Et habitabis in terra Geſſen, erisque iuxta me.*] Terra Geſſen, in agro vrbis Heliopolis ſita eſt: ad quam fertur Chriſti parentes cum infante diuertiſſe, cum Herodis iram fugerent, in eoque agro bos colebatur, in cuius religione filij Iſrael, dum ibidem habitarent, inſtructi, rurſum in cultum eum reuocauerunt, cum per deſertum peregrinarentur. à quibuſdam additum fuit Goſen Arabiæ, ſed per errorem, vt inquit Hieronymus, quaſi Goſen in terra Arabiæ fuiſſet: eodemque Hieronymo teſte: Iudæorum quidam, Thebaidem illam vocant. Porro, vt & patrem, & fratres prius inſtrueret, quomodo ſe erga Pharaonem gerere deberent, hoc fecit antequam in Aegyptum venirent. Iam dicitur: Eriſque iuxta me, ideſt, vicinus mihi, *eſtaremos cerca, y muy vezinos.*

Hier. q. Hebr. in Gen.
Idem ibid.

12 *En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin vident, quod os meum loquatur ad vos.*] Quaſi dicat: ſicut certum eſt, quod me loquentẽ videtis, ita & quod dixi, certum erit: Porro, os meũ loquatur, ideſt, à vobis ego abſque interprete loquar, veſtro idiomate Hebræo. Vnde Chaldæus: Quod veſtra lingua ego loquor vobiſcum, quod & indicium maximum eſt, me eſſe Ioſeph, ſicut vobis dixi. vel tropo, os meum loquitur, ideſt, familiariter loquor ad vos. ſed præſtat, prima expoſitio.

13 *Amplexatus cecidiſſet in collum.*] Iuxta Hebræum eſt: Colla, & hoc frequenter, forſan, quod brachijs vtramque colli partem ſtringerent. Porro hæc,& alia familiaritatis ſigna, Ioſeph fratribus exhibuiſſe affirmat beatus Cæſarius; vt remiſſam apud ſe venditionis culpam intelligerent.

B. Cæſarius hom. 4.

f.
dum in epulis eſſent, vt Ioſephus 2. antiq. cap. 9. ait.
a b c d e f g h i k l m n
Auditumque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula Regis: Venerunt fratres Ioſeph: &

a b c
tanquam in proprijs bonis.
a b c d e f g h i k l m n
gauiſus eſt Pharao, atque omnis ſamilia eius. Dixitque ad Ioſeph, vt imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem veſtrum,

l m n
.i. bona quæque, ſiue meliora. feraciſſimam .ſ. terræ partem, vnde ſubditur, vt comedatis.
a b c d e f g h i K l m n o p
& cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis

a b
.i. pinguedinem. q. d. meliores terræ fructus.
a b c d e f g h i K l m
medullam terræ. Præcipe etiam, vt tollant plauſtra de terra Aegypti, ad ſubuectionem paruulorum ſuorum, & coniugum: & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate

k l
.i. opes quæque, ſiue meliores, ferax. ſ. terræ pars.
a b c d e f g h i K l
quantocyus venientes. Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Aegypti veſtræ erunt. Feceruntque filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit

d
.ſ. Amaſis.
a b c d e f g h i K l
Ioſeph plauſtra, ſecundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoque

c h i
.i. diſſimiles duas, iuxta Hebr. mutatorias. Chald. ſingulas. *nomen eſt ſpecialis monetæ, tempore Chriſti, ſeptem ſolidos valens.*
a b c d e f g h i k l m
proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis

a
iuxta Hebr. mutatorijs.
a b c d e f g h i k l m n
optimis: tantumdem pecuniæ, & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui

d
.i. pretioſioribus.
a b c d e f g h i k l m
ſubueherent ex omnibus diuitijs Aegypti: & totidem aſinas, triticum in itinere, panesque

i k l
.ſ. ne rixemini, aut contendatis de venditione mea.
a b c d e f g h i k l m n o
portantes. Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob. Et nunciauerunt ei, dicentes:

p a b c d
quaſi defecerat cor eius, & quaſi ſoporatus aliquandiu manſit. Septuag. obſtupuit, & non credebat eis. Et iuxta Hebr. diſſolutum, ſeu debilitatum eſt cor eius.
a b c d e f g h i k l m n o p
Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quaſi

de graui

e f g h
.i. vix credebat, ſiue quaſi vatillabat.
a b c d e f g h i k l m n
de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem

i x l o a
tanta eſt gaudij vis. .i. ſufficiens gaudium mihi eſt.
a b c d e f g h i x l m n o
rei. Cumque vidiſſet plauſtra, & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit

g i k
ſ. etiam ſi Aegypti princeps non eſſet. pro, vt videam.
a b c d e f g h i k l m n
mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

S C H O L I A.

Ioſeph. 2. ant. c. 4. 14 *Et gauiſus eſt Pharao.*] Tanquam in proprijs bonis, vt inquit Ioſephus. Porro, cum Pharaonis nomen, regiæ fuerit dignitatis apud Aegyptios, vt ſupra diximus, hunc Amaſim proprio nomine dictum, tradunt ex Manethone Aegyptiorum *Manethon.* ſacerdote, & cronographo antiquiſſimo.

15 *Omnia bona Aegypti.*] Iuxta Hebræum eſt: Bonum terræ. vnde omnia bona Aegypti, ideſt, bona quæque, ſiue quæ bona, & meliora ſunt, quaſi dicat: optimam partem Aegypti, & fertiliſſimam habitabitis. vnde & ſubditur: Vt comedatis medullam terræ, ideſt, pretioſiores quoſque fructus.

16 *Nec dimittatis quicquam de ſupellectili veſtra.*] Iuxta Hebræum, & Septuaginta eſt: Et oculus veſter ne parcat inſtrumentis veſtris. Inſtrumenta vocant ſupellectilem, vnde & ſecundum genuinum ſenſum tranſtulit Vulgatus: Nec quicquam de ſupellectili veſtra dimittatis. Aliqui putant ſenſum eſſe iuxta verba Chaldæi, & Septuaginta, ne pretioſiora minori pretio diſtrahere curarent, quibus futuræ erant opes Aegypti, ne retardarentur: ſed vtrumq; intelligi poteſt; inſtitutum enim Ioſeph fuit, vt continuo cum omni ſupellectili in Aegyptum venirent, nec quicquam relinquerent, ſed ſecum aſportarent, ſeu venderent.

17 *Quia omnes opes Aegypti veſtræ erunt.*] Hebræi hoc ad prophetiam referunt, quando profecti filij Iſrael Aegyptiorum opes aſportarunt, etſi Pharao, nec Propheta, nec quid ſibi vellet, intelligeret. ſed certe, cum iuxta Hebræum ſit, ſicut ſupra, ſcilicet, bonum terræ, feraciſſimam Aegypti partem, quam eis traditurus erat, opes vocat: omnes opes, ideſt, quæ pretioſiora ſunt apud Aegyptios.

צדה *Hier. q. hebr. in Gen.* 18 *Et cibaria in itinere.*] Verbum *Zeda*, ideſt, cibaria, aduertit Hieronymus, eſſe etiam in pſalmo, vbi nos legimus: Viduam eius benedicens benedicam, ideſt, cibaria benedicens benedicam, quaſi dicat: largiter, & affluenter tribuam. Sed forſan Hebræa vox æquiuoca eſt ad vtrumque.

19 *Binas ſtolas.*] Iuxta Hebræum eſt: Veſtes mutatorias, ſiue mutationes veſtium, quod iuxta Hebræorum ſchema propriiſſime vertit Vulgatus, binas ſtolas, ideſt, duas diſſimiles veſtes.

20 *Trecentos argenteos.*] Tempore Chriſti Domini, argenteus ſpecialis monetæ nomen, ſeptem ſolidorum valoris erat, oſtenditur vnus Lutetiæ, in ædibus Sancti Ioannis Lateranenſis, ex illis, vt fertur, quos Iudas in templum abiecit, aduerſam hominis effigiem habens, & integram, à tergo vero floſculum ſine indice.

21 *Ne iraſcamini in via.*] Per iræ nomen, non ſolum eã, quæ preciſe ira eſt, intelligit; ſed vt commune nomen eſt ad tumultum, contentionem, & rixam: ne igitur contendatis, neque rixemini, timuit ſiquidem vir prudens, corrixaturos fratres in via adinuicem, venditionis ſuæ culpam in alterutrum retorquentes, quaſi dicat: iam vobis ex animo remiſſa eſt iniuria, non eſt vt quid amplius ſuper illa contendatis.

22 *Quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis.*] Iuxta vim Hebraicæ literæ: Quaſi diſſolutum fuit cor eius ad filiorum verba, ita vt vitalis eius ſpiritus quodammodo ceſſarit; vnde quaſi ſoporatus manſit: reuiuiſcente vero ſpiritu, & cordis motu, quaſi de grauiſſimo ſomno euigilare viſus eſt, quod autem dicitur: Non credidit, etiã ex vi ſermonis Hebraici, & iuxta Chaldæum, ideſt, vix credidit, ſiue vacillauit. vnde & Ioſepho teſte, cum Dei opera eſſet expertus, credidit à Deo ſimilia fieri; ſed an facta, vt filij dicebant, præ gaudio, vix ſibi perſuadebat. Præterea Chryſoſtomus legit: Reexcitatus eſt ſenex decrepitus, terram expectans. quæ verba ſic interpretatur: ſicut ignis in lucerna, quando deficit olei alimonia, & iam extinguitur, ſi parum quis olei infuderit, repẽte, quod extingui putabatur, clariorem emittit lucem, ita & ſenex Iacob præ triſtitia extingui videbatur, vbi autem agnouit Ioſeph viuere, iuuenis ex ſene quaſi factus eſt. Quod autem hoc loco in paraphraſi Chaldaica legitur: Quieuit Spiritus ſanctus ſuper Iacob patrem ipſorum, Iudæi aliter quam par eſt interpretantur.

23 *Sufficit mihi.*] Chaldæus: Magnum gaudiũ eſt mihi. quaſi dicat: ſufficiens gaudium mihi eſt, vt Ioſeph viuat, etiam ſi Aegypti princeps nõ eſſet.

CAPVT XLVI.

i K
quod ibi cum Abimelech Abraham cum iuramento fœdus inierit.
a b c d e f g h i k l m n
Profectusque Iſrael cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti. & mactatis ibi

c d e
propter peculiarem cultum, & fœdus.
a b c d e f g h i k l m n o
victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit eum per viſionem noctis vocantem ſe, & dicentem ſibi:

Iacob, Iacob. Cui reſpondit: Ecce adſum. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui:

a b g h i k l l n o a b
timebat enim de multis, de quibus in ſequentibus Deus excuſſit timorem. *.i. ibi magnam habebis poſteritatem.* *.i. poſteritatem tuam.* *.i. gratiam, & fauorem meum ſemper comitem habebis.*
a b c d e f g h i k l m n o
noli timere, deſcende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego deſcendam

g h i K l m n o p a
.i. poſteritatem tuam. *.ſ. in terram promiſſam.* *.i. ſuperſtitem relinques, & præſentem cum obieris, & hic claudet oculos tuos.*
a b c d e f g h i k l m n o p
tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos

f g
vt ſupra.
a b c d e f g h i k l m n
tuos. Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis, &

g K
.ſ. Amaſis. *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i K l m n o
vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portandum ſenem, & omnia quæ poſſederat

i p q a b c
.i. poſteritate, ſiue progenie. *pro filia, & nepte .ſ. Sara. Iuxta Hebr. filia eius, & filia filiorum eius.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
in terra Chanaan: venitque in Aegyptum cum omni ſemine ſuo, filij eius, & nepotes, filiæ, &

K l m n a
vel ipſi, vel parentes eorum, vel ipſi actu nati, vel in lumbis patrum.
a b c d e f g h i K l m n
cuncta ſimul progenies. Hæc ſunt autem nomina filiorum Iſrael, qui ingreſſi ſunt in

b g K m
.ſ. Iacob. *in Hebræo Reuben.* *in Hebræo Chanoch, à quo familia Henochitarum.* *à quo familia Phalluitarum.*
a b c d e f g h i K l m n
Aegyptum, ipſe cum liberis ſuis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Henoch, & Phallu &

a e f h K m o q
à quo familia Heſronitarum. *à quo familia Carmitarum.* *à quo familia Iamuelitarum.* *à quo familia Iamenitarum.* *in Heb. Ohad* *à quo familia Iachinitarum.* *in Hebræo Sochar.* *à quo familia Saulitarum.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Heſron & Carmi. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Abod, & Iachin & Sohar, & Saul

d e g i l
à quo Leuita, qui templo ſeruiebant. *à quo familia Gerſonitarum.* *à quo familia Caathitarum.* *à quo familia Meraritarum.* *in Hebræo Ienda.*
a b c d e f g h i k l m n o
filius Chananitidis. Filij Leui: Gerſon & Caath & Merari. Filij Iuda: Her & Onan

& Sela,

b d f
à quo familia Selaitarum. à quo familia Pharesitarum. à quo familia Zareitarum.
a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ
& Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natiq. ſunt filij

b d f g i l p q
à quo familia Heſronitarum. à quo familia Hamulitarũ. in Hebræo Iſaſchar. à quo familia Tholaitarum. à quo familia Phuaitarum. à quo familia Ieſubitarum. in Hebræo Zebulon. à quo familia Sareditarum.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Phares: Heſron & Hamul. Filij Iſſacar: Thola & Phua & Iob & Semron. Filij Zabulon: Sared

b d i k l r a
à quo familia Elonitarum. à quo familia Ialelitarum. .i. peperit. vel inde oriundes, patres vero ibi ortes. .i. homines.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
& Elon & Iahelel. Hi filij Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ cum Dina filia ſua. omnes

c k m o q
.i. filia .ſ. Dinæ. à quo familia Sephonitarum. à quo familia Haggitarum. à quo familia Sunitarũ. à quo familia Oznitarũ.
a b c d e f g h i k l m n o p q
animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Eſebon

b d f i n p
à quo familia Heritarum. à quo familia Aroditarum. à quo familia Arelitarum. à quo familia Iemnaitarum. à quo familia Ieſſuitarum. à quo familia Beriitarum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
& Heri & Arodi & Areli. Filij Aſer: Iamne & Ieſua & Ieſſui & Beria, Sara quoque ſoror

d f i
à quo familia Heberitarum. à quo familia Melchielitarum. in Hebr. Zilpha.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ. & hos

genuit Iacob, ſedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Beniamin. Natiq. ſunt Ioſeph

h k
in Hebræo Aſnath. in Hebr. Potiphara.
a b c d e f g h i k l m n o
filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes &

d e i l n r
qui & Iemini. à quo familia Belaitarum. à quo familia Aſbelitarum. à quo familia Achiramitarum. à quo familia Naamitarum. qui & Roſa.
a b d e f g h i k l m n o p q r ſ
Ephraim. Filij Beniamin: Bela & Bechor & Aſbel & Gera & Naaman & Echi & Ros &

a e m n
qui & Sephutam, & Suphai. à quo familia Suphamitarum. à quo familia Areditarum. .i. homines.
a b c d e f g h i k l m n o
Mophim & Ophim & Ared, hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quattuordecim.

b c f h k m
à quo & Danitæ. à quo familia Suhamitarum. à quo familia Ieſielitarum. à quo familia Gunitarum. à quo familia Ieſeritarum. à quo familia Selemitarum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Filij Dan: Huſim. Filij Nephtali: Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. Hi filij Balæ, quam dedit

k l m n o p a b c
.i. homines. .i. homines vtriuſque ſexus. .i. vel iſſi ſed ſui, vel in lumbis patrum.
a b c d e f g h i k l m n o p
Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ, ſeptem. Cunctæ animæ, quæ ingreſſæ

h i k l
.i. ortum, & genus ab illo habent.
a b c d e f g h i k l m n o p
ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius,

ſexaginta ſex. Filij autem Ioſeph, qui nati ſunt ei in terra Aegypti, animæ duæ.

b e f g K l
.i.homines. *qui actu vel in lumbis patrum.* *annumerato etiam ipſo Iacob, vt omnium parente.*
a b c d e f g h i k l
Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum, fuere ſeptuaginta.

S C H O L I A.

1 VENIT *ad puteum iuramenti, & mactatis victimis Deo patris ſui Iſaac.*] Berſabeæ iuramenti puteus interpretatur, vbi cum Abimelech fœdus pepigerat Abraham, ſupra cap. 21. eſtq; terminus terræ Chanaan verſus Aegyptum. Porro quemadmodum in Meſopotamiam cum proficiſceretur, in monte Moria Dominum orauit, & illum conſuluit ſupra cap. 26. ita & modo in Aegyptum pergens, more ſolito litauit in Berſabeæ, vbi & Abraham ſupra cap. 21. & Iſaac cap. 26. Dominum deprecati fuerant. Dicitur autem Deus Iſaac, ſicut & Abraham, ob peculiarem cultum, & fœdus initum.

2 *Iacob Iacob.*] Hebræorum eſt, nomina, & verba per epitheſim geminare, quo innuant vel affectus magnitudinem, vel ſequẽtis euentus indubiam fidem, & celeritatem.

3 *Ecce adſum.*] Promptiſſimi animi verba ſunt, ad ſedulo, & alacri animo nuncia obeunda.

4 *Noli timere, ſed deſcende in Aegyptum.*] Timebat, ne quid mali accideret, iuxta illud quod dominus auo ſuo prædixerat ſupra cap. 15. ſubiicient eos ſeruituti, & affligent 400. annis, ne & ſemen ſuum cum infidelibus miſceretur; tum etiã ne promiſſam hęreditatem, ob filiorum ſcelera, amitteret: quibus omnibus Dominus ſatisfecit, aſſerens facturum illum ingentem magnam, ideſt, vt magnam in Aegypto haberet poſteritatẽ. Rurſum: Ego deſcendam tecum: ideſt, gratiã, & fauorem meum ſemper comitem habebis. Porro: Et ego inde adducam te reuertentẽ. quod licet aliqui de ſepultura eius corporis intelligant, cum adduci in ſpeluncã duplicem mandauit, & factum eſt: tamen ſenſus legitimus eſt: Te, ideſt, poſteritatem tuam, aliquando de Aegypto reducam, in terram quam promiſi.

5 *Ioſeph quoq; ponet manus ſuas ſuper oculos tuos*] Ideſt, cum morte obieris, Ioſeph ſuperſtitem habebis. forſan ſchema hoc locutionis ortum habet ab eo, quod tunc, qui prædilectus erat, defuncti eius oculos claudere conſueuiſſet, ſicut & apud Romanos
Plin. lib. 11. c. 13. nos in vſu fuiſſe, teſtatur Plinius, & apud alios ethnicos ſcriptores plura extant exempla eiuſdem, vt apud Euripidem in Hecubã, & apud Virgilium lib. 9. de Euriali matre plangente ſe filio occiſo operire oculos non potuiſſe. Et apud Ouidium in epiſtolis: Penelope reuocat ſuum Vlyſſem; vt Laerti patri, morti proximo hoc perſoluat officium. Et apud Lucanum lib. 3. & Valerium maximum lib. 2. ſimilia ſunt, & aliorum exempla.

6 *Filiæ.*] Quo nomine, nõ ſolum Dinam, ſed & neptem Saram filiam Gad intelligit, filiam vocans.

7 *Filij Ruben, Henoch, & Phallu, & Heſron, & Charmi.*] Ruben in Hebræo *Reuben*, Henoch in Hebræo *Chanoch*, à quo familia Henochitarũ Num. 26. Phallu, à quo familia Phallitarum, Num. 26. Heſron, in Hebræo *Cheſron*, à quo familia Heſronitarum. Charmi, à quo familia Charmitarum Num. 26.
ראובן
חנוך
חצרן

8 *Filij Simeon, Iamuel, & Iaamin, & Iami, & Abod, & Iachin, & Sobar, & Saul.*] Iemuel, qui & Namuel, Num. 26. & 1. Par. 4. à quo familia Namuelitarum. Iamin, à quo familia Iaminitarum, Num. 26. & 1. Par. 4. Ahod in Hebreo *Hoad*. Iachin, à quo familia Iachinitarum, Num. 26. Sohar, in Hebræo *Sochar*. Saul, à quo familia Saulitarum. Porro præter iſtos, & alij recenſentur. 1. Par. 4. tamen tam pro hoc loco: quam pro alijs generationibus, aduertendum eſt: quandoque eoſdem varijs nominibus nuncupari, diuerſis in locis ſacræ Scripturæ, quandoque vno loco ſubticeri aliquos, qui alio loco exprimuntur, tum denique quandoque nepotes inter filios recenſeri; quæ ſi obſeruaueris, magnam in genealogijs confuſionem, quæ oriri poterat, vitabis. Denique videndus S. Hieronymus, qui locum iſtum confert cum his, quæ 1. Par. 4. de filijs Simeon habentur, rationemq. diſcriminis in ſingulis docte aſſignat.
אהד
שחר

9 *Filij Leui, Gerſon, & Cahath, & Merari.*] Leui, à quo Leuitæ, qui in templo miniſtrabant. Gerſon, à quo familia Gerſonitarum, Num. 26. Caath in Hebræo *Cehath*, a quo familia Caathitarum, Num. 26. Merari, à quo familia Meraritarum, Num. 26.
קהת

10 *Filij Iudæ, Her, & Onan, & Sela, & Phares, & Zara.*] Iudas, in Hebræo *Iehuda*. Sela, à quo familia Selaitarum, Num. 26. apud Septuaginta dicitur, Silom. Phares, à quo familia Phareſeitarum. Zara, qui & Zare, à quo familia Zareitarum, Num. 26. Porro, Her, & Onan multis annis in Chanaan, ante ingreſſum Iacob in Aegyptum, mortui erant; hic autem memorantur, vt appareat, quos filios ante ingreſſum Aegypti genuiſſet Iudas.
יהודה

11 *Filij Phares, Heſron & Hamul.*] Eſron in Hebræo *Cheſron*, alius à filio Ruben, & ab iſto fuit familia Heſronitarum, Num. 13. & 1. Par. 4. vocatur Iephone. Sunt & ciuitates eiuſdem nominis Ioſue 15. Porro Hamul, in Hebræo *Chamul*, à quo & familia Chamulitarum, Num. 26. & 1. Par. 2. Iam licet filij Phares nati fuerint poſt ingreſsũ Iacob in Ægyptũ, recenſentur tamen hic, & dicuntur ingreſſi non in ſe, ſed in patre ſuo Phares. ſicut filij Liæ nati dicũtur in Meſopotamia, ratione parentum ſuorum, ſ. Iudæ
חצרן
חמול

cum

cum ipſi nati ſint in Chanaan, ſic Auguſt. quæſt. 151. in Gen. videndus eſt Auguſtinus quæſt. vltima in Gen. & 18. de ciu. Dei cap. 40.

יששחר פוה שמרן

12 *Filij Iſſachar, Thola, & Phua, & Iob, & Simeron.*] Iſſachar, in Hebræo *Iſſaſchar*: Thola, à quo familia Tholaitarum, Num. 26. Phua, in Hebræo *Phuua*, à quo familia Phuaitarum Num. 26. & primi Paral. 7. Iob, qui & Iaſub Num. 26. à quo familia Iaſubitarum. Simeron in Hebræo *Simron*, qui & Semram, Num. 26. à quo familia Semramitarum.

זבלון שרד יחלאל

13 *Filij Zabulon, Sared, & Elon, & Iahebel.*] Zabulon in Hebræo *Zebulun*. Sared in Hebræo *Sered*, à quo familia Sareditarum. Elon, à quo familia Elonitarum. Iahebel, in Hebræo *Iachleel*, qui & Ialel Num. 26. à quo familia Ialelitarum.

14 *Hi filij Liæ, quos genuit in Meſopotamia.*] Quos genuit, ſiue qui etiã originem ducunt ab illis, quos in Meſopotamia genuit, vt ſunt filij Iudæ, & aliorũ, qui certe in Meſopotamia nati non fuerunt. Porro, genuit, ideſt, peperit.

15 *Omnes animæ filiorum eius, & filiarum, triginta tres.*] In hoc numero quibuſdam viſum eſt, non cõputari Dinam; alijs etiam computari Iacob: ſed certe, qui non connumerantur, ſunt Her, & Onan, qui mortui ſunt in Chanaan, nec ingreſſi Aegyptũ. Dina vero computatur, cum dicat, & filiarum: ſicque abſque Iacob ſunt triginta tres.

צפיון חגי אצבן ארי

16 *Filij Gad Sephon, & Aggi, & Eſebon, & Suni, & Heri, & Arodi, & Areli.*] Sephon, in Hebræo *Siphion*, à quo familia Sephonitarum, Num. 26. Aggi in Hebræo *Chaggi*, à quo familia Aggitarum, Num. 26. Eſebon, in Hebræo *Esbon*, qui & *Ozni*, à quo, & familia Oznitarum, Num. 26. Suni, à quo familia Sunitarum, Numer. 26. Heri, in Hebræo *Eri*, qui & Her, à quo familia Heritarum, Num. 26. Arodi, qui & Arod, à quo familia Aroditarum Num. 26. Areli, qui & Ariel, à quo familia Arielitarum.

ימנה ישוי בריעה שרח

17 *Filij Aſer, Iamne, & Ieſſua, & Ieſſur, & Beria: Sara quoque ſoror eorum.*] Iamne, ſiue Iemna, in Hebræo *Imna*, à quo familia Iemnaitarum, Num. 26. Ieſſur, ſiue Ieſſui, in Hebræo *Iſui*, à quo familia Ieſuitarum, Num. 26. & Beria, in Hebræo *Berija*, qui & Baria. 1. Paralip. 7. & Brie, Num. 26. à quo familia Brieitarum. Sara vero, in Hebræo *Serach*, hæc inter viros etiam recenſetur, ob inſignem eius virtutem, qua Abrahæ vxorem illuſtrem, ſicut & nomine, referebat.

חבר מלכיאל

18 *Filij Beria, Heber, & Melchiel.*] Heber, in Hebræo *Cheber*, à quo & familia Heberitarum, Num. 26. Melchiel, in Hebræo *Malchel*, à quo familia Melchielitarum, Num. 26.

מפים

19 *Filij Beniamin, Bela, & Bechor, & Aſbel, & Gera, & Naaman, & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared.*] Beniamin, qui & Iemini. Bela, à quo familia Belaitarum, Num. 26. Aſbel dicitur Iediel. 1. Paralip. 7. à quo familia Aſbeleitarum, Num. 26. Gera dicitur Achiram num. 26. à quo familia Achiramitarum. Naaman, qui & Noha, primi Paralip. 8. à quo familia Naamitarum, Num. 26. Echi, qui & Rapha. 1. Paral. 8. Mophim, in Hebræo *Muppim*, qui & Sephatum. 1. Paralip. 8. & Suphat, Num. 26. à quo & familia Suphanitarum. Ared, in Hebræo *Arde*, à quo & familia Hereditarum, Num. 26. qui tamen ibi connumeratur inter filios Bela: hic vero filius Beniamin, ideſt, nepos. Præterea hi filij, & nepotes Beniamin per anticipationem hoc loco poſiti ſunt, cum nondum nati eſſent: *Intraſſe autem* dicuntur Aegyptum, non in ſe, ſed in ſuis patribus ſicut dictum eſt etiam de filijs Phares, Heſron, & Hamul; ita Aug. q. 151. in Gen.

ארד

חשים

20 *Filij Dan, Huſim.*] Filij, more Hebræorum, plurale pro ſingulari, ideſt, filius. Porro, Dan eſt, à quo ciuitas Dan, quæ prius Lais dicebatur, poſtea Paneas. Huſim vero, in Hebræo *Chuſim*, qui & Suhan, Num. 26. à quo familia Suhanitarum.

יחצאל שלם

21 *Filij Nephtali, Iaſiel, & Guni, & Ieſſer, & Sallem.*] Iaſiel, in Hebræo *Iachſeel*, qui & Ieſiel, Numer. 26. à quo familia Ieſileitarum. Guni, à quo & familia Gunitarum. Ieſſer, à quo familia Ieſſeritarum, Num. 26. & primi Paralip. 7. Sallem in Hebræo *Silem*, qui & Sillem, Num. 26. à quo familia Silemitarum, qui & Sallum, primi Paralip. 7.

22 *Cunctæque animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius.*] Animæ per ſynecdochen, homines intelliguntur. Porro, ingreſſæ ſunt cum Iacob: ſic intelligendum puto, ſicut de aliquibus dictum fuit in hoc capite, quos genuit in Meſopotamia; quia eorum parentes ibi geniti fuerant: ſic in lumbis patrum ingreſſos in Aegypto de aliquibus intelligendum cenſeo; vix enim perſuadere mihi poſſum, iam Beniamin tot genuiſſe filios, quia & nepotes eius, etiam connumerantur: vt Ared filius Bela, cum tamen conſtet ex verbis Iacob, ſcilicet, ne quid mali patiatur puer in via, & ex verbis Ioſeph, ſcilicet: Miſereatur tui Deus fili mi: Vix dici potuiſſe, niſi de puero, vel adoleſcentulo ante vigeſimum annum. Et ætatis Ioſeph ab ingreſſu in Aegyptum vſque ad aduentum Iacob cum filijs, collatione habita cum ætate Beniamin, qui iunior erat, idem apparebit: tum etiam & filij Phares, de quibus ex debita annorum ſupputatione liquido conſtat, in Aegypto natos fuiſſe. Iam de femore Iacob egreſſi dicuntur, qui omnes ab illo ortum, & originem acceperunt, Hebraico ſchemate, quod ſeminalia vaſa, quæ meliorem, ac puriorem deferunt ſanguinem in teſtes, vt ex ipſo ſemen fœcundius fiat, ſunt venæ quædam, quæ in lumbis deſciſæ, antequam in tres ramos, qui per crura decurrunt, diſtribuatur, recurrunt per femora in teſtes in viris, & in mulieribus in vterum.

23 *Sexaginta ſex.*] Computatis triginta tribus filijs Liæ, ſicut ſupra decreuimus, qui poſtmodum annumerati ſunt cum illis, ſatis aperte iſtum numerum implent: ſic Sanctus Hieronymus quæſt. Hebr. in Gen. & Albinus quæſt. in Gen. computant; ſic etiam, & Ioſephus 2. antiquitatum cap. 10. quare vero hos Moyſes numeret, quorum aliqui nepotes, alij abnepotes Iacob, & nondum nati, cum Aegyptum ingrederetur, & non alios, qui in eodem conſanguinitatis gradu à Iacob, quorum meminit Scri-

Hieronymus. Albinus. Ioſephus.

ptura alijs locis: Certe ſcriptura non exprimit, & vix à nobis cauſa aliqua aſſignari poteſt: credendum tamen, id diuino conſilio factum.

24 *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum fuere ſeptuaginta.*] Si enim ſexaginta ſex, addamus Ioſeph cum duobus filijs ſuis, ſicut in textu adduntur: tum quod ingreſſi ratione patris, ſcilicet Ioſeph, quamuis ipſi in Aegypto nati ſint, ſicut de filijs Iudæ dictum fuit, quos genuit in Meſopotamia, ratione Iudæ patris eorum, qui ibi natus fuerat: tum etiam, quod forſan iam nati, comitati ſunt patrem ſuum Ioſeph, cum egreſſus eſt in Geſſen ad Iacob: & ſimul ingreſſi, cum Iacob in Aegyptum introiret, & de eius femore orti. His ſi addas ipſum Iacob, tanquam patrem, & parentem huius domus, & familiæ, certe complebis prædictum numerum ſeptuaginta: maxime quia hæc enumeratio dependet ex illis prioribus verbis ſuprapoſitis, ſcilicet: Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael, qui ingreſſi ſunt in Ægytum ipſe cum liberis ſuis. vbi vides non excludi ipſum Iſrael, ſiue Iacob, ſed ſimul cum filijs computandum. Porro, Septuaginta interpretes poſuerunt, ſeptuaginta quinque, certe per prolepſim prædictis adiungentes aliquos, quorum putabant eandem eſſe cauſam; vt ſcilicet, quia eodem conſanguinitatis gradu cum Iacob, licet in Aegypto nati, ſcilicet, quinque alij filij Ioſeph, ſicut & aliqui ex his, qui inter ſeptuaginta numerati ſunt, quorum verſionem cum eadē prolepſi ſecutus eſt Sanctus Lucas in Actibus Apoſtolorum, vt Hieronymus, Auguſtinus, Eucherius, Alchuinus aduertunt; quod apud gentes ad quos ſcribebat, diuulgatum eſſet teſtimonium iuxta Septuaginta, quorum verſionem cęteris præferebant; maxime, quod nullū eſſet hiſtoriæ mendaciū; eadem enim prolepſi, qua aliqui ex nepotibus, & abnepotibus Iacob, etiā in Aegypto poſt ingreſſum Iacob nati, adnumerantur inter ſeptuaginta, potuerunt addi & alij quinque, abſque mendacio hiſtoriæ, ex his, qui in Aegypto nati, vt eodem tamen conſanguinitatis gradu cum Iacob eſſent. At vero Septuaginta erraſſe, & hunc errorem ſecutum eſſe Sanctū Lucam Act. 7. neſcio quis fidelium audeat affirmare, ſcriptorem ſcilicet canonicum, Spiritu ſancto calamū eius dirigente, quocunque modo dicat feciſſe, ſiue ſcienter, ſiue inſcienter; ſi enim ſemel hoc admitteremus, Scripturæ fides rueret. Secus eſt, ſi quis diceret; Sanctum Lucam fideliter dicta S. Stephani retuliſſe, Stephanum vero errorem Septuaginta ſecutum fuiſſe, quod talis editio tunc communior eſſet. Sed præſtat patrum mens iam recenſita, ſ. Septuaginta per prolepſim aliquos annumeraſſe, quod par videretur ratio de iſtis, ac de aliquibus aliis in numero ſeptuagenario comprehenſis, quod abſque errore fieri potuit, vt dictum eſt. Quinimmo Auguſtinus loco citato, afflatu Spiritu ſancti, non abſque aliquo myſterio, Septuaginta illos quoque appoſuiſſe, affirmat.

Hier. q. hebr. in Gen. Alch. q in Gē. Aug. 16. de ci. Dei c. 40. & q. 152. & 25. in Gen. & q. vlt. in Gen. Eucher. lib. 3. in Gen. c. 46. & q. in Deut.

---

c h i K m o
quod cæteris efficacior in cunctis, & gratiſſimus apud Ioſeph. *patrem iam iter cœpiſſe Geſſem verſus.* *& locum præpararet.* *poſtea dicta eſt Tebais, ſecundum Hebræos.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Miſit autem Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt nunciaret ei, & occurreret in Geſſen. Quo cum perueniſſet,

---

m n
ſ. Iacob. *ſ. Ioſeph.*
a b c d e f g h i k l m, n o p
iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eundem locum: videnſque eum, irruit ſuper

---

b f
ſ. Ioſeph genuflexi. *iuxta Hebræum, adhuc fleuit, id eſt, aliquantiſper.*
a b c d e f g h i k l m n o p
collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitque *pater ad Ioſeph: Iam lætus moriar, quia vidi*

---

a b c d e f q a b c
i. video te adhuc viuentem, cum ego iam moriar. *i. domeſticos, & familiares.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem

---

g n
ſ. Amaſi. *i. domeſtici.*
a b c d e f g h i k l m n o
domum patris ſui: Aſcendam, & annunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris

---

m n p q a b
i. paſtoritiam vitam exercent. *explicatio eſt prædictorum verborum. i. curam gerunt gregum.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me, & ſunt viri paſtores ouium, curamque habent

---

alendo-

alendorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt

g h i k m n
.i. quam artem, ſiue quod opificium exercetis. .i. paſtoritium eſt opus noſtrum.
a b c d e f g h i k l m n
ſecum. Cumque vocauerit vos, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis: viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autem dicetis,

a b c d e f
quod animalia, quæ ipſi priſca religione colebant, Hebræi ad eſum mactabant, & Hebræos, vt viliſſimos deſpiciebant.
a b c d e f g h i K l m
vt habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur Aegyptij omnes paſtores ouium.

S C H O L I A.

25 *Miſit autem Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in Aegyptum, vt nunciaret ei.*] Iudam miſit, qui cæteris efficacior in cunctis: & gratiſſimum nouerat apud Ioſeph, maxime à die illo, quo, pro Beniamin liberando, egregie apud illum egerat. Porro, cum dicitur: Vt nunciaret: ſubintelligendum eſt; iam iter agere Iacob in Geſſen, vt ei occurreret Ioſeph, immo & vt præpararet locum, quo eſſet eius pater venturus. vnde & Chaldæus paraphraſtes vertit: Vt præpararet locum ante ſe.

26 *Et ille occurret in Geſſen.*] Septuaginta tranſtulerunt ad vrbem Heroum, in terram Ramaſſe. ſed, teſte Hieronymo, in Hebræo non ſunt prædicta verba, ſed tantum in Geſſen. Porro Geſſen, ad Septemtrionē iacet Aegypti, verſus terrā Chanaan.

Hier. q. Hebr. in Gen.

27 *Et inter amplexus fleuit.*] Iuxta Hebræum eſt: Fleuit adhuc, ideſt, aliquantiſper, adeo vt teſte Ioſepho, ex inopinata lætitia, & inſperato gaudio, pæne ad effectum mortis vſque peruenerit. Chaldæus: Et inſuper fleuit ſuper collum eius. Septuaginta: Et fleuit fletu magno.

Ioſeph. 2. anti. cap. 10.

28 *Iam lætus moriar.*] Iuxta Hebræum eſt: Morior nunc. Septuaginta: Moriar ex nunc. Chaldaicà verò clarius reddidit: Quamuis nunc morerer, iam conſolatus eſſem, poſtquam vidi faciē tuā.

29 *Superſtitem te relinquo.*] Ideſt, quia adhuc video te viuentem. *alegre partire deſte mundo, vien dote quedar en el con ſalud, y honrado.*

30 *Curamque habens alendorum gregum.*] Iuxta Hebræū eſt: Homines pecoris ſunt. ideſt, ſolent alere pecora, nullamque aliam artem, quam paſtoritiā exercuere; ſemper habuerunt curam pecorum.

31 *Quod eſt opus veſtrum.*] Ideſt, quam artem exercetis, ſiue quod eſt opificium veſtrū.

32 *Viri paſtores.*] Ideſt paſtoritium eſt opus noſtrum, ſiue curam pecorum habere conſueuimus.

33 *Quia deteſtātur Aegyptij omnes paſtores ouiū.*] Ouium nomine, & capras, & vaccas, & earum mares intelligit, quæ Hebræi ad eſum feriebant, Aegyptij vero priſca religione vt Deos colebant. vnde & S. Thom. docet, ideo ex his ſacrificia in lege offerri; nō vero ex alijs animantibus, quæ gentes dijs ſuis litabant; ne cum eorum ſacrificijs conueniret. Porro, non ſolum, ideo paſtores deteſtabantur, ſeu abominabantur, vt Chaldæus, & Septuaginta vertunt; ſed vt tradit Strabo, cum Ægyptij primi, plebem trifariam diuiſerint: alios quidem ſacerdotes, alios milites, reliquos agricolas vocarūt; paſtores, vt omniū infimos contemnebant, quippe qui, curribus, & equitibus potētes, in ſuperbiā vtebātur.

S. Tho. 22. q. 102. a. 3. ad 2.

CAPVT XLVII.

d e
vt eius gratiam in ſuos experiretur. Amaſi. ſ.
a b c d e f g h i k l m n o
Ingreſſus ergo Ioſeph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres, oues eorum, & armenta,

f g h p
quam illos habitare deſiderabat. .i. præſtantiores, & viribus, & aſpectu &, ſermone facundiores.
a b c d e f g h i k l m n o p
& cuncta quæ poſſident, venerunt de terra Chanaan: & ecce conſiſtunt in terra Geſſen. Extremos

m n a
.i. quam artem exercetis?
a b c d e f g h i K l m n
quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram Rege: quos ille interrogauit. Quid habetis

o
.i. habitandum.
a b c d e f g h i K l m n o
operis? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos, & patres noſtri. Ad peregrinandum

e f g h i K
erat autem in paludibus Geſſen abunde, licet. ex pluuia defectu. ad triticum, & alia ſterilitas eſſet.
a b c d e f g h i k l m n
in terra tua venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum, in graueſcente

g
.i. habitare.
a b c d e f g h i k l m n o p q
fame in terra Chanaan: petimusque, vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaq;

n o p q r
.i. in optione tua eſt, vt praeſtantiorem partem, quam elegeris, illis des.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
Rex ad Ioſeph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conſpectu tuo eſt:

i k l
quam petierant fratres eius à Rege.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ
in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen. Quod ſi noſti in eis eſſe viros

d e f K l a b c
.i. prapoſitos. *paſtoritiam enim artem ſolum ſe exercuiſſe Regi dixerant.* *& honoris cauſa, & vt gratias pro beneficijs redderet.*
a b c d e f g h i K l
induſtrios, conſtitue eos magiſtros pecorum meorum. Poſt haec introduxit Ioſeph patrem

k l l o p
.i. ſalutans cum bonorum precatione. *.i. Regi.* *.ſ. Rege.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo: qui benedicens illi, & interrogatus ab eo: Quot

f g h i
.ſ. Iacob. *& quia in Chanaan peregrinus, & quia incola in hac vita ad caelum tendens:*
a b c d e f g h i k l m
ſunt dies annorum vitae tuae? Reſpondit: Dies peregrinationis meae centum triginta annorum

b d o a
.i. pauci comparatione ad patres ſuos. *.i. aerumnis, & laboribus pleni.* *.i. vixerunt in Chanaan, & in hac vita.*
a b c d e f g h i x l m n o
ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinati

c d
.i. valedicto cum aliqua bonorum precatione, & actis Regi gratijs.
a b c d e f g h i k l m u o
ſunt. Et benedicto Rege, egreſſus eſt foras. Ioſeph vero patri, & fratribus ſuis dedit

h l n o
per prolepſim ſic poſtea dicta, antea pagus Arſenoites. *.ſ. Amaſis.* *abſque pretio, & labore, ſicut pater ſolet alere filios.*
a b c d e f g h i x l m n o
poſſeſſionem in Aegypto in optimo terrae loco, Rameſſes vt praeceperat Pharao. Et alebat eos,

l
iuxta Hebr. terra.
a b c d e f g h i k l m n
omnemque domum patris ſui, praebens cibaria ſingulis. In toto enim orbe panis deerat,

c
dictio haec non eſt in Hebraeo.
a b c d e f g h i x l
& oppreſſerat fames terram, maxime Aegypti, & Chanaan. E quibus omnem

pecu-

a b
vendens maiori pretio, quam in annis vbertatis emerat.
a b c d e f g h i k l
pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis.

f g
.i. cuncti Aegyptij.
a b c d e f g h i k
Cumque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioſeph, dicens:

e
pro, moriemur, per quæ nos quæris ver morir:
a b c d e f g h i K l m
Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit:

e f g h i
dum enim haberent vnde emerent, non tenebatur gratis dare, dediſſet tamen pauperibus gratis, crediderim.
a b c d e f g h i k l m n o p
adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cum

o
.ſ. qui pecora, vel poſſeſſiones habebant.
a b c d e f g h i k l m n o
adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauitq. eos illo anno pro commutatione pecorum.

S C H O L I A.

1 EXTREMOS *quoſque fratrum ſuorum*] Nunciauit Pharaoni aduentum patris, & fratris in Geſſen, quam illos habitare deſiderabat) vt Regis gratiam erga illos experiretur; conſtituit etiā coram Rege fratres quinque extremos; ſic & Chaldaica tranſlatio. Alij legunt: Quoſdam, & vtrumque vox Hebraica importat. non debiliores, vt quidam putant, & rationē aſſignant: ſi robuſtiores obtuliſſet, ne eos in militia, aut in alijs occupaſſet, ſed ſeorſum cum patre eſſe poſſent: & ne Aegyptijs aſſociati, eorum exemplo idola colerent: ſed magis, extremos, ideſt, virium robore pollentes, & venuſto aſpectu, & ſermone facundiores, & eos, qui magis ad eius honorem, quam deſpectum præſtarent.

2 *Quid habetis operis*] Ideſt, quod opus exercetis? eos ſic interrogans, vt videret, in quibus benefacere, & honorare illos poſſet.

3 *Ad peregrinandum*] Hic, peregrinari, pro habitare ſumitur, & Hebraica vox *Gur.* vtrumque ſignificat, & Chaldæus, & Septuaginta legunt: Ad habitandum.

4 *Non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum*] Cum in humili eſſet loco Aegyptus, erant & in illa paludes, non ſolum ex Nili inundatione (licet tunc non ita fuerit, ſicut conſueuerat, teſte Ioſepho) ſed etiā ex terræ temperie, quæ illis in locis, aquis ſcaturientibus, paſcuis ad pecora abundabat, maxime in Geſſen, etiam ſi alias præ pluuiæ defectu ſicca eſſet terra, & ſterilis, ad triticum, & ad alia multa, ſicut aduertunt Auguſtinus, & Alchuinus.

Ioſeph. 2. anti. c. 11.

Aug. q. 160. in Gen. Alch. q. in G.

5 *Terra Aegypti in conſpectu tuo eſt*] Iuxta Hebræum habetur: Coram te eſt. quaſi dicat: optionem tribuo, vt Aegypti eam eligas partem, quam commodiorem, & præſtantiorem iudicaueris, & ad fratrum tuorum petitionem, terram Geſſen illis trade.

6 *Viros induſtrios*] Chaldæus, & Septuaginta: Viros fortes: ſed certe fortitudo hæc, non roboris, ſed induſtriæ ad illud operis intelligitur: quare Vulgatus docte ad ſenſum legit, induſtrios.

7 *Magiſtros pecorum*] Ideſt, præpoſitos, *mayorales*; paſtoritium enim opus ſemper ſe exercuiſſe, fratres Ioſeph Pharaoni dixerant.

8 *Introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem*] Et honoris cauſa, & vt beneficiorum, quæ acceperat gratias redderet.

9 *Qui benedicens illi*] Salutaſſe Iacob Regem hic intelligo, ea ſalutatione Hebræis ſolita, qua bona precabantur, veluti, pax vobis, qua ſæpe Chriſtum vſum legimus: pacis nomine bonum omne intelligentes, & adiunxiſſe credo, quæ in Regis laudem, & in gratiarum eſſent actionem. Et quia his miſcebat, ſicut frequenter fieri ſolet à ſenibus, bonorum precationes, omnia hæc ſub benedictionis nomine textus comprehendit.

10 *Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum ſunt, parui, & mali*] Iuxta Auguſtinum, peregrinationis vitæ, dixit; & quod ipſe & eius

Aug. q. 156. in Gen.

eius patres in Chanaam peregrini fuerint, (licet enim promiſſa illis fuerit terra, non tamen adhuc data:) tum quod præſens vita, iuxta Paulum, peregrinatio ſit: ad Hebræos 13. Non habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Porro, parui, ideſt, pauci, ſeu exigui dicuntur, comparatione ad patres ſuos, qui plurimis annis vixerant: & Abraham centum ſeptuaginta quinque, Iſaac centum octoginta, vnde ſubditur: Et non peruenerunt ad dies patrum meorum. Dies Hebraiſmo, ideſt tẽpus. Mali vero dicti ſunt, ideſt, ærumnis & laboribus pleni, vt ex perſecutione Eſau, inſidijs Laban, ſtupro Dinæ, inceſtu Ruben, venditione Ioſeph, colligere licet: ſic interpretantur Chryſoſtomus, & Anaſtaſius Nicæni Epiſcopus.

Chryſ. in epi. ad Corinth. Anaſt. q. 9. in Script.

11 *Et benedicto Rege*] Ideſt, valedicto, cum aliqua bonorum imprecatione, ſicut fieri quandoque ſolet.

12 *In optimo terræ loco Ramaſſes*] Per prolepſim dicta eſt ciuitas Ramaſſes, Exod. 1. multo poſt ſic nominata; antea enim, teſte Hieronymo, pagus erat, Arſenoites vocatus, in terra Geſſen, vt inquit Auguſtinus: ſed in meliori eius parte & vberiori ſitus. Ioſephus vero, Heliopolitam vrbem vocat.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 157. in Gen. Ioſeph. 2. ant. cap. 11.

13 *Et alebat eos*] Iuxta Hebræum eſt: Dabat panem ad os paruuli; vel quod ad manum ſemper cibum haberent, vt paruuli; vel quod in annonæ numero, & paruuli ſupputarentur, vt ſic abunde haberent. Alebat autem ſine pretio, & labore, ſicut dari ſolet filijs domus.

14 *Præbens cibaria ſingulis*] Intelligendum eſt iuxta Chaldaicam paraphraſim: Præbens iuxta familiam vniuſcuiuſque, panem, ideſt, cibum.

15 *E quibus omnem pecuniam exigebat*] Quæ tempore abundantiæ vili emerat, tempore famis licite carius vendidit: quem proinde ex Auguſtino Scriptura commendat, vt prudentem in conſilijs, & fidum in augendis Regis redditibus.

Aug. q. 159. in Gen.

16 *In toto enim orbe, panis deerat.*] Quæ per hyperbolem, & ſynecdochen dici credendum eſt: forte in Aegypto & circumiacentibus regnis ſterilitas illa fuit: non tamen in remotis, vt in Gallia, aut Hiſpania.

17 *Dedit eis alimenta pro equis*] Non enim tenebatur gratis dare, dum haberent bona, quibus comparare poſſent: credendum quippe eſt, pauperibus ſi qui erant, gratis diſtribuiſſe pro eorum indigentia; ſi enim omnibus abunde, & abſque pecunia dediſſet, etiam diuitibus, forſan profuſe abuſi eſſent, nec ſuffeciſſet triticum, quod congregauerat, & extrema inopia, in vltimis ſterelitatis annis periſſent.

---

c d
à die, quo pecunia defecerat.
a b c d e f g h i k l m
Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum noſtrum, quod

d m o
.i. quoque. *.i. nobis.* *.i. poſſeſſionibus, ſiue agris.*
a b c d e f g h i k l m n o
deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quod abſque corporibus & terra

c d c f g
q. d. non decet tuam humanitatem, vt videas nos fame mori, & non ſuccurras cum poſſis.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente? & nos & terra noſtra tui erimus: eme nos in

h n
iuxta Hebr. additur: pereamus. *non enim tenebatur gratis dare, dum haberent, quo emerent.*
a b c d e f g h i K l m n
ſeruitutem regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem. Emit

igitur Ioſeph omnem terram Aegypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine

b c d f g h i K l m n o a b
migrare faciens ab vno loco in alium, in ſignum huius ſubiectionis. *iuxta Hebr. & Chald. indicatur populum mutatum de vna ciuitate in aliam, in ſignum, quod nihil iam proprium haberent.*
a b c d e f g h i K l m n o
famis. Subiecitq. eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti vſque ad

d e f
qui dicati erant miniſterio deorum ſuorum, & ſcientias ſpeculatiuas publice profitebantur.
a b c d e f g h i K l m n o
extremos fines eius, præter terram ſacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis. quibus &

ſtatuta

f
ſ.gratis.
a b c d e f g h i k l m n
ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones

b c d
iam in vltimo anno ſterilitatis.
a b c d e f g h i k l m n o p q
ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos: En vt cernitis, & vos, & terram veſtram Pharao poſſidet:

k l m n
humanitate ſolita, tantum quintam exigit partem in terra feraci, etiam paruo hominum labore adhibito.
a b c d e f g h i k l m n o
accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familijs, & liberis veſtris. Qui reſponderunt:

a b c d e f g
.i. tu viuificaſti, & ſeruaſti nos, ita iuxta Hebræum. *.i. approbet: Eſte bien con noſotros.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantum dominus noſter, & læti ſeruiemus Regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti Regibus quinta pars ſoluitur, &

k l m n
i. nullas exſoluebant impoſitiones, aut gabellas.
a b c d e f g h i k l m n o p
factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit

b e m p
.i. Iacob. *pro, ſcilicet.* *.i. locupletatus.* *ſ. ſobole.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ergo Iſrael in Aegypto, ideſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctusq. eſt, & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem & ſeptem annis: factiq. ſunt omnes dies vitæ illius centum

d e f
vel viribus deficientibus, vel prophetia ſpiritu.
a b c d e f g h i K
quadraginta ſeptem annorum. Cumq. appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit

h i K
.i. ſi tibi ſum charus.
a b c d e f g h i k l m n o p q
filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam

a b e f g i m n o p
q. d. iura per Deum venturum in carne ex ſemine meo. *.i. gratiam hanc, quod ſ. promittes.* *adimplendo promiſſum.* *ne ſoboles amore Aegypti, ob eius ſepulchrum, afficeretur.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam, & veritatem, vt non ſepelias me in Aegypto:

a b e f n o p q a
.i. cum. *.i. moriar.* *.i. ſicut & patres mei.* *innuens in hoc reducendos aliquando à Deo in illam promiſſam terram.*
a b d e f g h i k l m n o p q
ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq. in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpondit Ioſeph: Ego faciam quod iuſſiſti. Et ille: Iura ergo, inquit, mihi: Quo

b c d f g h f g h
adorando faſtigium ſceptri Ioſeph. *.i. Iacob.* *venturum. ſ. in carne cuius regni ſymbolū erat ſceptrum Ioſeph.* *in illo enim ſedebat, vel procūbebat Iacob.* *iuxta Hebr. ſuper caput lecti. Septuag. ſuper ſummitatem virgæ, ſ. ſuæ.*
a b c d e f g h
iurante, adorauit Iſrael Deum, conuerſus ad lectuli caput.

S C H O L I A.

18 *Veneruntq. anno ſecundo*] Non quidem ſecundo à principio famis, vt patet intuenti textum; non enim vnico anno, & pecunias, & pecora pro tritico tradiderunt: computari igitur debet à defectu pecuniæ, anno ſecundo, qui iam ex vltimis ſterelitatis fuiſſe creditur.

19 *Pecora ſimul defecerunt*] Simul, ideſt, quoque; non enim ſimul, & pecunias, & pecora, ſed prius pecunias, quibus abſumptis, deinde pecora pro frumento tradiderunt.

20 *Quòd abſque corporibus*] Corporum nomine ſeipſos per ſynecdochen intelligunt: ſicut Iſaiæ 4. Et videbit omnis caro ſalutare. omnis caro, ideſt, omnis homo.

21 *Cur ergo moriemur te vidente*] Ideſt, non decet tuam, quam experti ſumus humanitatem, vt quibus ſubuenire poſſis, videas fame perire, vt quid ergo nos mori patieris coram oculis tuis? iuxta Hebræum eſt: cur ergo morimur coram te. qua loquutione poteſtas innuitur, ſicut ſupra, cum dixit Pharao: Terra Aegypti coram te, ſiue in conſpectu tuo eſt, ideſt, in poteſtate tua eſt eligere: ita & hoc loco, coram te, ideſt, cum in poteſtate tua ſit ſuccurrere, & à morte liberare. quaſi dicat, cur igitur permittis nos mori?

22 *Subiecitq. eam Pharaoni*] *Aabir*, quod eſt transire, & *Aabid*, quod ſubijcere ſeruituti importat, ſolum differunt in vltima litera, quæ in primo eſt *Res*, & in poſteriori eſt *Daleth*: quæ etſi ſono valde differant, figura tamen non adeo, quare iuxta Hebræum aliqui tranſtulerunt, vt Chaldæus: Et transire fecit. ideſt, illos antiquas mutare ſedes compulit, vel ab agro in ciuitatem, aut è conuerſo, & ab vna vrbe in aliam, vt ſic nihil iuris in priſtinis hæreditatibus obtinere profiterentur: & vt Ioſephus dicit, ſic Regi fieret firma poſſeſſio terræ, quam illi Ioſeph ſubiecerat: quare vtriuſque tranſlationis idem eſt ſenſus.

[Margin: העביר / העביד / ר / ד ; Ioſeph. 2. anti. c. 11.]

23 *Præter terram ſacerdotum*] Quod miniſterio deorum ſuorum dicati eſſent, & ſpeculatiuas ſcientias publice profiterentur, vt Ariſtoteles, & Ioſephus de deſcenſu Abrahæ in Aegyptum loquens innuunt, abſque pretio cibaria illis ex horreis publicis præbebantur, nec vlla ab eis vectigalia exigebat etiã tẽpore famis, etſi eis poſſeſſiones dono cõtuliſſet, nec proinde magis indigebat, ſed in dies ditior factus eſt. Sibi viderint, qui Eccleſiæ veri Dei redditus, omnibus, quibus poſſunt modis extenuare nituntur, quas quaſi in ſaccum pertuſum ſibi congregare experimur, & proprios prouẽtus minus, quam antea ſufficere, ſed has & illas diuitias quaſi euaneſcere.

[Margin: Ariſt. in proœm. metaph. Ioſeph. 1. anti.]

24 *Quintam partem regi dabitis*] Hoc iam vltimo ſterilitatis anno feciſſe teſtis eſt Ioſephus. Et quidem ſolita benignitate eſt vſus, vt in Aegypto paruo labore terra adeo feraci ex Nili inundatione, & ſemina daret, & quintam tantum fructuum partem exigeret.

[Margin: Ioſeph. 2. ant. cap. 11.]

25 *Salus noſtra in manu tua eſt*] Ideſt, benignitate, & induſtria tua ſeruaſti vitam noſtram. vnde in Hebræo eſt: *Hebeithanu*, ideſt, viuificaſti nos, & in Græco *Seſocas imas*, ſeruaſti nos.

[Margin: החיתנו σεσώκας ἡμᾶς.]

26 *Auctusque eſt & multiplicatus nimis.*] tam diuitijs, quam ſobolis multitudine, & breui tempore.

28 *Cum appropinquare cerneret diem mortis ſuæ.*] vel deficiente iam virtute, vel prophetiæ ſpiritu, quod probabilius eſt.

28 *Si inueni gratiam in conſpectu tuo.*] Ideſt, ſi gratia valeo apud te, vt filium decet, ſiue ſi tibi charus ſum.

20 *Pone manum tuam ſub femore meo.*] Femur hic, ſicut alibi ſæpe, vim generatiuam præſe fert, cuius rationem cap. 46. reddidimus. In quo autem Patriarchæ illi iurare intenderent, ſcilicet in Deo incarnando ex illorum ſemine, vidimus ſupra cap. 24. licet aliqui firmitatem iuramenti, & promiſſionis, putent importari in femore, vt fortiori corporis parte. Alij per mundi propagationem, quam magni æſtimabant patres illi; vim ſiquidem generatiuam per femur, vt diximus, intelligebant.

30 *Et facies mihi miſericordiam, & veritatem.*] Et, pro quod ponitur: ideſt, iura quod facies miſericordiam. Porro, miſericordiæ nomine, gratia hic intelligitur, ideſt, hanc gratiam, quæ ad promiſſionem refertur, ſicut veritas ad adimpletionem promiſſi.

31 *Sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque me in ſepulcro maiorum meorum.*] Sed, ideſt, cum: Cum dormiam cum patribus meis. quaſi dicat: Quando moriar, ſicut & patres mei. Porro, noluit in Ægypto ſepeliri; ne eius ſoboles, ob eius ſepulcrum, Aegypti amore afficerentur: in ſepulcro vero maiorum ſuorum condi elegit, ſcilicet in Hebron, terra Chanaan, vt innueret, Deum illos in terram illam redacturum, quod apertius Ioſephum dixiſſe infra cap. 50. ſcribitur: ſic aduertit Theodoretus.

[Margin: Theod. q. 106 in Gen.]

42 *Adorauit Iſrael dominum, conuerſus ad lectuli caput.*] Sic etiam Symmachus vertit. Sanctus Hieronymus, & Alchuinus, virum Deo deditum, ſenectute oppreſſum ſic lectulum compoſuiſſe dicunt, vt ipſe iacentis habitus, abſque difficultate vlla, ad orationem eſſet paratus, quaſi ſcilicet quodammodo ſuper ceruical procumbens: caput autem lecti promiſſionis terram verſus, aliqui fuiſſe dicunt: qui enim Iudæorum aliqui extra patriam ſuam morabantur, ſic adorare ſoliti ſunt, vt videre eſt. 3. Reg. 8. & Danielis 6. Porro Auguſtinus legit cum Septuaginta interpretibus: Adorauit ſummitatem virgæ eius, ſic & Theodoretus, quo facto adimpletum dicit, quod in ſomno viderat Ioſeph, ſolem, ideſt, patrem adorare ſe ſuper terram: Quæ tamen Sancto Hieronymo non placent. Cæterum ad Hebræos 11. habetur: Et adorauit faſtigium virgæ eius. nec admitto quod quidam dicunt: Il-

[Margin: Hier. q. hebr. in Gen. Alch. q. in Gẽ. Aug. q. 162. in Gen. Theod. q. 108. in Gen. Hier. q. hebr. in Gen.]

lius

lius epiſtolæ interpretem eodem lubrico labi potuiſſe, quo Septuaginta. hoc certum eſt, eiſdem conſonantibus (quibus ſolis tunc vtebantur Hebræi) ſcribi *Matteh*, ideſt, baculus, & *Mittah*, ideſt, lectus: diuino itaque conſilio appoſita fuit dictio illa, qua vtrumque legi, & intelligi poſſet, & adoraſſe ad caput lecti, & faſtigium virgæ eius, vt ait S. Paulus. & Vulgatus hic tantũ exprimit vnum; ibi vero cum Paulo, & Septuag. exprimit aliud, cuius ſimile ſępe vidimus, & videbimus, appoſitam .ſ. æquiuocam vocem, qua multa voluit Spiritus ſanctus intelligi, quorum Vulgatus quandoque vnum tantum exprimit, & alia vere, & commode ſubintelligi poſſunt: & alibi ipſemet exprimit, vel à Septuaginta in ſua tranſlatione indicantur. Modo in iſto loco vtrumque eſſe potuiſſe, immo & fuiſſe docet S. Thomas; cum enim Iacob eſſet ad caput lecti, manu accepit ſceptrum Ioſeph, interim dum manum ſuam poneret ſub femore patris, & iuramentum præſtaret, & antequam Iacob ei ſceptrum redderet, (quo prophetice intellexit vir Dei, regnum Chriſti adumbrari) adorauit ſummitatem virgæ, ſiue ſceptri, ſiue potius Deum venturum Regem in carne adorauit in virga eius regni ſymbolo: ſicut potius Chriſtum crucifixum adoramus in cruce, quam crucem ipſam.

מטה
מטה

S. Th. in c. 11. epiſt. ad Hebr.

CAPVT XLVIII.

His itaque tranſactis nunciatum eſt Ioſeph quod ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis

f g k
.i. profectus eſt. *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i K l m n o
duobus filijs Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. Dictumq. eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph

e q
viribus reſumptis, vel prophetia dono. *ſupra cap. 28.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe, ait: Deus omnipotens apparuit

c i p
qua & Bethel, & Hieruſalem. ſupra cap. 28. *.i. certo promiſit ſequentia bona.* *diuitijs, prædijs, pecoribus, & id generis alijs multis.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: Benedixitq. mihi, & ait: Ego te augebo, &

a c d e f g K l n o
ſobole .ſ. *explicatio eſt eius quod dixit: multiplicabo te.* *.ſ. Chanaan.* *.i. proli tuæ.*
a b c d e f g h i K l m n o p
multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboq. tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt

d
.i. diuturnam, vel dum ſemen tuum fuerit.
a b c d e f g h i k l m n o p q
te in poſſeſſionem ſempiternam. Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Aegypti, antequam

c f o a
.ſ. hæredes; quia adopto in filios. vnde & ſuccedent mihi in terra promiſſa. *vt .ſ. conſtituant peculiares tribus, ſingulasq. ſortes in diuiſione huius terræ accipiant:*
a b c d e f g h i K l m n o
huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur

h i l m n a b c
.i. tuo nomine, & diuitijs tantum gaudebunt. *.i. non ſortem peculiarem, aut tribum conſtituent ſed erunt, vt quidam de ſorte, & tribu Ephraim, aut Manaſſe.*
a b c d e f g h i K l m n
mihi. Reliquos autem, quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum

e
quia vxor eius.
a b c d e f g h i k l
vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, mortua

eſt Ra-

longe ab Hebron. *quando cito fœtent mortui & oues prægnantes plus ſolito properare abſque detrimento non poſſunt. iuxta Hebræum: Erat milliare uſque ad Ephratam.*

eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, eratq. vernum tempus: & ingrediebar Ephratam,

& nobile conſtruens ſepulcrum in patulo, iuxta Ephratam. *vbi Chriſtus naſcitur.*

& ſepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem

quien ſon eſtos, vel cuius ſunt.

filios eius, dixit ad eum: Qui ſunt iſti? Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus

.ſ. in Aegypto. *.i. imprecer eis bona.* *.i. Iacob.*

in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Iſrael caligabant præ

nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applicitosq. ad ſe, deoſculatus & circumplexus

.i. præter ſpem, tuum mihi Dominus amabilem conceſſit aſpectum. Iuxta Hebr. Non putabam me viſurum faciem tuam.

eos, dixit ad filium ſuum: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus

.i. prolem tuam. *vbi eos fuerat amplexatus, & deoſculatus.* *vel. Deum in gratiarum actionem pro beneficijs, quæ pater præduxerat: vel ſic incuruando, hunc patri honorem exhibuit, magni æſtimans illius benedictionem.*

ſemen tuum. Cumq. tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram. Et poſuit

.ſ. Iacob.

Ephraim ad dexteram ſuam, ideſt, ad ſiniſtram Iſrael: Manaſſen vero in ſiniſtra ſua,

.ſ. Iacob. *.ſ. Iacob.*

ad dexteram ſcilicet patris, applicuitq. ambos ad eum.

S C H O L I A.

1 QVI *confortatus*] Ideſt, reſumptis viribus, *esforçandoſe aſentoſe en la cama.* Nec deſunt, qui hoc, non ad vires corporis referant, ſed mentis, irruente in illum prophetiæ ſpiritu, quo multa prædixit: ſic Rup. Abb. Rup. in Gen.

2 *Benedixitq. mihi*] Ideſt, bona, quæ in textu ſubduntur, certo promiſit danda.

3 *Ego te augebo, & multiplicabo*] Augebo, ideſt, in diuitijs, prædijs, pecoribus, &c. multiplicabo vero, in prole.

4 *In poſſeſſionem ſempiternam*] Iuxta vim ſermonis Hebraici, à verbo *Halam*, quod & latere, & occultare *Holam* deriuatur, ideſt, ſeculum, vel ſempiternum, quod hoc loco tempus occultum, & diuturnum ſignificat, & cuius termini ſit occulta cognitio: his adde, quæ ſupra cap. 48. diximus: intelligendum de ſemine, cui terram promiſit, dum ſcilicet ſemen Abrahæ eſſet; non tamen ſi diaboli ſemen effectum, Abrahæ eſſe deſierit: ſicut factum eſt poſt aduentum Chriſti Domini. עולם עלם

5 *Mei erunt*] Ideſt, adopto in filios meos, & heredes conſtituo, vt in diſtributione huius terræ à Deo promiſſæ, de qua loquutus ſum, habeant ſingulas ſortes, ſicut Ruben, & Simeon: ſic intellegit Ioſephus, & ſic interpretantur Patres: Hieronymus, Auguſtinus, & Albinus. Ioſeph. 2. anti. c. 11. Hier. q. hebr. in Gen. Aug. q. 163. in Gen. Alb. q. in Gen.

6 *Tui erunt, & nomine filiorum tuorum vocabuntur*

tur in poſſeſſionibus]. Tui erunt, id eſt, non adopto in filios, & heredes, ſed tuis tantum gaudebunt bonis, & nomine. Porro, quod dicitur: Nomine fratrum ſuorum vocabuntur, referendum eſt, ad nomen tribus, & diuiſionem ſortium terræ, quam Deus Iacob promiſerat, quaſi dicat: Non denominabitur tribus aliqua ab eis, nec ſors eis peculiaris aſſignabitur, ſed commiſcebuntur fratribus ſuis, & erunt in poſſeſſione, & nomine, quaſi vnus de tribubus Ephraim & Manaſſe, & in prædictorum ſortibus computabuntur. Sic intelligit Ioſephus; & ſic prædicti Patres interpretantur locis citatis.

7 *Mihi enim quando tranſibam de Meſopotamia mortua eſt Rachel.*] Tacite reſpondit obiectioni ipſius Ioſeph, quare non ſepelierit Rachel, vbi ipſe condi deſiderabat. Porro Hebræi, quæ ſequuntur, ſic explicant. Licet non multum diſtaret locus ſepulturæ, & commodum tempus, ſcilicet vernum, ad iter eſſet, diuino tamen conſilio factum eſt; præuiderat enim (inquiunt) Iacob, quando tempore Nabuchodonoſor, Nabuzardam aſportaret filios Iſrael in Babylonem 4. Reg. 25. & tranſeuntes iuxta ſepulchrum Rachel, inde, illa ad Deum, pro ipſis clamando, deprecaretur: vt Hieremiæ 13. dicitur: Vox in excelſis audita eſt, lamentationis & fletus, & luctus Rachelis plorantis filios ſuos: ſed certe verba Hieremiæ non ad hoc factum referenda ſunt, ſed magis ad necem puerorum, tempore Chriſti Domini Matth. 2. de quo ſuo loco; & ideo dicendum puto, rationem reddidiſſe Iacob, tum quod in itinere longe à ſepulchro illo diſtante, mortua fuerit: vnde iuxta Hebræum habetur: Adhuc erat ſpatium terræ, vſque ad introitum Ephrata: tum quod verno tempore, quando mortuum cito fœtet, & greges fœtantes ſunt, non decebat Iacob ſuam deſerere familiam, aut properare iter; ne grex graue pateretur damnum, & in paruulo iuxta iter, nobile extruxerat ſepulchrum, iuxta Ephrata, vbi Chriſtus Dominus naſciturus erat.

8 *Non ſum fraudatus aſpectu tuo.*] Non proprie, ſed abuſiue vſus eſt fraudandi verbo, quod proprie, rei, quam ſperamus eſſe ſolet: ſicut quandoque illo vti ſolemus, pro eo quod præter ſpem accidit, gratiſſimum tamen nobis eſt; vt ſit ſenſus: Deus mihi præter ſpem, amabilem tuum conceſſit aſpectum.

9 *Cumq. tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris*] De gremio Iacob, vbi deoſculatus, & amplexatus eos fuerat, inde illos Ioſeph amouit; vt ſuo loco conſtitueret, ad benedictionem Iacob ſuſcipiendam.

10 *Adorauit pronus in terram*] Vel gratias Deo agens, pro beneficijs, quæ pater prædixerat, vel incuruando ſe facie in terram, hunc honorem patri exhibuit, magni æſtimans patris ſui benedictionem, quam in illius gratiam, filijs ſuis, ſcilicet Ephraim & Manaſſe, erat exhibiturus.

ſicut olim ſub aliis benedictionibus filiorum.

Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem

quaſi intelligentes. *i. prælatus eſt bono.* *& Ioſeph in ipſis.*

ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitq. Iacob filijs Ioſeph,

i. qui probitate, & pietate diligenter, quæ Deo placita erant, exhibebant.

& ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Iſaac; Deus qui paſcit me ab

i. benefaciat, vel det felicitatem.

adoleſcentia mea vſque in præſentem diem: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris

i. vocentur meo nomine, filij ſcilicet Iacob. *vt communium patrum filij, & de genere Abraham, & Iſaac.*

iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraham, & Iſaac, & cre-

ſ. more piſcium, qui fœcundiſſimi ſunt.

ſcant in multitudinem ſuper terram. Videns autem Ioſeph quod poſuiſſet pater ſuus dexteram manum

etſi propheta, non tamen ſciebat Ioſeph, diuino id conſilio fieri. *quia communi iure, nitebatur primogenitum præferri.*

ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de

capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq. ad patrem: Non ita conuenit, pater:

l o p q a
ſ. Iacob. *quod ſ. primogenitus ſit:*
a b c d e f g h i k l m n o p q
quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens, ait: Scio fili mi,

b c d e f g l o p q
vnde & trans Iordanem, & citra Iordanem hæreditatem habitauit. *ſ. Ephraim,* *dignitate, quia ab illo Ioſue, & Ieroboam, & numero filiorum.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo:

b d e f g h n o p q
i. poſteritas. *Chaldæus paraphraſtes: Erunt parentes in populis.* *id. precatus eſt bona, & propheticè prædixit.* *quia Ioſeph benedicitur in ſolis filijs.* *i. ab Iſrael.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
& ſemen illius creſcet in gentes. Benedixitq. eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Iſrael,

a b l m n a
cum ſe mutuo benedixerint. *i. prætulit, vnde & in oblatione primitiarum, & in ſitu tabernaculorum, & migratione, primus, & ſub eius vexillo caſtrametatus eſt Manaſſes, cum Iſrael per deſertum Arabiæ vagaretur.*
a b c d e f g h i k l m n
atque dicetur: Faciat tibi Deus, ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Conſtituitq. Ephraim ante

b c d e f g m n o
eo quod pauiſſet patrem, & fratres, & corpus ſumptibus ſuis in Hebron deferri promiſiſſet. *i. opem vobis feret.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
Manaſſen. Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetq. vos

b f g h
ſ. Chanaan. *ſ. prædium, iuxta Sichem.* *i. optimam.*
a b c d e f g h i k l m n o p
ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu

a b c d e f
vt communi nomen ad omnes illas gentes, Ethæos, Phereſæos, &c. *tacet Scriptura, quando hoc fuerit, vel per prouerbium arma ſua vocat preces & orationes, quibus ſæpe liberatus eſt ab inimicis.*
a b c d e f
Amorrhæi in gladio & arcu meo.

S C H O L I A.

11 *Poſuit ſuper caput Ephraim*] Sic olim verborum precationem, ſiue benedictionem, ad filios, manuum impoſitione comitabantur, quem vſum, auctore Deo, legales ſacerdotes obſeruarunt Num. 6. & vſque ad noſtra tempora protractus eſt.

שכלאת ידיו

12 *Commutans manus*] Chaldaica: Docuit manus ſuas, in Hebræo eſt: *Siceleth iadau*, ideſt, intelligere fecit, vel ſapientificauit manus (ſi ita fas eſt loqui) quaſi ipſæ eruditæ eſſent, grande myſterium illarum actione inſinuans, non igitur quaſi ignorans, ſed ſciens quid faceret, manus commutauit.

13 *In cuius conſpectu ambulauerunt patres mei*] De hac phraſi iam ſupra egimus; eſt enim probitate & pietate diligenter exequi, quæ Deo placita ſunt.

14 *Benedixit itaque Iacob filijs Ioſeph*] Iuxta Hebræum eſt: Benedixit Ioſeph, quod in idem incidit, quia benedixit Ioſeph, in filijs, qui eius loco ſubrogantur: ita vt duas conſtituat tribus duorum filiorum, duasq. terræ promiſſæ ſortiatur ſortes; quilibet tamen ex fratribus Ioſeph, vnicam tantum.

15 *Et inuocetur ſuper eos nomen meum*] Phraſis Hebræis peculiaris eſt, inuocari nomen alicuius ſuper aliquem, ideſt, eius appellatione quoquo modo denominari, vt Iſaiæ 4. Inuocetur nomen tuum ſuper nos, ideſt, vocemur vxores tuæ. ſic & Daniel 9. dicti itaque ſunt iſti, filij Iacob, & duæ tribus filiorum Iſrael. Et ſimiliter intelligendum eſt, quod ſubditur: Nomina quoque patrum meorum Abraham, & Iſaac, quia dicti ſunt filij, & de genere Abrahæ, & Iſaac; tres quippe patriarchæ prædicti, quaſi communes patres Iſraelitici populi habiti ſunt: vnde & Moyſes placaturus iram Dei, dixit: Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob.

16 *Et creſcant in multitudine ſuper terram*] Creſcant, in Hebræo eſt: *Idgu*, verbum deriuatum à nomine *Dagah*, quod piſcem ſonat; q. d. multiplicentur numeroſiſſima multitudine, more piſcium, qui præ cunctis animantibus fœcundiſſimi ſunt. Chaldaica: Et quaſi piſces maris multiplicentur, inter filios hominum ſuper terram. ידגו דגה

17 *Grauiter accepit*] Hebraiſmus eſt : ideſt, diſplicuit, ſeu male viſum eſt in oculis eius . Septuaginta : Graue illi viſum eſt.

18 *Scio, & iſte quippe erit in populos, & multiplicabitur*] Scio, ſubintelligendum eſt, eſſe primogenitum : ſed prophetico ſpiritu nouerat iuniorem præferendum: at Ioſeph, licet propheta, id neſciebat; non enim omnia, quæ prophetarum vni reuelantur, nota fiunt & alijs: nec prophetia eſt per modum habitus; quare Ioſeph communi iure, iuniori primo natum præferre contendebat. Porro, quod dicitur: Et iſte erit in populos, ſatis ita fuiſſe conſtat; Manaſſe quippe tribus, in partes duas diuiſa fuit, Ioſue 23. quarum altera vltra Iordanem hereditatem accepit, altera citra Iordanē, iuxta Ephraim: ac proinde diuiſus fuit in duos populos, quorum vterque valde multiplicatus eſt.

19 *Sed frater eius iunior, maior erit illo, & ſemen illius creſcet in gentes*] Chaldæus paraphraſtes vertit: Filij eius erunt parentes in populis. Porro, Ephraim, dignitate maior fuit; de illius quippe tribu deſcendit Ioſue inclytus dux, primus poſt Moyſen: & Ieroboam, primus Rex Iſrael, à diuiſione regni Iuda & Iſrael. Iam & filiorum ſobole maior extitit; nam Manaſſe creuit in populos, iuxta eamdem gentem; Ephraim vero, in gentes multas, quæ plurimos populos complecterentur.

20 *Benedixitq. illis*] Ideſt, precatusq. eſt eis bona, quæ ſubduntur in textu; ſed per modum prophetiæ potius, hæc fuit benedictio, & imprecatio.

21 *In te benedicentur*] In ſingulari loquitur ad Ioſeph, qui in filijs ſuis benedicitur; in illius enim gratiam, filiorum eius benedictio à Iacob exhibita fuit. & quod dicitur: Benedicentur, ſubintelligendum eſt, multi in Iſrael. Porro, quod ſubditur: ſcilicet: Atque dicetur, etiam ſubintelligendum eſt: in Iſrael; cum ſe adinuicem benedicent.

22 *Conſtituitq. Ephraim ante Manaſſe*] Ideſt, prætulit illum: vnde in oblatione primitiarum, & tabernaculorum ſitu, & migratione, & in multis alijs antepoſitus fuit: adeo vt tribus Manaſſe ſub Ephraim vexillis caſtrametaretur, quando filij Iſrael per Arabiæ deſertum vagabantur.

23 *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*] Varie locum iſtum viri grauiſſimi interpretantur. R. Abraham, & eum ſequutus Leui Gerſonis, per prolepſim loquentem, vt vatem, aſſerunt, & ad futuræ terræ promiſſæ diuiſionem referunt, quam ſimul cum hoc agro, bello, ab Amorrhæis, qui fortiores cæteris illis gentibus erant Ioſue 24. accepturi eſſent; ſinguli enim filij Iacob, vnam accepere ſortem; Ioſeph vero, partem vnam habuit extra fratres; quia illi, duæ aſſignatæ ſunt: altera Ephraim, & altera Manaſſe eius filijs, & ſic ſenſus erit: Quam tuli, ideſt, quam auferent, qui ex genere meo, in gladio, & arcu. Alij id referunt ad vrbem, & terram Sichem, quam Sichimam, Græcorum, & Latinorum more declinando, vocant, vt aduertit Hieronymus. vitio etiam & errore, tempore Chriſti, dicta eſt, Sichar: quæ & Neapolis nunc appellatur; hanc gladio, & arcu acquiſiuiſſe dicunt: ideſt, iure belli iuſti, propter iniuriam illatam, ob ſtuprum, & raptum Dinæ. Hanc interpretationem referunt Hieronymus, & Auguſtinus, quam videtur ſequi Alchuinus, ita vt in proprijs gregem paviſſe filios Iacob legamus Gen. 37. Sed certe Hebræa vox æquiuoca eſt ad partem, vt Vulgatus vertit; & ad Sichimam, ciuitatis illius nomen, de qua aliqui, vt dictum eſt, intellexerunt. Sed dictio, quæ additur, ſcilicet: Vnam, ſatis oſtendit nomen hic eſſe appellatiuum, ſignificans humerum, aut partem, & non vrbem illam; quare, ſaluo meliori conſilio, puto intelligendum eſſe de prædio, ſiue parte illa excellenti in terra Sichem, quam ab Hemor Iacob emerat centum agnis: quam ſententiam etiam refert Hieronymus, qui adhuc ibi, Ioſeph mauſoleum vbi ſepultus fuit, videri dicit. Et S. Auguſtinus cui conſonum videtur, quod Ioannis 4. habetur de prædio Ioſeph, quam partem extra fratres ei dedit, & quod ipſum & fratres paviſſet, & quod eius corpus, non ſine magnis ſumptibus, deferri in Hebron promiſerat. Porro, quod dicitur: Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu, quidam propriam pecuniam labore acquiſitam, qua prædium ab Hemor Etheo emerat, dicunt intelligi per arma, prouerbio quodam: Hemor vero, Amorrhæum hic dici, communi nomine, quo à fortiori, & nobiliori gente, & Hetæi, & Gebuſæi, & gentes aliæ, Amorrhæi ſæpe dicti ſunt. Alij arma intelligunt, quibus ſe præparauerat ad bellum, contra vicinas gentes poſt excidium Sichimitarum, quas ſuperuenturas formidabat, ſed Deus illis timorem incutiens, non permiſit vt Iacob nocerent. Ego tamen exiſtimo, ſermonem fuiſſe, vel de veris belli inſtrumentis, gladio ſcilicet, & arcu; quando vero, vel quomodo id contigerit circa prædium, & partem illam terræ Sichem, neſcimus; multa enim conſulto Moyſes tacuit; forſan id dixit, non ratione illius exigui fundi, quod pretio ab Hemoris popularibus emit, in quo cum ſuis manere poſſet Gen. 33. ſed ratione vicini agri, quem Amorrhæi, tranſito Iordane, populabundi à Sichimitis armis eripuerant, quos Iacob inde armis propulſauit, & ſibi acquiſiuit: & ex vtroque factum eſt vnum prædium, & ratione huius partis dixit ſe in arcu, ideſt, armis acquiſiuiſſe; vnde ait: Ab Amorrhæis; Sichimitæ autem Heuæi erant. Niſi forte dicamus, ſicut quidam acute, credibile eſſe, Iacob, cum præ cæteris Ioſephum hoc agro amplificaret, proiectis ad illum verſus aliquot ſagittis, gladioque portento, ſolenni quodam ritu, barbaros ſpecie tenus exuiſſe ſua poſſeſſione, belli iure, ſicut & Eliſei iuſſu 4. Reg. 13. memoratur: Ioas, emiſſis ſagittis, percuſſoq. terræ ſolo, Syriam certa ſpe veluti debellaſſe. Vel denique dici poteſt, quod & probabile eſt, ſe, & prædium, immunes ſeruaſſe à vicinarum gentium debellatione, in arcu, & gladio ſuo, prouerbio ſic loquens: *con mi eſpada, y arco, con mis armas*, orationes, quas Deo fudit, & fundere ſolitus eſt, arma ſua vocans, quibus ſæpe liberatus eſt. vnde & Chaldæus paraphraſtes vertit: Quam tuli de manu Amorrhæi, oratione mea, & deprecatione mea. Et S. Hieronymus, iuſtitiam ipſius Iacob, per gladium, & arcum, etiam intellexit.

Hier. q. Hebr. in Gen.
Idem ibid.
Aug. q. 161. in Gen.
Alch. q. in Gē.
Hier. q. hebr. in Gen.
Aug. q. in Gē.
Hier. q. hebr. in Gen.

CAPVT XLIX.

c l
iam iam moriturus: *prophetico quidem ſpiritu.*
a b c d e f g h i k l m n
Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annunciem quæ ventura

c d e m
.i. in futurum, præcipue tempore Meſsiæ, tamquam ab excellentiori ſic nominando. *.i. Iacob.*
a b c d e f g h i k l m
ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſrael

f g h i K l a
quia arma pro patre accipere primogenitus tenebatur. *quia virginum primus coitus cum dolore eſt, & quia initium ſolicitudinis, & curæ, quam parentes erga filios habent.*
a b c d e f g h i k l
patrem veſtrum: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris

b c d c f g h l m n
.ſ. in duplici portione, quæ primogenitis debebatur. *.ſ. regno, & ſacerdotio iure primogenitura illi debitis.* *.ſ. ſed quia voluptatis effuſus es impetu, vel diſſolutione peccati effuſus, & totus in libidinē profuſus.* *videlicet, quæ vaſculo non tenetur.* *.i. in nullo excedes fratres tuos.*
a b c d e f g h i k l m n o p
mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti

p a b c e f g
quando cum Bala concubina patris congreſſus es. *explicatio eſt priorum verborum .i. vere cum illa effuſo ſemine congreſſus es.*
a b c d e f g
cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

SCHOLIA.

1 C*ONGREGAMINI, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis*] Qui benedictiones Iacob, quæ in hoc capite filijs prædixit, vocant, per ſynecdochen ſic loquuntur; nam & maledictiones multæ miſcentur. Sed Ambroſius, Theodoretus, Rufinus. R. Abraham, & R. Ezra, prophetias potius vocandas eſſe cenſent; quæ ventura enim erant prædixit, vt annunciem, inquit, quæ ventura ſunt: & vt Auguſtinus aſſerit, quales futuræ eſſent ſingulæ tribus, moribus, fide, & diſciplina, prædixit; & non ſolum futura, ſed & de futuris futura, quorum adhuc vmbra non erat. quod enim R. Salomoh ait: voluiſſe quidem benedicere, ſed diſcedente ſpiritu ab ipſo potius deliraſſe, referre pudet. Nec mirum, virum prophetam ſic loquutum, iam iam moriturum; cum gentilis Socrates in Apologia ſic loquatur: cum imminet homini poſtremus vitæ dies, habens anima quandam diuinitatis participationem, quam mox habitura eſt, tunc ſæpe de futuris vaticinatur. Et Xenophon Cyrum inducit morti vicinum, affirmantem ſub tempus mortis hominis, animam eſſe diuinatricem: quod Cicero multis probare contendit: ſed certe niſi diuinitus inſtruatur, vel magna adſit experientia, deficientibus viribus & ſenſibus, confuſior, & obtuſior eſt ad intelligendum. Porro, per dies nouiſſimos, futuros intellige, ſiue poſteriora tempora, ſicut Daniel 2. & 1. ad Thimoth. 4. horum enim aliqua completa ſunt in ſortium diuiſione, & tempore Iudicum, & Daniel 2. quæ de ſtatua, ſtatim poſt ſexaginta tres annos, & quod Paul. 1. ad Thimoth. 4. Iudas in ſua canonica, quam poſt exceſſum Apoſtolorum ſcribit, dicit, iam tunc impletum. Cæterúm quaſi à principaliori, tempus Meſſiæ, etiam nouiſſimos dies vocari, aſſerunt Iulianus Pomerius, & R. Ezra, & B. Hieronymus, & R. Kimchi; quod finis eſſet legis, ſacerdotij, & Iudaici ſtatus.

Amb. de ben. Patriar: & 2
Theod. q. 109. in Gen.
Rufin. de ben. Patriarch. ad Paulinum.
Auguſ. q. vet. teſt. ſecund. tom. 4. q. 6
Plato in apol.
Xenoph. lib. 8.
Cicero 1. de diuinatione.
Iul. Pom. lib. 1 contra Iud.
R. Ezra
Hier. in 4. ca. Michea
R. Chimchi. in 2. c. Iſai.

2 *Tu fortitudo mea, & principium doloris mei*] Fortitudo dicitur patris, quod robur generatiuæ virtutis in illo primum oſtenderit, vt R. Moyſes Gerundenſis ſcribit, vnde iuxta Hebræum, & Chaldæum legitur: Principium roboris, quaſi dicat, virtutis generatiuæ primus fructus. Et Septuaginta, Principium filiorum meorum, tum quod virili & robuſta ætate, illum genuerit: Denique quod primogeniti eſſet, arma pro patre ſumere, & Ruben adeo robuſtus euaſit, vt id merito ab illo expectari potuiſſet. Porro, cum dicitur: Principium doloris mei, Hieron. iuxta Hebræum, dicit legendum: Capitulū in liberis meis. & ſic interpretatur illud Deu. 31 *Reſuhoni*, Principiū liberorū eius. & Chaldaice eſt: Principium ſeminis mei. & Græce eſt: Principium, ſeu caput liberorū meorum. Syriace vero eſt, iuxta Diod. Primogenitus meus. Quæ omnia coincidunt.

R. Moyſes.
Hier. q. Hebr. in Gen.
ראשית אוני

Cæte-

און Hier. q. hebr. in Gen. ובאונו

Cæterum vox Hebræa *On*, non ſolum dolorem, ſed & filios, vt auctor eſt Hieronymus, & fortitudinem ſignificat. vnde Oſeæ 12. *Veƀono*, ideſt, in fortitudine ſua directus eſt vir. quorum vnum tantum ſignificatum, ſcilicet, dolorem, expreſſit Vulgatus: duo tamen alia, iuxta vim ſermonis Hebraici, ſubintelligi poſſunt. Dicitur itaque caput filiorum; quod primogenitus ſit: principium vero fortitudinis; quia reſpectu fratrum primogenitus futurus eſſet dux. Principium autem doloris dictus eſt; ad commendandam Iacob caſtitatem, quam vſque ad matrimonium ſeruauit; primus etenim virginum concubitus, abſque dolore aliquo non eſt. Tum, vt R. Ezra dicit; quod primus doloris, ſeu curæ, quam parentes erga filios habere debent, (vtpote primogenitus) cauſa extiterit: iuxta illud Demeæ apud Terentium: Sunt filij, alia cura. Nec deſunt, qui etiam referant, ad dolorem, quem ex peccati ſui fœditate, cum Balam conſtuprauit, ſanctus Iacob præ cæteris ſenſit. Ex quibus conſtat, quam alluſionem inter ſe habeant tria illa ſignificata dictionis Hebraicæ *On*; qui enim eſt primus inter liberos, primus eſt, in quo vis generatiua oſtenditur, & initium laboris & curæ, quam parentes erga filios habere debent.

R. Ezra. Terentius. און

3 *Prior in donis, maior in imperio*] Prior in donis, ſubintellige eſſe debebas; quia, iure primogenituræ, duplex ei bonorum portio debebatur. Deut. 21 quæ data fuit Ioſeph Gen. 48. Maior vero in imperio; quia & regnum inter fratres, & ſacerdotium, eius futura forent: quorum alterum datum eſt tribui Iudæ, ſacerdotium vero, tribui Leui; vnde Chaldæus paraphraſtes tranſtulit: Tu accepturus eras partes tres, ſcilicet primogenituram, ſacerdotium, & regnum. Aliqui vertunt: Excellentia dignitatis, & excellentia fortis, & S. Hieronymus legit: Maior ad portandum, & maior robore, quod ſic intelligit: Tu ſacerdotium & regnum iure hæreditatis accepturus eras, hoc quippe, inquit Hieronymus, portando onere, & prævalido robore, demonſtratur. Omnium igitur ſenſus vnus eſt, & diſtinctius in verbis Vulgati expreſſus. Porro, in Hebræo eſt: *Ieter ceeth*, ideſt, excellentia eleuationis: per eleuationem autem, ſacerdotium deſcribitur; quod ſacerdotes, quando in altari munera offerebant, in cælum manus leuarent, ſicut & nunc. Iam in Græco iuxta nouam emendationem, habetur: Durus ad ferendum, & durus pertinax, feciſti contumeliam. ſed hæc tantum ad peccatum Ruben pertinent, non ad eius dignitatem.

Hier. q. hebr. in Gen. Idem ibid. יתר שאת

4 *Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas*] Aliqui priora verba ad poteſtatem illius primogenituræ referunt, vt ſcilicet tanta eſſet, cui reſiſti vix poſſet, fulta quippe tanto robore fratrum. Theodoretus legit: Tamquam aqua non ferueſces: ideſt, non caleſies ad copioſam ſobolem, futuram eius in pauciori numero, prædicens: vt ex lib. Numerorũ conſtat. vnde Deut. 33. Viuat, inquit, Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero. Sed certe Hieronymus, & Albinus ad inceſtum illius cum Bala referunt, & ſubintelligendum eſt, ſed quia effuſus es ſicut aqua, quaſi dicat: ſed quia peccaſti, & quaſi aqua, quæ vaſculo non tenetur, voluptatis effuſus es impetu. Porro, non creſcas, pro non creſces, prophetia enim eſt. Quidam, iuxta Hebræum, legunt: Non plus habebis, vel non excedes, quæ cum Vulgato coincidunt; ſubintelligendumq. eſt: inter fratres, vt ſit oratio aduerſatiua, quaſi dicat: Nihil plus cæteris fratribus habebis; omnia ſiquidem ſpectatiſſima iura, nefaria libidine peruertens amiſiſti, eriſq. in fratrum numero, pœnam ex peccato luens, ſic Hieronymus, & Albinus.

Theod. q. 109 in Gen. Hier. q. Hebr. in Gen. Alb. q. in Gen. Hier. q. hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.

5 *Quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius*] Poſteriora verba, ſolito Scripturæ more, ſunt explicantia amplius, quod prioribus dixerat. Aſcendiſti cubile, quaſi dicat: ſic quod ſtratum meum maculaueris: non ergo ſola lecti mutatio fuit, ex vno tabernaculorum in aliud, vt Hebræorum aliqui dicebant; ſed quia congreſſus eſt Ruben cum Bala patris ſui concubina, in hoc illum grauiter offendens, adeo vt Iacob, illam amplius non cognouerit: ſic R. Kimchi, & R. Ezra. Sicut Dauid à decem concubinis fœde ab Abſalone violatis in poſterum abſtinuit, 2. Reg. 16. ideo priuandum omni primogenituræ excellentia indicauit, & prædixit: Et licet Ambroſio non arrideat prædicta expoſitio, quam tamen ipſe aſſignat, ad myſticum pertinet ſenſum.

R. Kimchi. R. Ezra. Amb. l. de bened. Patriar.

d e f g l m n o

.i. ſocij in ſcelere. *.i. inſtrumenta.* *.i. ad iniquitatem perpetrandam.* *.i. bellantes ipſi, ſiue armis ſuis bellantes.* *.i. vita mea, vel, conſilium eorum non approbo.*

a b c d e f g h i k l m n o

Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea,

c g h l n o r a

ſ. illorum, quos ad illud excidium aſciuerunt. *i. non gloriabor, ſed confundor, vel honor meus non veniat in eorum cœtum.* *ira.* *pro, viros, vel, ideſt fuerunt homicidæ.* *quantum in ſe eſt, vel affectus ſuos ſecuti.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r.

& in coetu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate

b c d

ſ. euerterunt, & vaſtarunt, & eneruauerunt. *.i. ciuitatem, & ſ. Ioſeph.* *quia contra rationem.*

a b c d e f g h i k l m

ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia

a — *.i. nullo ſanguine cor eorum emollitum,*
b c d e — *ne ſimiliter conueniant contra alias tribus.*
f — *.i. debilitabo eorum vires.*
f — *ita .ſ. vt non habeant certum funiculũ, ſed per alias tribus miſceantur.*

a b c d e f f g h i

dura. Diuidam eos in Iacob, *&* diſpergam eos in Iſrael.

S C H O L I A.

6 *Simeon, & Leui fratres*] Licet enim, & germani eſſent, erant & alij ex vtroque parente, hi tamen duo fratres, ideſt, ſocij in eodem ſcelere fuerunt.

מכרת

מכרת

7 *Vaſa iniquitatis bellantia*] Vox *Mechera*, ſecundum Hebræos, habitationem ſignificat: vnde Targum: Viri fortiſſimi in terra peregrinationis ſuæ, fecerunt fortitudinem. At cum, iuxta Hieronymum, Hebræa mater ſit omnium linguarum, quod *Mechera*, gladium ſignificet, Vulgatus, vaſa, ideſt, inſtrumenta tranſtulit; cum enim pergeret Iacob à Meſopotamia in domum patris, cum in itinere eſſent, Sichimitarum excidium patrarunt. Porro, quidam ipſos vaſa dicunt: ideſt, inſtrumenta inique exequendi bellum, qui quaſi vaſa in ſe retinentes, & celantes quod animo conceperant, præter aliorum ſpem, ſuo tempore effuderunt. Eſt etiã & alius germanus ſenſus: Vaſa iniquitatis, ideſt, abuſi ſunt armis ſuis ad iniquitatem, furore occidentes innocentes Sichimitas.

Hier. q. hebr. in Gen. — Theod. q. 109. in Gen.

8 *In concilium eorum non veniat anima mea*] Prædictis verbis, vt Hieronymus inquit, indicat Iacob, non ſui conſilij fuiſſe, quod Sichem & Emor fœderatos viros interfecerint, contraque ius pacis, & amicitiarum ſanguinem fuderint innoxium, ac proinde, vt Theodoretus inquit, deprecatur, ne ſit particeps nequitiæ illorum in Sichimitarum nece: Non veniat anima mea: ideſt, non approbo, ſed deteſtor. Et licet Iudith 9. laudari videatur Simeon, ſcelus quidem puniendi exacerbantis ſtuprum, commendatur, factum vero neutiquam laudari poteſt. Sunt & qui per animam, non ſolum intelligant voluntatem & conſenſum cum Hieronymo, & Theodoreto, ſed etiam vitam; quaſi dicat: Cauſa vitæ meæ in illorum concilium non veniat, qui contra Sichimitarum vitam ſic conſiliati ſunt; quaſi dicat: *yo les he viſto tales, que no querria que mi vida, ni mi honrara viniesse à ſu conſejo ni à ſus manos.*

Hier. q. Hebr. in Gen. — Theo. q. in Gē.

9 *Et in cœtu illorum non ſit gloria mea*] Cœtum illorum dicit eos, quos ſecum in ſocios illius excidij duxerunt: gloriæ autem nomine, honorem intelligit, quaſi dicat, iuxta Hieronymum, & Theodoretum: Nec gloriari volo, ſed potius confundi, in Sichimitarum excidio. vel iuxta alium ſenſum: Nec cauſa vitæ in eorum conſilium veniat, nec honor meus in illorum cœtum. Quamuis & Hebræi hoc referant ad conſilium, & venditionem, & necem, quam inferre tentarunt ipſi Ioſeph, quorum principes dicunt extitiſſe Simeonem, & Leui, qui ad ſimile facinus alios fratres induxerunt, præter Ruben, & Iudam, qui conati fuerant illum liberare. Porro, Targum legit: In ſecretis eorum non fuit anima mea, & cum congregarentur ipſi, vt irent, non deſcendi de gloria mea, ideſt, non ſum aſſenſus, ne perderem gloriæ, & claritatis famam, vel non receſſi à Deo, qui eſt gloria mea.

10 *Quia in furore ſuo occiderunt virum*] In furore ſuo, ideſt, irati: Hebraiſmus eſt: Virum vero, vocat Sichimitas, vſus, ſicut ſæpe, ſingulari numero, pro plurali.

Hier. q. hebr. in Gen. — B. Ant. in Meliſſa ſer. 72

11 *Et in voluntate ſua ſuffoderunt murum*] Quaſi quodam furore, ſic crudelitate rapti, inquit Hieronymus, muros hoſpitæ vrbis euerterunt: per muros vero, ipſam ciuitatem intellige, vel forſan, cum euertere muros non poſſent, ſaltem ſuffoderunt. Aliqui legunt: Eneruauerunt taurum: ſic B. Antonius Magnus in ſua Meliſſa, per taurum, Sichem quidam intelligentes, qui iuuenis & robuſtæ erat ætatis, ſicut per virum, patrem eius Hemor. Iudæorum aliqui intelligunt Ioſeph, iuxta illud Deut. 33. vbi tauro aſſimilatur, ad illius factum verba referentes: quibus ſuffragatur Targum, in quo legitur: In ira ſua occiderunt principes, & in voluntate ſua vendiderunt Ioſeph, qui aſſimilatus eſt boui. Certe *Aachar*, & eradicare, & ſuffodere, & euertere, & etiam ſubneruare ſignificat, quod crura in homine ſint ſicut radices, quibus corpus ſuſtentatur. Porro *Sur*, murum ſignificat, *Sor* autem taurum, in quo eſſe potuit æquiuocatio, quia eędem conſonantes ſunt vtriuſque, vel forſan, Spiritus ſanctus hac æquiuocatione, quæ ſub iiſdem conſonantibus latet, vtrumque intelligi voluit, ſicut ſæpe in alijs diximus: tanta eſt Scripturæ fœcunditas. Licet Vulgatus vnum, vel alterum ſenſum exprimat, alios etiam ſubintelligens, iuxta fœcunditatem ſermonis Hebraici in ſenſibus, vt per virum, factum Sichimitarum intelligat, per taurum vero, ad factum Ioſeph alludat, iuxta id, quod in Targo legitur.

עקר

שור

שור

Anaſt. qu. in Script. — Theo. q. 109 in Gen.

12 *Maledictus furor eorum; quia pertinax: & indignatio eorum; quia dura*] Per furorem, animi impetum, per indignationem vero, iram, vtrumque motum, rationi, quæ domina eſt, non obtemperantem, ac proinde maledictum, vt, ex Ioſepho, de Machabæis docet Anaſtaſius. Maledixit autem, non eis ſed eorum malis affectibus, vt inquit Theodoretus. Porro, indignationem duram dicit; quod ad tanti ſanguinis effuſionem eorum cor non emolliretur.

Hier. q. hebr. in Gen. — Theod. q. 109 in Gen.

13 *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael*] Ita factum fuiſſe docent Hieronymus, & Theodoretus; Leui enim, hereditatem propriam non accepit, ſed in omnibus ſceptris, ſine

tribubus

tribubus, paucas vrbes adh abitandum habuit, & licet in honorem illorum cederet, vt Leuitæ, & Sacerdotes eſſent in ſingulis tribubus, vt Theodoretus inquit, quod tamen peculiarem non habuerint hæreditatem, ſed diſperſi fuerint, Iacob prædictionem reſpicit. De Simeone, inquit Hieronymus in libro Ioſue, ſcriptum eſt, quod ipſe proprium funiculum non fuerit conſecutus, ſed de tribu Iuda quidam acceperit. Et in Paralipomeno apertius dicitur, quod eum multiplicatus fuiſſet, & non haberet poſſeſſionis locum, in deſertum exierit. Chaldæus paraphraſtes, in quibus duæ iſtæ tribus ſeruierint, exprimit, dicens: Diuidam ego tribum Simeonis, vt ſint Scribæ, & Doctores legis in Synagoga Iacob: Tribum vero Leui diſtribuam, vt præſit concionibus, vel contentionibus inter filios Iſrael. Porro, diuiſionis huius ratio fuit; ne ſcilicet aduerſus alias tribus vniri poſſent, ſicut contra Sychimitas. Diſpergere vero, per tropum dicitur. ideſt, debilitabo, & diminuam eorum vires, & potentiam ad bellum: ſicut & illud Pſalm. Diſperſiſti inimicos eius, ideſt, eorum potentiam fragilem reddidiſti. Sanctus autem Iunilius de partibus diuinæ legis, ad ſacerdotij, & doctrinæ electionem, prædicta verba refert: vbi obiter aduertendum eſt, Ruben, & Leui, quibus ex ſuperiobus viſus eſt Iacob multa prædicere, Moyſen Deut. 33. quaſi conſolando, miris eos encomijs commendare.

Theod. q. 109. Gen.

Hier. q. hebr. Gen.

Iunil. lib. 2. cap. 21.

---

a b c d e f g h i k m n a b c
.i. iuxta nomen. — *quia ciuilior, & cæteris efficacior, & tribus fortior, & dignior.* — *.i. inimicos in fugam vertes, & vinces: ſic Dauid fecit, ſic & Chriſtus Dominus.* — *.i. vt excellenti honorem deferent, regium Regibus, Chriſto, vt meſſia, & vero Deo.*

a b c d e f g h i k l m n
Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum; adorabunt te

---

d d e f g g i k l m n a b c
pro, vt catulus, — *in initio, ſicut Dauid ante regnum Iſrael in ſuis victorijs, & Chriſtus Dominus à natiuitate, vſque ad reſurrectionem.* — *.i. de præda, vt Dauid ex priuatis victorijs, & Chriſtus Dominus prædato inferno, & dæmone, aſcendit in cælum.* — *.i. confidenter in regno quieſce nec aliena quærentes, niſi l ſiti: & Chriſtus in morte formidabilis inimicus, vt leo.*

a b c d e f g h i k l m n
filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requiſcens accubuiſti

---

f g h i K m n o p q a
.i. quis incitabit ad bellum, qui impune faciat, & Chriſtus ſoluite templum, & in triduo readificabo illud. — *.i. omnino non, & dabitur alienigenæ:* — *.i. ſuprema temporalis dignitas, à die qua in Dauid data eſt tribui Iuda.*

a b c d e f g h i k m n o p q
vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux

---

d e f g i k l m n
.i. Meſſias ille, in quo omnes benedicendi. — *Aggæi 2. veniet deſideratus cunctis gentibus.*

a b c d e f g h i k l m n
de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

---

a b c d e f g h i K l
hiperbole eſt. i. tanta erit vini abundantia in ſorte Iuda; vt ad vnam vitem alligatum iumentum onerare poſſint, & per tropum, Chriſtus Iudæos, & gentes in vnam Eccleſiam vocans ſibi per fidem alligauit, fide, & profeſſione.

a b c d e f g h i k l m n o p q
Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ò fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino

---

o p q a b c d e f g g
hyperbole eſt. i. tanta erit vini copia in ſorte Iuda, vt ſtolam lauare poſſit quis vino albo, & pallium nigrum vino nigro. & de Chriſto copioſus ſanguis cum meritorum cumulo, ita vt veſtimentum eius viſum ſit rubrum. & ſui ſtolam candidam reddere poſſint.

a b c d e f g h i k l m n
ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino,

---

i k l m n a b c d e
.i. tanta erit vini, & lactis copia in ſorte Iuda, vt oculi virorum, hauſto vino, rubicundiores, & pulchriores videantur, & dentes frequenti vſu albeſcant.

a b c d e
& dentes eius lacte candidiores.

SCHOLIA.

יהודה
ידה
יהודה אתה
יודוך אחיך

14 *Iuda te laudabunt fratres tui.*] *Iehuda* à verbo *Iadah*, quod eſt deijcere, & laudare: & in Hebreo eſt appoſita vocum alluſio: *Iehuda atta ioducha abhecha*, ideſt, confeſſio tua, confitebuntur te fratres tui, quaſi dicat: merito confeſſionis, & laudis nomen obtines; ipſe quippe, & elegantior, & ciuilior, & efficacior cæteris fratribus fuit, vt vidimus. Rurſum eius tribus, vt fortior, omnium prima poſt Moyſen mare Rubrum ingredi auſa eſt: & Ioſue mortuo, viris fortibus numeroſior, & inſtructior: Ex illa belli dux conſtituitur; nonne ex illa, & Dauid Rex inclytus, & illuſtris Regum ſeries, & Ducum, donec ad Chriſtũ Regem Dominũ peruentum eſt, qui & ipſe de tribu Iuda? merito igitur iuxta eius nomen, à fratribus laudibus extolli meruit, vt 1. Reg. 1. in Dauid. & Matth. 21. in Chriſto potiori eius filio. Porro Targum legit: Iuda tu confeſſus es, & non erubuiſti, in te confitebuntur fratres tui, quod niſi in facto Thamar. Gen. 30. cum dixit: Iuſtior me eſt, verificari vix poteſt; nam de quo alio non erubuerit, me latet.

ערף

15 *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.*] Quibuſdam his verbis præceptum impoſitum videtur, vt ſe in arte bellandi exercerent, in qua tunc præcipuum locum tenebant arcus & ſagittæ; ſed certe potius prophetia, eius quod futurum erat eſſe videtur. Porro *Oreph*, poſteriorem colli partem ſignificat; vnde prouerbio vtitur, quaſi dicat: In fugam inimicos tuos vertes, & vinces; quod colla, & dorſa fugientium, ſagittis è manu emiſſis percutiant, & ſubiugare ſoleant, & ſuper collum manus inijcere conſueuerint, cum deijcere aliquem volunt. Vnde & paraphraſtes Chaldæus: Manus tua præualebit hoſtibus tuis, diſſipabuntur inimici tui erunt vertentes verticem coram te, præuenient te, petituri pacem tuam. Sunt, qui omnia fere verba huius prophetiæ etiam ad Chriſtum Dominum immediate referant, vnico ſenſu literali, ſicut ad alios Iudæ filios, ita & ad Chriſtum tanquam eiuſdem Iudæ cæteris filium præſtantiorem, in quo potiori modo hæc omnia reperire licet: quibus ego libenter annuo; ſicut enim vnico ſenſu eorum plura in Dauid, & alijs facta immediate per literam exponimus, qui ad eandem prolem, de qua ſermo eſt, pertinent, ita & in Chriſto, qui & filius Iudæ eſt ſecundum carnem, cuncta, quæ laudis ſunt, adimpleta cernimus. Vicit itaque vere inimicos ſagitta verbi Dei, & Euangelicæ prædicationis: plena enim ſunt huius prophetiæ verba metaphoris, & prouerbijs, & tropicis locutionibus: ita Iulianus Pomerius Archiepiſcopus Toletanus.

Theod. q. 109. in Gen. Aug. q. 16. de ciu. Dei c. 41.

Iul. Pom. lib. 1. contra Iudæos.

16 *Adorabunt te filij patris tui.*] Ideſt, tibi tanquam præcellenti honorem deferent: Regium, Regibus, qui ex te exient: Chriſto Domino, vt Meſſiæ & vero Deo, quem vndecim adorauerunt, & ex filijs Iacob multi, ſic Iulianus Pomerius, vbi ſupra. Porro, iuxta Hebræum eſt: Incuruabunt. Ex quo conſtat, primogenituræ honorem à Ruben translatum eſſe in Iudam.

Iul. Pom. lib. 1. contra Iud.

17 *Catulus Leonis Iuda.*] Leonis nomine, per tropum ſæpe regia dignitas in ſcripturis deſcribitur, in quibus prima exordia catuli nomine deſignantur, vt dum Dauid fortitudinem ſuam multis oſtendit, nec dum in Regem Iſrael conſtitutus, ſic & Chriſtus Dominus, vt ſanctus pater Anaſtaſius Synaita docet, antequam reſurgeret, vt leo, quaſi leonis catulus viſus eſt, in multis diuinam ſuam virtutem adumbrans, & referens. Porro ſub catuli nomine fortitudo deſcribitur; quod audacior, & validiorum virium inexpertus, & acutioribus, firmioribuſque dentibus inſtructus, cibique, ac prædæ auidior: ſic Dauid 1. Reg. 17. cum Goliath in prœlium deſcendens.

Anaſt. in comment. in Hexameron. Et Pom. lib. 1. cõtra Iudæos.

17 d. *Ad prædam fili mi aſcendiſti.*] Ad prædam, iuxta Hebræum eſt: De præda. Sicut Dauid, à leonis, & vrſi dilaceratione coram Saule enarrata, ad militum ducatum aſcendit. 2. Reg. 5. & à ducentorum præputiorum præda; deque alijs priuatis victorijs, cum in præſidio apud Achis Regem Geth maneret, ad regnum Iuda fuit prouectus: Et de hoc paruo regno, ad totius Iſrael regnum aſcendit. Vide 1. Reg. 2. & principium 3. & 2. Reg. 7. Et in Chriſto Domino, deiectis mundo, morte, & diabolo, ſpoliato inferno, captiuam ducens captiuitatem, de morte, ad reſurrectionem, & in cælum aſcendit. Sic Hieronymus, Auguſtinus, ſeu potius ſub Auguſtini nomine, in tractatu de benedictionibus Iacob, & Theodoretus, qui omnia hæc de Chriſto intelligit. Item & Iulianus Archiepiſcopus Toletanus. Sancti vero Vigilius, & Auguſtinus legunt: De germine, ſiue de germinatione fili mi aſcendiſti: non inquit de ſemine, ſed de germine Geſſe, ideſt, de beata Virgine. Iam Targum legit: Poteſtas erit in principio, & in fine magnificabitur regnum de domo Iuda; eo quod à iudicio occiſionis fili mi, animam tuam abſtinuiſti: ideſt, non erit primo plenum regnum in Iuda, ſed magnificentia poteſtatis, & imperij, excellentia quidem ſuper alias tribus, tractu tamen temporis, in regni faſtigium aſſurget; propter æquitatem qua vſus eſt in liberatione Ioſeph, & Thamar nece futura.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. Theod. q. 109. in Gen. Alb. q. in Gen. Iul. lib. 1. contra Iudæos. Auguſ. 16. de ciu. Dei c. 41. Vigil. lib. 3. cõtra Eutichen.

18 *Requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?*] Per metaphoram in Dauid, & in multis Iſrael Regibus, oſtendit tranquillos, atque pacificos agere, conquieſcereque ſecure, ſicut leones, quos cætera animalia pauent; nec aliena regna inuadere, niſi laceſſiti fuerint, vt in Amalechitis contigit, qui vrbem Sicheleth deuaſtarunt, ſed non impune: Et in Amonitis, qui, violatis Regis legatis, bellum inferre auſi ſunt, quos fugatos, intra vrbis mœnia primum compulit, captiuiſque, & occiſis, ciuitatem euertit. Porro, quis ſuſcitabit eum: ideſt, ad pugnam laceſſere audebit, qui grauiſſimas temeritatis ſuæ pœnas non luat? In Chriſto vero, eadem tropica locutione oſtenditur, in morte formidabilem hoſtibus fuiſſe, inferno, & dæmoni, & Iudæorum multis: ita Theodoretus, & Pomerius Toletanus. Quis ſuſcitabit eum: ideſt, quis excitabit ineffabilem eius potentiam, iuxta illud Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud.

Theod. q. 109 in Gen. Pom. lib. 1. cõtra Iudæos.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. de benedict. Iacob. Theo. q. 109 in Gen. Iul. Pom. li. 1. cōtra Iudæos. Alb. q. in Gen. Heſych. de laudib B Virg. R. Salomoh. R. Dauid Kimchi.

19 *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.*] His verbis, tunc futuri Meſſiæ tempus deſcribi, Patrum eſt communis conſenſus: & Chaldæus paraphraſtes vbi nos legimus: Qui mittendus eſt. legit: Donec veniat Meſſias. Et loquitur de illo Meſſia expectato ab omnibus, & in quo omnes benedicendi ſunt. & R. Salomoh ſcribit: Donec veniat ille Meſſias. idem tenet R. Dauid Kimchi, inter Hebręos doctior cunctis. Per ſceptrum omnes regiam intelligunt dignitatem: vnde & Septuaginta interpretes clarius vertunt: Princeps ex Iuda. Cum autem dicitur: Et dux de femore eius, iuxta Hebræum eſt: Nec præceptor, ſiue ſcriba de inter pedes eius. ſed apertius vertunt Vulgatus, & Septuaginta: Etenim & leges condere, & imperare ad eandem pertinent dignitatem: ſiue ergo decreta præcipiat, qui præceptor dicitur, ſiue ſtatuta, aut conſtitutiones ſcripturæ mandet, qui ſcriba hic dicitur, hic eſt, qui in Republica ſummum gerit magiſtratum: apertius igitur dicitur, dux, vt eſt in Vulgato: & quidem in Hebræo eſt *Mechochec*, ideſt, qui facit ſcribere leges & decreta, hic autem ponitur pro legiſlatore, vt dictum eſt.

מחקק

Quod autem dicitur ex Hebræo: De inter pedes eius, quidam prouerbio dictum putant: ideſt, de medio eius, & quaſi ex eius domo. At iuxta R. Dauid kimchi, à generali vi dictum eſt, quæ eo in loco ſedem habet. Et Targum ſcribit: De filijs filiorum eius. vnde apertius in Vulgato habetur: De femore eius, iuxta vſitatum modum loquendi Iacob.

R. Dauid Kimchi.

R. Mar. 2. parte c. 4. & 5.

Per ſceptrum autem, & ducem, R. Mar. in pugione ſua Zanedrim, intelligit ſupremam ſeptuaginta iudicum congregationem, à quibus cauſæ omnes decernebantur; & deficiente Rege, aut Duce, quaſi ſede vacante, apud illos ſumma erat auctoritas, ſed & Zanedrim, Herodis tempore defeciſſe, probat ex authenticis Hebræorum doctoribus, & author eſt Philo in libro ſuæ Conographiæ, & in Talmud habetur: Annanæus Herodes Aſcalonita ſeruus fuit Aſmanaim, qui ſuſcepto per vim regno, interfecit vniuerſos Zanedrim ſeptuaginta iudices, vno ſeruato Baba filio Bota, cui oculos eruit.

Philo.

Cæterū patres omnes prædicti, de ſuprema temporali populi Iſraelitici poteſtate intelligunt, quæ quam primum in Dauid tribui Iuda tradita fuit, licet intercepta quandoque fuerit, vt in Babylonica captiuitate, numquam tamen omnino ablata, & alteri tradita, vſque ad Herodem; idcirco dictum eſt: Non auferetur; licet itaque itaque intercepta, non tamen omnino ablata, tunc enim omnino ablata dicitur, quando alieno data. Vt Iunilius, & Cyrillus maximus contra Iulianum apoſtatam annotarunt, & vt ex Sancto Auguſtino, & Iuliano Pomerio colligere licet; nam vſque ad Babylonicam ſeruitutem, & Sedechiæ mortem, ſatis ex ſacris literis conſtat.

Iunil. lib. 2. 1 part. diu. leg. Cyril. contra Iulianum apoſtatam. Aug. 18. de ciu. Dei. Iulia. Tole. li. 1. cōtra Iudæos.

Poſtquam autem reuerſi ſunt, præfuerunt Ieſus filius Ioſedech, & Zorobabel filius Salatiel: poſt hos Ioachim, cui Heli, huic Ioiada; deinde Ioannes, poſtea Iudas, poſtquem Aonias, deinde Eleazarus pontifex, poſt quē alter Aonias, deinde Simon, cui ſucceſſit in pontificatu Aonias, alius deinde Iudas Machabæus, cui ſucceſſit frater Ionathas, poſt quem Simon frater; deinde Ioannes, poſtquem Ariſtobulus, huic ſucceſſit Alexander, qui Rex pariter, & pontifex; poſt hunc vxor eius Alexandra, cuius filij fuerunt hircanus, & Ariſtobolus, omnes de tribu Iuda, quæ & ſacerdotali commixta fuerat. 4. Reg. 11. Quamuis, & hi, non quaſi iure hereditario, Iudæ principatum obtinuerunt, ſed per electionem delatum eſt, donec ſurgeret propheta fidelis. 1. Machab. 9. & 14.

Sed quomodocumque de tribu Iuda fuerint, hoc ſatis eſſe putarunt viri grauiſſimi, ne omnino ſceptrum extra domum Iuda eſſe diceretur. ita Hieronymus in Sophoniam, licet aliud ſuper Ezechiel ſentire videatur: fuiſſe enim poſt Zorobabelem reliquos de tribu Iuda Iechoniæ poſteros ex parte patris, Ieremiæ 22. verba refragantur, cum dicitur: Scribe virum iſtum ſterilem. & Pauli ad Hebræos 7. Argumentum minus efficax videretur, vbi contendit eos, qui ex patre de tribu Iuda, Aaronis ſacerdotio non eſſe functos.

Hie. in 1. cap. Sophoniæ. Hier. in c. 21. Ezechiel.

Hi vltimi de imperio inter ſe dimicantes, Quinto Hortenſio, & Quinto Metello Conſulibus, Olympiade centeſima octogeſima tertia, iuxta Ioſephum: Antipas, qui & Antipater, præfectus, rerum Hircani, quam Ariſtoboli ſtudioſior, Arethæ Regem Arabum induxit, vt cum exercitu, Hircanum aduerſus Ariſtobolum in regnum reſtitueret: quod libenter effecit, Ariſtobolumque Hieroſolymis obſedit: Per id tempus, Gneius Pompeius res in Aſia gerebat, legatusq. eius Scaurus Æmilius, in Syriam cum parte copiarum venit ab hoc auxilium afflictis ſuis rebus; Ariſtobolus petijt, Scauri opera ſoluta eſt obſidio.

Ioſeph. 14. lib. de bello Iud. Tacit. lib. 21. Romanorum. Philo in lib. ſua conographia.

Deinde, cum fratres apud Pompeium Damaſci de regno litigaſſent, ab eo in Iudæam dimiſſi ſunt. Poſtea ab Ariſtobolo offenſus, legiones in Iudæam duxit, Ariſtobolum vinxit, & totam Iudæam Romano adiecit imperio; M. T. Cicerone, & C. Antonio Conſulibus: confirmatoque Hircani pontificatu, & impoſito ſubiugatæ Iudæorum genti Antipatro Aſcalonita, à quo ex Cypride Arabiæ nato Annanæo Herode, vndique alienigena, & ab eo interfecto Hircano, Iudæi eius tyrannide feſſi, anno trigeſimo ſecundo eius tyrannici regni, Senatuſconſulto primus alienigena regnum accepit: cuius tempore natus eſt Chriſtus Dominus.

Euſeb. Cæſar. lib. 8. de demōſ. Euan. Diodo. Tar. Hugo de S Victo. in Exodū.

Scio Euſebium Cæſarienſem, & Diodorum Tarſenſem, Hugonemq. de Sancto Victore, nomine ſceptri, & ducis, non imperium, ſed dignitatis, & honoris præſtantiam interpretatos, quæ ſemper in tribu Iuda refulſit. Sunt & alij, qui defeciſſe contendunt ſceptrū, & ducatum de Hebræorum populo, vſque ad Herodem, licet aliquando breui tempore intermiſſum fuerit, ſicque prophetiam hanc dicunt intelligendam, quod à Iudæ nomine, & cunctus Hebręorum populus Iudaicus ſit dictus. Sicque pleroſque ex patribus locutos fuiſſe, Iuſtinum contra Triphonem Athanaſium de incarnatione Verbi, & Chryſoſtomum: ſed cum iuxta veritatem oſtenſum ſit, numquam omnino extra tribum Iuda ſceptum, & ducatum, vſque ad Herodem fuiſſe, & de tribu Iuda plane intelligi poſſint verba, minus rationabile videtur, ad vniuerſum Hebræorum populum quaſi neceſſario extendere; prædicti ſiquidem Patres tantum affirmarunt, numquam de Hebræorum populo ducatum defeciſſe: ſi enim de tribu Iuda non defecit, quæ vna eſt Hebræi populi tribus, vere neque extra Hebræum populum vmquam fuit, vſque ad Herodem: ſicut & Meſſias, qui de tribu Iuda fuit, de Hebræorum gente vere dicetur natus. nec quod Patres aliquando de Iudæorum gente Chriſtum natum dixerint, proinde inferre licebit, non ergo de tribu Iudà. placet ergo, omnia huius prophetiæ verba de tribu Iuda plane intelligere, vt ab alijs differt: ſicut interpretati ſumus. Porro, vbi

Iuſt. contra Tripho. Athanaſ. lib. de ver. incar. Chryſ. ho. 67.

שילה שילה R. Salomoh. שילה שלה שילה ה ו שיל

dicitur: Donec veniat,qui mittendus eſt,in Hebręo eſt: Donec veniat *ſiloh*. Sed falſatum puto à Iudæis, & legendum *ſilah*, aut *ſilach*; nam & Hieronymus, & Vulgatus vertunt: Qui mittendus eſt. & Chaldæus paraphraſtes, qui apud illos, & merito,tantæ eſt auctoritatis,& R.Salomoh,vt diximus, legunt,Meſſiam. Quinimmo, etiã ſi legamus *ſiloh*, iuxta interpretationem Septuaginta, & quæ eſt in Midras Agadai *ſiloh* pro *ſailo*, ideſt, munus illi, puta, deferẽdum,vt Regi.R.Dauid kimchi.*ſiloh*,ideſt, filius eius,inquit, *he* vice *vau* poſito, de Meſſia manifeſtus eſt ſermo,& à cognatione quam vox *ſil*, ideſt, filius, cum *ſiliah*, ideſt, ſecundinæ, habet, *ſiloh* recte filium ſignificat, quatenus membrana inuolutus è muliere naſcitur: quo innititur, haud miſſe venturum Meſſiam in mundum virili ætate perfectum: ſed infantulum è muliere natum. Sunt & qui vocem *ſiloha*, vt duas dictiones vertant, *ſe*, & *lha*,ideſt,quod & ſcilicet repromiſſum eſt, aut quod ei manet; vel,vt in alijs codicibus,cui repoſitum eſt. Sic Septuaginta interpretes legunt: Donec veniat,quæ repoſita ſunt ei. ſic Auguſtinus: Cyprianus contra Iudæos legit: Depoſita illi. Alij: Donec veniat cui repoſitum eſt: ſic Ignatius,Iuſtinus martyr, Irenæus,Tertulianus,Origenis interpres, Ambroſius,Hieronymus,& Leo Papa: quæ omnia planiſſime de Meſſia intelliguntur. Iã, quod Hebræorũ aliqui impleram dicunt, prophetiam in Saule, alij in Ieroboam, nonnulli in Nabuchodonoſor, quæſo quis,illorum aliquem, Meſſiam expectatum, & à quo cuncti benedicendi,eſſe cenſuit? de quo Targum,quod apud illos ſummæ eſt auctoritatis,loqui teſtatur,vt vidimus.

ש ילה שי לה Aug.li. 17.de ciu. Dei.c.41. & lib. 12. contra Fauſtum. Cypr. lib.1.cõtra Iudæos. Ignatius. Iuſt. contra Tripho. Irenæus. Tertulianus. Origenes. Amb.in Hex. Hier. q. hebr. Leo Papa.

20 *Et ipſe erit expectatio gentium.*] Sic & Aggæus 2.cap. de Meſſia loquens, inquit: Veniet deſideratus cunctis gentibus: quod licet Iuſtinus in Dialogo contra Triphonem Iudæum,& Auguſtinus de ſecundo aduentu Meſſiæ interpretentur, certe iuxta planum verborum ſenſum, ad primum aduentum maxime ſpectant. Per gentem vero, vniuerſos intelligit: quorum quidam, ſcilicet Iudæi, expreſſe expectabant; gentes vero, quod Meſſiæ aduentu indigerent, vtilitatem maximam inde reportaturi,per metaphoram, eorum etiam expectatio dicitur; ſic enim & tanto conatu aggregari cœperunt poſt eius aduentum,quaſi nihil aliud hactenus expectaſſent. Porro,iuxta Hebræum eſt: Et erit aggregatio gentium. quod ſubintelligendum vtique eſt; nam & ob id expectabant,vt illi ſcilicet aggregarentur, in quo benedicendæ erant omnes gentes.

Iuſtin. contra Tripho. Aug. 18. de ciu. Dei.c.35.

21 *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ò fili mi, aſinam ſuam.*] Vbertas terræ in ſorte Iudæ deſcribitur tanta,quod alligare quis poſſet aſinam, vel pullum ad vitem vnam; & ex illa onerare iumentum. In Hebræo etiam eſt,Ad *ſorech*,genus vtique excellentiſſimæ vitis. Per tropum vero vitis dicitur Chiſtus, quo & ipſe etiam vſus eſt, cum dixit: Ego ſum vitis vera. per aſinam, Iudæorum populum iam legis iugo aſſuetum; per pullum, hactenus ſine legis iugo gentium populum intelligit: hos duos populos, per fidem, & profeſſionem, vineæ,ſcilicet, Eccleſiæ adigens ſibi Chriſtus, vt veræ viti alligauit; vterque tamen ſenſus literalis eſt, & & à Spiritu ſancto per literam immediate intentus, primus ſine tropo, ſecundus vero per tropicam locutionem.

שרק

22 *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.*] Ideſt, tanta erit vini abundantia in ſorte Iudæ, vt vino albo,veluti aqua, lauare quis poſſit ſtolam, & vino nigro pallium nigri, aut rubri coloris, & per hyperbolen dictum eſt, ſicut nos dicimus: *ay para llauarſe con el los pies*. Per tropum vero, de Chriſti paſſione etiam in ſenſu literali intelligitur, iuxta illud Iſai. 45. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Rurſum: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum, ſicut calcantium in torculari? Et Apoc.7. Qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. tantus igitur ſanguis ex vua illa in torculari crucis calcata, tantusque meritorum cumulus inde effuſus eſt,vt rubrum viſum fuerit indumentum eius, & lauari poſſint ſuorum ſtolæ, & à cunctis ſordibus mundari.

23 *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.*] Iuxta Hebræum eſt: Rubicundiores,& certe pulchriores oculi redduntur, ex rubore,ſtatim poſt nimium vini potum. Senſus igitur eſt. Tanta erit vini,& lactis abundantia in ſorte Iudæ, vt oculi virorum Iuda, rubore quodam, ex optimi vini potu perfuſi, & ſcintillantes, pulchriores appareant. Et dentes eorum, ex frequenti lactis eſu,ſint albicaturi: vt ſit ſenſus; pulchriores,ſcilicet alijs; ſunt; ideſt,erunt; oculi eius,ideſt, eorum, vino,ideſt,à vino; & dentes eius,ideſt,eorum; lacte, ideſt,à lacte; candidiores,ſcilicet alijs.

---

g h n

.i. vbi ſinus, & portus, in quibus naues ſe recipiunt, & ſtant. — *.ſ. Phœnices à Sidone filio Canaan fundatam.*

a b c d e f g h i k l m n

Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem.

---

b c d d e f h n

quia robuſtus ad culturam agri, & vehendas merces, & ſubeunda tributa, & ad ſtudiorum perferendos labores. — *.i. quieſcens.* — *.ſ. maris Syriaci, & Galilææ; vel, in medio aliorum.* — *.i. quieſcere, & non vagari extra patrios fines, & literarum contemplationem.* — *fortis .ſ. Iſſachar*

a b c d e f g h i k l m n

Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod eſſet bona: & terram

b d e f g h i K l m

ſ. quia frugum feraciſſima. *ſ. vehendas merces, & onus culturæ, & tributa, & ſtudiorum vigilias.* *ne continuis ſ. bellis attererentur.*

a b c d e f g h i k l m

quod opima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens.

---

a b c d e f g h i m m n o p q o

quia ſicut ex alijs tribubus fuerunt iudices in Iſrael, ita & de tribu Dan, vt Samſon, qui & iudicauit, & vindicauit illos de Philiſtæis. *pro, fiet, ſeu erit.* *calliditas eorum, qui ex tribu, hac metaphoris prædicitur.* *i. vt coluber.*

a b d e f g h i k l m n o p q

Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael. Fiat Dan coluber in via,

---

e f m n

qui illum ita veneno infecto ſtimulat, vt &c. *ſ. Chriſtum omnium ſalutem, quem certo venturum ſcit.*

a b c d e f g h i K l m n

ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Salutare tuum

---

a

ſcil. ex alia tribu.

a b

expectabo Domine.

S C H O L I A.

23 *Zabulon in littore maris habitabit.*] Iuxta Hieronymum, & tractatum de benedictionibus nomine Auguſtini, & Alchuinum, maris magni, littora ſortem Zabulon poſſeſſuram prædicit. Porro, habitabit, inquit, in quo ad Zabulonis nomen pulchre alludit, quod habitationem ſignificat. Iam eadem vox *Coph*, ponitur hic pro littore; & deinde pro ſtatione. *Coph* autem eſt, à verbo *Chaphaph*, quod tegere, abſcondere, & protegere ſignificat: à furore ſiquidem venti, portus nauigia defendit: vnde Septuaginta vertunt: Iuxta acceſſum nauium; eo enim ad portum appelluntur, vt ſcilicet ab irruente ſpiritu protegantur: quem autem fructum inde habitatores perceperint, Chaldæus paraphraſtes exprimit, dicens: Zabulon in littore maris habitabit, ipſe ſubiugabit regiones nauibus, bonumque maris comedet.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. Alc. q. in Gē. חוף חוף חפף

24 *Et in ſtatione nauium.*] Ideſt, vbi ſinus, & portus erunt, in quibus ſe naues recipient, & ſtabunt.

25 *Pertingens vſque ad Sidonem.*] Ad Sidonem vſque dicit Zabulonis funiculos pertingere. Ad Sidonem, inquam, inſignem Phœnicis vrbem, & opulentiſſimam quondam, poſtea dictam, Stratonis turrim; quod ab illo eſſet inſtaurata: hanc ædificatam dicimus à Sidone, filio Chanaam, cognomento Phœnix, cuius filij Phœniciæ portionem impleuerunt, quam prius Chananæi, ſeu Phœnices incoluerunt; deinde in Iudææ regionem conceſſit, quam Hebræi terram Chanaan appellarunt: huius Sidonis incolæ, Sidones Phœnices dicti ſunt: alij ab his, quos Sidones germanos vocarunt; nunc vero Polonos dicimus, à quibus, & Sidonia vrbs, quam à ruinis reparauerant: quæ poſtea à Mauris diruta fuit. Cuius æquiuocatio, quibuſdam occaſio fuit aliter loquendi in hoc loco, quam oportet.

26 *Pertingens vſque ad Sidonem.*] Chaldæus paraphraſtes legit: Et terminus eius pertinget vſque ad Sidon, non deſunt, qui hoc ad nauigationem, & commercia Zabulonitarum referant, cum Sidone nobiliſſima, & maritima vrbe, magnum inde commodum reportaturi. Et hoc eſt, quod Targum dicit: bonumque maris comedet. Vnde, & Deuteron. 33. Lætare Zabulon in exitu tuo. non quod terminus Zabulonicæ ſortis Sidon extiterit: ſed certe textus ſacer aperte Sidonem terminum Zabulonis conſtituit; quod nauigationi, & commercijs prædictis non repugnat, ſicut terminus regni Valentiæ Cathalonia eſt; & tamen nauigiorum miniſterio multa ſunt commoda, & pleraque inter vtriuſque regni habitatores commercia.

27 *Iſſachar aſinus fortis.*] Ex Hebræo eſt: Oſſeus. ſic apud Hebræos, pro forti, præduro, & robuſto: robuſti itaque aſini metaphora, iuxta S. Hieronymū, & tractatum de benedictionibus nomine Auguſtini, & iuxta Theodoretum, & Albinum, oſtendit, quod in labore terræ, & vehendis ad mare oneribus, eorum, quæ in ſuis finibus naſcebantur, hæc tribus plurimum laborauerit.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. Theod. q. 109 in Gen.

28 *Accubans inter terminos.*] Iuxta Nephtalim pulcherrimam in Galilæa regionē poſſeſſurus Iſſachar, benedictione ſua Iacob habitatorem facit, inquit Hieronymus. Porro, termini, inter quos accubabant, ſiue requieſcebant in ſorte Iſſachar, Mare Mediterraneū, & Galilææ ſunt. Porro, vox Hebræa, non ſolum terminos, ſed & ſarcinas ſignificat: forſan hac vocis æquiuocatione, non ſolum, quod Vulgatus expreſſit, intelligens, ſed etiam, quod ſicut robuſtus aſinus, duabus ſarcinis ſuccumbens, ſcilicet agriculturæ, & tributi, quieuerit.

29 *Vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima.*] Ideſt, videns melius eſſe quieſcere, pingue terræ colendo, quàm vagando: quemadmodum Zabulon, ob negotiationē extra patrios fines; conſiderans

ſiderans terram, quam incolebat optimam, frugumque feraciſſimam.

30 *Et ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum.*] Quaſi dicat: & ideo ſuppoſuit humerum & laboribus agri, & ad vtriuſque maris littora, terræ fructus vehendos, & denique ad tributa ſoluenda.

31 *Factusque eſt tributis ſeruiens.*] Ideſt, elegit potius penſitare tributum, quæ opulentiſſima, & ditiſſima tribus erat, quam cõtinuis atteri bellis. Nõ deſunt ex Hebræis, vt Hieronymus innuit, qui dicant per metaphoram ſignificari, quod ſcripturas die, & noctu meditans, ſtudium ſuum dederit ad laborandum, iuxta illud 1. Paral. 12. De filijs quoque Iſſachar viri eruditi, qui nouerant ſingula tempora. Et quod ſubditur: Omnis autem reliqua tribus, eorum conſilium ſequebatur; & idcirco, vt Hieronymus aduertit, omnes ei ſeruiunt, quaſi magiſtro dona portantes: Vtrumque ſenſum ſecundum literam admitto; cum videam ex tribu Iſſachar pleroſque terræ culturæ deditos, aliquos vero eruditos, quorum conſilium reliqua tribus ſequeretur: eiſdem igitur verbis, quæ vtriſque tam diuerſa ſtudia futura eſſent, prædicit; tanta ſiquidem eſt diuinarum literarum vbertas.

32 *Factusque eſt tributis ſeruiens.*] Septuaginta: Factusq; eſt vir agricola. Targũ legit: Delebit habitatores earũ, & qui relicti fuerint ſerui, & tributarij eis fuerunt. Quis non videt, quã diſſimilẽ ſenſum prædicta verba innuãt, ab eo quẽ Vulgatus exprimit. Cæterum vtrumq; eſſe potuit, & quod Vulgatus exprimit, & quod Chaldæus aduertit, ita vt ex gentibus, & incolis illius ſortis, qui remanſerint, ſeruituti fuerint addicti, & Zabulonitæ terræ illius bonitate allecti, nec aulicis negotijs, aut bello implicarẽtur, potioribus, & maioribus tributis Regibus ſeruierint, qui & ditiores cæteris tribubus erãt.

33 *Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael.*] Sicut Lia, Dan filio, nomen impoſuit, quod pro ea Dominus ius dixerat, ita & pater, eadem nominis alluſione, iudicaturum aliquando populum prædicit: ſicut ergo Ioſue de tribu Ephraim, Othoniel de tribu Iuda, Aioth de tribu Manaſſe, Thola ex tribu Iſſachar, Abdon de tribu Zabulon, ſic & Samſon de tribu Dan, viginti annis populum Iſrael iudicauit. Iudic. 13. quaſi dicat: Si qua igitur alia ſit tribus, quæ iudicet, & ipſa iudicabit. Porro, vox Hebræa, & iudicare, & vindicare ſignificat, licet alterum tantum exprimat Vulgatus, ſubintelligendum tamen eſt; nam & Samſon Iſrael de Philiſtæis vindicauit.

34 *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.*] Prædictis metaphoris oſtendit, tribum Dan futuram callidam. Fiat, ideſt, fiet; quod & Moyſes Deut. 33. confirmare videtur, cum dicit: Dan vt catulus leonis fluit ex Baſſan. quaſi ſcilicet ex inſidijs proſiliens, coluber ſiquidem, & ceraſtes, de quo Plinius lib. 8. cap. 23. Solinus cap. 30. callide damna inferunt, ſicut in textu innuitur. in via ſiquidem ceraſtes delitens, tranſeuntem equum mordens, veneno infectum ita acriter ſtimulat, vt furibundus ſubſaltet, donec equitem excutiat. Porro, hæc in varijs euentibus eorũ, qui de hac tribu fuerũt experimur, ita callide ſe geſſiſſe, de quibus omnibus eiſdem verbis ſecundũ literã, Iacobus multa prædixit: ex tribu enim Dan Iudic. 18. callide, Laiſan, quæ & Paneada vrbem aggreſſi, vi ceperunt: & Dan vocarunt. Et Samſon de eadem tribu, callide ſæpe decepit, & inimicos Philiſtæos offendit, ſemitas, & vias etiam Iſrael cuſtodiens, & poſt multa, quæ in libro Iudicum ſcribuntur; tandem concuſſis columnis, quibus domus innitebatur, plures moriens interemit, quam occiderat viuens. Et ſolitis inſidijs, Antichriſtus, qui ex hac tribu futurus à pleriſque creditur, tantum mundo illaturus damnum deſcribitur, vnde Theodoretus de illo hæc omnia interpretatur, ſimiliter & Irenæus libro quinto aduerſus hæreſes, Hippolytus, & Andreas Caſ. & Areta, Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum cap. 7. Auguſtinus quæſtione 22. in Iοſue, Theodoretus quæſtione vltima in Gen. Proſper libro de promiſſionibus Dei parte 4. Gregorius 30. moralium cap. 18. Haymo, & Richardus, Anſelmus, & Rupertus in 7. caput Apoc. At Hieronymus, & Albinus de Samſone. Ego vero vt dixi, vnico literali ſenſu, hæc & ſimilia callide facta in tribu Dan futura, tunc ſanctum Iacob prædixiſſe exiſtimo.

35 *Salutare tuum expectabo Domine.*] Multa ſanctum Iacob impulerunt, vt hac apoſtrophe futurum Meſſiam interpellaret; præuiderat quidem Deum, egregios viros ſuo quoque tempore deſtinaturum, prout neceſſitas exigeret, ſicut Moyſen, Othonielem, Gedeonem, Samſonem: ſed peccati ſeruitutem perpendens, à qua iſtorum nullus mundum liberare poſſet, Meſſiam magno animi affectu deſiderans, qui ſolus vere libertatis auctor futurus eſſe poſſet, expectaturum profitetur. Huic conſonat Chaldæus paraphraſtes, qui ſic legit: Dixit pater noſter Iacob: Non expectabo redemptionem Gedeonis, quæ eſt ſalus temporalis, neque redemptionem Samſonis, quæ eſt ſalus tranſitoria; ſed expecto redemptionem Meſſiæ filij Dauid, qui venturus eſt, vt adducat ſibi filios Iſrael, cuius redemptionem expectat, & deſiderat anima mea. Tum quod etiam de Sampſone verba faciens, qui futurum Meſſiam in multis adumbrauit, & ad illum & affectum, & ſermonem tranſtulit; ſicut ſæpe Prophetæ fecerunt poſtmodum, cum de aliquo prophetarent, qui Meſſiæ vmbra, ſeu figura fuiſſent. Adde, ſicut ſenes inter loquendũ quaſi feſſi quandoque ſuſpiria emittunt, ſic & Sanctus Iacob, quaſi diceret: *hay hay mi Dios quando verreis, que os aguardo.* Et maxime quaſi aſſylum vnicũ inuocat, ad quem confugere debeat, qui à noxijs callide illatis erui deſiderant, maxime Antichriſti calamitatem, & caliditatẽ memorans, ſicut vnius de tribu Dan. Chriſtum itaq; Dominũ, omnium ſalutem, his verbis præſtolari, quem certo ſciebat venturum, communis eſt patrum conſenſus Hieronymi, Theodoreti, & aliorum. At S. Hieronymus, & Rupertus etiam exiſtimant, in mentem Iacob veniſſe, an Samſon Meſſias futurus eſſet, dum eius admirãda geſta perpenderet: ſed cum ex multis indignũ ad id videret, verum Meſſiam inuocaſſe. Sed certe tria priora, quæ prædiximus, commodiora, & rationabiliora videntur, quæ illum ad præſtolandum tunc Meſſiam impulerint. Scio aliquos exiſtimaſſe, prædictis verbis Sanctum Iacob prædixiſſe, quibus verbis Samſon aliquãdo Deum præcaturus eſſet. Iudic. 15. Sed quæ diximus veroſimiliora videntur.

Hier. q. hebr. in Gen. *Hier. q. hebr. in Gen.* *Theodoretus. Irenæus. Hippolytus. Areta. Ambroſius. Auguſtinus. Theod. Proſper. Gregor. Haymo. Ricardus. Anſelmus. Rupertus. Hier. q. Hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.* *Hier. q. hebr. in Gen. Theod. q. 109 in Gen. Hier. q. Hebr. in Gen. Rup. in Gen.*

Gad

a b c d e g h i l m n

alludens ad nominis impoſitionem, .ſ.in procinctu. | *.i. paratus, & in procinctu.* | *tamquam anteſignanus, in prælio præcedet alios.* | *ſ Gad tribus.* | *.i. protegetur ab alijs ſui populi, vel ſtrenue pugnabit.* | *.i. à tergo, vel hoſtes in fugam vertens.* | *.i. omnigenis frugibus abundans, maxime oleo.*

a b c d e f g h i K l m n

Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum. Aſer pinguis panis eius,

a b c d e f g h i k l

.i. ſelectos fructus, & oleum in Regum delitias preferet, & quibus etiam Reges oblectari poterunt, ſi velint. | *.i. eius terra, ſicut ceruus multa celeritatis in maturandis fructibus.* | *.i. voces ſacerdotum in gratiarum actionem pro primitiuis frugibus in templo oblatis, ab his, qui de hac tribu. Item canticum Iud. 5. vocat pulchritudinis eloquia.*

a b c d e f g h i K l

& præbebit delicias Regibus. Nephtali, ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.

S C H O L I A.

36 *Gad accinctus*] Ad nominis Gad interpretationem alludens, tãquam in procinctu ad res gerendas, tribum hãc deſcribit. Chaldæus paraph. hoc loco aperte, & iuxta Vulgati verſionem loquitur.

37 *Præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum*] Ideſt, magna fortitudine filios Iſrael præibit, eos cuſtodiens, à tergo vero mutuo ab ipſis cuſtodita. hæc adimpleta vidimus ſæpe, ex his, quæ in libris Num. Ioſue 22. & 1. Par. 5. ſcripta legimus: vt cum hæc tribus ſortem vltra Iordanem accepiſſet, cum Rubenitis, & dimidia tribu Manaſſe, reliquum populum onuſtum filijs, vxoribus, & ſupellectili, relinquens in terra Regum Og, & Sehon, quam illis Moyſes in poſſeſſionẽ aſſignauerat, primus incedebat, vt tamquam anteſignanus, obuios hoſtes propulſaret, & poſt quatuordecim annos, ante Rubenitas, & dimidiã tribum Manaſſe, ad filios, quos trans Iordanem in poſſeſſione dimiſerat, reuertens, viciuarum gentium præliũ grande aduerſus eos reperiens, victis hoſtibus, fortiter dimicauit. ſic ex Hier. & tract. de benedictionibus ſub nomine Auguſtini, & ex Alchuino. Et licet horum aliqua communia fuerint etiam Rubenitis, & mediæ tribui Manaſſe: Iacob Gaditis tantum tribuit; quod Ruben ob peccatum ſolum increpet, & de Manaſſe, & Ephraim, ſolum in parente ſuo, ſcilicet Ioſeph, loquatur. Hæc & ſimilia facta Iepte, & aliorum, qui ex tribu Gad fuerunt, vnico ſenſu literali prædicit: etiam cum latronum, & pyratarum inſidias quandoque ſuperauerint: ſicut aduertit Theodoretus cum Hieronymo qu. Hebr. alludens ad nomen Gad, quod & latrocinari, & expediri ad pugnam ſignificat: Iepte, inquam, ſi ex tribu Gad fuit, qui ex Galaad Iudic. 11. in qua Gaditas habitaſſe refertur. 1. Par. 5. Sed quod Galaad forte tribui Manaſſe contigerit, Ioſue 17. dubium videtur, an Iepte ex tribu Manaſſe fuerit.

Hier. q. hebr. Gen. Aug. tom. 3 Alc. q. in Ge.

Theo. q. 109 in Gen.

38 *Aſer pinguis panis eius*] Nomine panis, victum omnem intelligit, & alludit ad nomen Aſer, id eſt, beatus, ſecundum aliquos: is autem beatus dicitur, qui omnibus abundat; talis prædicitur terra in ſorte Aſer (ſic Theodoretus) omnigenis ſcilicet frugibus referta, ita vt non eſſet illi opus annonam aliunde apportari, & maxime ex abundantia olei, quo cibi pingueſcunt, pinguis dicitur: vnde & Deu. 33. Tinget in oleo pedem ſuum. q. d. *aura para lauarſe los pies.* vnde Ioſephus ait: Ciues Giſcalæ, quę ſortis fuit Aſer, (& iuxta Hieronymum patria fuit Pauli Apoſt.) in terræ fructibus fortunas omnes locaſſe, quod ſignũ euidẽs eſt vbertatis regionis illius.

Idem ibid.

Ioſeph 4. lib. de bello Iud.

39 *Et præbebit delicias Regibus*] Erunt quippe in hac ſorte ſelecti fruct⁹ & rari, qui maxime ad Regum, & diuitum delitias conducent, ita vt eis contenti eſſe poſſint. Erit & oleum in abundantia, vt dictum eſt, quo Reges, & diuites vngebantur, & ad delitias vſi ſunt in diebus lætitiæ, & gaudij: vnde & Chriſtus Dominus Matth. 6. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua: iuxta illius ſæculi conſueta loquens. Chaldæus paraphraſtes ad ipſum Aſer refert: Et ipſe, inquit, fruetur delitijs Regum. ideſt, dignis Regibus.

40 *Nephtali ceruus emiſſus*] Cerui metaphora, celeritas terræ huius ſortis in maturandis frugibus deſcribitur; nam & ceruus velociſſimi curſus eſt, ita cum Hieronymo tractat. de benedict. ſub nomine Auguſtini, & Albinus. Rurſum prædicitur formoſitas illius terræ, qualis videtur ceruæ ad principem miſſæ, & factum Barach, etiam iuxta alium literalem ſenſum (plures enim eſſe contingit vnius literæ) ſimul prædicitur: qui de tribu Nephtali miſſus, belli dux, veluti formidoloſus quidam ceruus, cum hoſtibus manum conſerere timuit, priuſquam Debboram Prophetiſſam militiæ comitem haberet, Iud. 4. quamuis non tam timori, quam religioni aſcribi illud poſſit, qui Debboram feminam Deo acceptam ſciens, ſi illam in bello ſociam haberet, nullo modo de victoria dubitaret; in cantico ſiquidem pluſquã audax deſcribitur. Barac, inquit, qui quaſi in præceps, & barathrum ſe diſcrimini dedit: ſed tamen exterius ſaltem, ceruæ timidæ aſſimilari viſus eſt; dum ſine Debbora bellum renuere videretur.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. Alb. q. in Gen.

41 *Et dans eloquia pulchritudinis*] Iuxta priorem ſenſum, eloquia, facundam deſcribit tribum illam, & compte, & ornate loquentem, & ſub eiſdem verbis ſacerdotũ voces prædicit, vt pulchritudinis eloquia in gratiarum actionem coram Deo, cum in templo, primitiuæ huius ſortis fruges Deo offerebantur. huic conſonat Chaldæus paraphraſtes: Nephtali in terra bona cadet ſors eius, & poſſeſſio erit fructifera, laudabunt, & benedicent ſuper eos, ſubintellige ſacerdotes, cum oblationes Nephtalitæ offerent. At iuxta alium ſenſum etiam literalem, eloquia pulchritudinis prædicit, canticum, quod, pro parta victoria, Debbora, & Barac cecinere. Iudic. 5.

a b b c d c i K K l m

a ſ. alludit ad nominis impoſitionem. *b* .i. alijs accreſcens, & à carcere ad principatum Aegypti euectus. *i* .ſ. adeo, vt filia .i. virgines Aegypti. *K* .i. confluxerũt .ſ. puella. *l m* vt .ſ. cum audirent tranſeuntem, ob eius ſpeciem intuerentur illum.

a b c d e f g h i k l m

Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum.

a b c b e f g h i k l m n o

a b c & fratres, & Putiphar, & eius domeſtici, & eius ſobolem ob inuidiam inimici exaſperabunt. *b* .ſ. hoſtes. *e f* verbis, & fratres, & Putiphar, & domeſtici. *g h* fratres, quod plus cæteris à patre amaretur, & inimici tribus Ephraim, eius fortunã, & robur. *i k* .ſ. zeli iaculis, & odij ſtimulati. *l m n o* .i. repoſuit arma ſua in ope Dei fortis, ſiue permanſit validus, ſeu victor euaſit.

a b c d e f g h i k l m n o

Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus

b c d f g h l m n o a

b c d .ſ. quibus fratres ligarunt, & quibus in carcere vinctus fuerat. *f g h* & illis ſucceſſerunt aurea ornamenta brachiorum, & manuum. *l* .i. opem. *m* i. Dei potentis. *n* propter ſpecialem cultum, & pactũ. *o a* quod fratres pauit in Aegypto, & Rex, & Dux ex eius tribu.

a b c d e f g h i k l m n o

eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde

b c d e f h h i k l m n o

b c ſ. Ioſeph, ſiue ex eius tribu. *d e* quod protexerit fratres. Eius ſoboles, quia inuicta, & fortis inſtar lapidis. *f h h i k l* vt ſ. ſicut me ab Eſau, Laban, Sychimitis, & vicinis gentibus liberauit, & te ab inimicis eruit, & tuebitur deinceps. *m n* quod in multis benedixit, ad quæ facienda Deus omnipotens. *o* .i. benefaciet.

a b c d e f g h i K l m n o p

paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi

a b c d e f g h i

a .i. bonis. *b* .i. pluuia, & benigni influxus. *c d* .i. bonis. *e* .i. terra, & maris, à quibus quandoque pluuia eleuantur, vel abyſsi .i. aqua .q. d. ſolo irriguo. *f g* quod reſpectu noſtri quaſi deorſum ſint. *h* .i. bonis. *i* .i. lactis.

a b c d e f g h i k

benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſsi iacentis deorſum, benedictionibus vberum &

a e f g k l a

a .i. prolis hominum, & gregis. *e* .i. fulta, & ampliores. *f g* q. d. felicior me eris. *k l a* .i. erunt in perpetuum duraturæ, ſicut colles, item donec .i. vſque. ſiue, excepta illa, quæ ex me venturum Meſsiam prædixerunt, qui eſt deſiderium &c. vel durent vſque ad Chriſtum à Sanctis deſideratum.

a b c d e f g h i k l

vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret

b c d e f g h i k l

b c .i. patriarcharum, el deſeado de los ſantos Padres. *d* .i. maneant, ſiue fiant, aut impleantur .ſ. benedictiones. *e f g h i* .i. in Ioſeph, qui iuſtior, & princeps eſt ſuper fratres. *k l* idem per Ioſeph, & Nazaræũ, ad comã, quam in carcere nutrierat, alludens.

a b c d e f g h i k l m n o

deſiderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.

S C H O L I A.

42 *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens*] Ad nominis impoſitionem alludens, qui ſic dictus; quod parentibus ſuis adauctus fuerit, vt Hieronymus aduertit. Erit, inquit, accreſcens, geminatione apud Hebræos grata, qua tamen maiorem inter fratres futurum prædicit, vt inquit Hieronymus, duobus filijs, duas tribus, & ſortes duas obtinens, tum etiam, iam tunc accreſcentem vocat; quod à ſeruili carcere ad Aegypti principatum euectus fuerit.

Hier. q. Hebr. in Gen. Aug. tom. 3. tract. de bene. Alb. q. in Gen. Hier. q. Hebr. in Gen.

43 *Et decorus aſpectu.*] Iuxta Hebræum ſecundum aliquos habetur: Supra fontem. quaſi dicat: Accreſcens ſicut arbor ſupra, ideſt, iuxta fontem plantata. Cui conſonat Targum: Filius meus Ioſeph multiplicabitur tanquam vitis, quæ plantata eſt ad fontes aquarum, duæ tribus egredientur de filijs eius, & accipient partem, atque hereditatem. Tamen in Vulgato tantum habetur: Et decorus aſpectu, quod confirmant verba ſequentia.

44 *Filiæ diſcurrerunt per murum*] Quaſi dicat, iuxta Hieronymum, & alios, vbi ſupra, adeo pulcher es, vt te tota de muris, & turribus, ac feneſtris, cum tranſeuntem audierint, puellarum Aegypti turba proſpecter, huc, atque illuc vagæ properantes Aegyptiæ virgines, vt amabilem Ioſeph, ſpecioſum forma, & regio cultu ornatum, earumque vitæ ſeruatorem, intuerentur.

Hier. q. Hebr. in Gen. Aug. tom. 3. tract. de bene.

45 *Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inui-*

derunt-

deruntque illi, habentes iacula.] Hæc & ſequentia, verba, & facta reſpiciunt, & futura prænunciant; eius enim fratres exaſperauerunt, ſiue amaricauerunt illum, (vtrumq. enim vox Hebræa ſignificat) toruis vultibus illum intuentes; & iurgoſis verbis improperantes: vnde ſupra, cap. 37. dicitur: nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Et alibi: Et ad amaritudinem perduxerunt animã eius. Rurſum, Et paterno amori inuidentes, cum ſomniorũ præſagia æmularentur, liuoris, & zeli iaculis vulnerati, vt inquiunt Hieronymus, & Albinus, id faciebant, ſimiliter & Putiphar, & eius domeſtici, infamię ſpiculis, & verbis, & factis, illum acriter excruciarunt. Porro, cum tribus Ephraim fortiſſima, & in militari arte inſtructa fuerit, vt S. Hieronymus, & Albinus ex libris Regũ, & Paralipomenon obſeruant, etiam prædictis verbis, multos habiturã inimicos ex robuſtis, & militantibus, ob inuidiam, prædicit. Et vtitur verbo præteriti temporis, Hebræorum more, ſicut ſæpe pro futuro; maxime, vt certitudinem futuri, ob prophetiæ infalibilitatem, oſtendat.

Hier. q. Hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.

Hier. q. Hebr. in Gen. Alb. q. in Gen.

46 *Sedit in forti arcus eius.*] Quaſi dicat, iuxta Hieronymum, & Albinum: Verum tu arcũ tuum, & arma pugnandi poſuiſti in Deo, qui fortis eſt propugnator, cuius auxilio conſtanter in prædictis te habuiſti, nec feminæ blãditijs, factis, nec carcere fractus, ſpem, quam in Deum fortem locaueras, deſpondiſti. Porro, vt futurum reſpiciunt verba hæc, fortitudine loci, & virium, & Dei auxilio ab hoſtibus tutam fore Ephraim tribum prænunciant.

Hier. q. hebr. in Gen. Alch. q. in Gẽ.

47 *Et diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius*] Soluta dicit vincula, quibus fratres illum ligarunt, iuxta Hieronymum, & Alchuinum: & carceris vincula à cuſtode, & deniq. iuſſu Pharaonis Deo opitulante. Porrò, iuxta Hebræũ, aliqui legunt: Deaurata fuerunt brachia manuum eius. Et certe ſermonis Hebraici fœcunditate Spiritus ſanctus vſus eſt: Et licet Vulgatus vnũ exprimat ſenſum, nõ tamen excludit iſtum ex vi verborum ſubintellectũ, brachiorum, & manuum aurea ornamenta, in dignitatis ornatum, ſeruilibus vinculis ſuccedentia memorans: huic conſonat pſal. 104. & Targum, vbi legitur: Quia ſeruauit legem in occulto, poſuitq. fortem fiduciam ſuam, hinc poſitum eſt aurum ſuper brachia eius, poſſeditque regnum, & confirmauit.

Hier. q. hebr. in Gen. Alc. q. in Gẽ.

48 *Per manus potentis Iacob.*] Per metaphoram manus Dei, eius opem vocat, qui potens eſt, cuius ſcilicet auxilio, vt Hieronymus, & Theodoretus interpretantur, inimicorum inſidias, & mala ſuperauit, & vincula diſſoluta ſunt. Porro, vbi nos legimus; fortis, in Hebræo eſt *abir:* cuius dictionis tribus cõſonantibus, quæ de eius ſubſtantia ſunt *aleph. beth*, & *res* tres diuinæ perſonę adumbrantur *ab*, ideſt pater *ben*, ideſt, filius *ruah*, Spiritus ſanctus: quorum nominum priores conſonantes ſunt tres prædictæ, quarta vero, ſcilicet *iod*, quæ iuncta eſt ipſi *ben*, quæ & interiecta eſt, & ipſam *ben* ſequitur, humanitatem, quã filius Dei in tempore aſſumpſit, præſignat, hæc & alia fidei myſteria, etiam ex vocibus ipſis, quibus Scriptura vtitur, grauiſſimi viri in Hebræo ſermone edocti, eruere pie, immo & vere ſolent.

Hier. q. hebr. in Gen. Theod. q 109 in Gen.

אביר א ב ר אב בן רוח י בן

49 *Inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael.*] Sunt qui verba hæc ad Chriſtũ referant, qui & paſtor, & lapis angularis, egreſſus inde, ideſt, à Deo forti fuit: Et quod, quaſi conſolando Ioſeph, hoc dixerit Sanctus Iacob, quin poſt Hieroboã, tribus Ephraim à Deo apoſtatauerit, vt potius inter gentes computaretur, quam inter Iudæos; quaſi dicat: veniet aliquando, qui & paſtor, & angularis lapis, cui etiã ſi veluti gentes eſſent, vniri poſſent per fidem, vnde & R. Moyſes Gerundenſis: De lapide, inquit, loquitur, de quo pſal. 117. Lapidem quem reprobauerũt ædificãtes, &c. Sed prædictus ſenſus certe myſticus eſt, genuinus autẽ literę ſenſus eſt: Et facta narrãda referens, & futura prædicens: egreſſus itaq. fuit Ioſeph, vt eſſet paſtor ſuorũ, illos in Aegypto paſcens, & lapis fortis, ad illorũ protectionem, & cuſtodiã: ita paraphraſtes Chaldæus: Hoc contigit ei à conſpectu Dei fortis Iacob, cuius verbo cibauit parentes & filios, ſemen Iſrael. Porro, eadem figurata locutione, predicit tribum Ephraim inuictam, & fortem, inſtar lapidis futuram, & imperantem quãdoque, vt paſtor: ſicut in Ioſue poſt Moyſen impletum eſt, & Debbora, Gedeon, Abimelech, Iephte, Iair, qui ex Ioſeph: Et in Hieroboam, qui primus Iſrael paſtor, & Rex, vt diſtinguitur à regno Iuda. Et Nadab: Sic Hieronymus, & tractatus de benedictionibus ſub nomine Auguſtini, & Alchuinus. quod enim quidam contendunt, non fuiſſe à Deo regnum Hieroboam, & ex Oſee cap. 5. probant, non ita conſonum videtur ſcripturæ 3. Reg. 12. & 13. de quo autẽ Oſeas loquatur, & quomodo interpretandus ſuo loco, Deo opitulante, videbimus.

Hier. q. hebr. Gen. Aug. tom. 3. Alchui. q. in Gen.

50 *Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi.*] dicitur Deus patris tui, ſcilicet, Iacob, per ſpecialem cultum, & pactum cum Patribus factum. Porro erit adiutor tuus, vt ſcilicet ſicut me, ab Eſaũ, Laban, Sichimitis, & vicinis gentibus eruit, ita & te à cunctis aduerſarijs liberum faciat, & in poſterum tueatur. Iam, omnipotens benedicet, ideſt, benefaciet in ſequentibus: quæ cum multa ſint, & poſſibilia videret, omnipotentem prædicat. In Hebræo *Sadai*, quod iuxta Hieronymum robuſtum, & ad omnia ſufficientem ſignificat.

Hier. epiſ. 136 ad Marcellã.

51 *Benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum.*] Ideſt, bonis deſuper, ſcilicet pluuiæ, & benigni influxus è cælo, quibus terra fœcundatur, & à quibus ſalus hominum non parũ pendet. Porro benedictionibus, ideſt, bonis: Abyſſi iacentis deorſum, ideſt, aquarum, & terræ, quæ veluti ſub pedibus iacent, & à Moyſe, abyſſi nomine, in principio huius libri dicta ſunt. Abyſſi igitur nomine, & optimam terræ diſpoſitionem comprehẽdit, quæ non parum ab aqua dependet, quæ tellurĩ infuſa, & perfuſa, per occultos quoſdam meatus illã penetrat. Rurſum, & aquas fluminum, & fontiũ, quibus irrigatur, quæ à profundis, quæ ſub terra ſunt, ſcaturiunt, & etiã aquas maris, à quibus quandoq; abunde vapores eleuati, benignę ſuper terram per pluuiam defluunt, & ſimiliter profundiores terræ partes, in quibus frequentes ſunt ſcaturientes aquæ, & à quibus etiam non modica vaporum pars ad pluuiam eleuatur: vnde & Chaldæus paraphraſtes vertit: Benedictionibus, quæ procedunt de profundis terræ hinc, & fructus etiam intelligere poſſumus prædictis verbis, qui ex profunditate terræ ſuperue aſcendunt. Quare & Ephraim, ob cæli clementiam, & terræ bonitatem, in regione feraciſſima habitauit.

52 *Benedictionibus vberum, & vuluæ.*]Felix gregũ

& liberorum copia prædicitur,& lactis in maternis vberibus abundantia, ad prolem nutriendam; filij quippe in vtero geſtantur,& vberibus matrum nutriuntur. vide Oſee. 9. de Ephraim, quomodo ad hanc benedictionem alludens, is punitam eandem prædicat, ob illius peccata.

53 *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius.*] Benedictiones patris tui: ideſt,quibus ego pater tuus te benedico: Confortatæ ſunt, ideſt, certum in tua ſobole ſortientur effectum; quod fultæ ſint benedictionibus patrum meorum: Et maiores illis erunt,quaſi dicat:multo felicior me eris.Vnde Chaldaica paraphraſis legit: Benedictiones patris tui addantur. Alias multiplicant horum verborum interpretationes, ſed,quæ aſſignatæ ſunt, præſtantiores,& ad literam accommodatiores cæteris ſunt.

תאות

Theod.q.109 in Gen.
R.Kimchi.

54 *Donec veniret deſiderium collium æternorum*] *Taauath*, vox Hebræa, & deſiderium, & terminum, ſeu finem ſignificat. Eſt igitur vnus ſenſus, iuxta Theodoretum,& R.Kimchi,perpetuo ſcilicet,duraturas benedictiones prædicens, quaſi dicat; tamdiu ſtabiles erunt, donec veniat finis collium æternorum,ideſt, non erit illarum finis: Vt vero etiam ſignificat deſiderium, ſenſus eſt: maiores ſunt, donec,ideſt, vſque,ſiue excepta illa,quam mihi de venturo Meſſia ex ſemine meo dederunt, qui ſcilicet Meſſias, deſiderium eſt, ſiue ipſe eſt, quem omnes colles, ideſt,Patriarchæ deſiderant: *el deſeado delos ſantos Padres.* Vocat autem figurata locutione,ſanctos Patriarchas,colles æternos. Et vterque ſenſus literalis eſt: poſteriorem expreſſit Vulgatus, prior autem ſubintelligi poteſt,ob fœcunditatem Hebraici ſermonis. Sunt qui nec improbabiliter verba hæc referant ad regiones, quas filij Ioſeph ſortiti ſunt,quæ montibus,& collibus amœniſſimis, maximeque fructiferis abundant: qui proinde deſiderabiles merito dicuntur.

55 *Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.*] Fiant, ideſt, precor, vt ita abunde,& cumulate contingant. Itaque non ſolum prædixit; ſed precatur Deum, vt omni amoto obſtaculo ita contingant, ſiue fiant, ideſt, fient. Porro, idem per caput Ioſeph, & per verticem Nazaræi intelligit, ipſum ſcilicet Ioſeph, ideſt, in ipſo compleantur,aut in ſua ſobole: ſunt enim Hebraici ſermonis ſchemata, ſuper caput huius, ſuper verticem eius; quod quæ per totum corpus fluere debent,ſuper caput,aut verticem funduntur. Iam alludens ad comam, quam in carcere nutrierat, Nazaræum, ideſt, coronatum vocat; quod inter fratres,ideſt, ſupra fratres, principem locum teneret. quaſi dicat: qui inter fratres es quaſi princeps. Chaldæus paraphraſtes, per Nazaræum vertit, eum, qui fuit à fratribus ſeparatus; vt ſcilicet cæteris ſanctior,& iuſtior,& vt omnium princeps in Aegypto.

---

abcdefghi b abcdefghi K l

qua huic tribui, vel his, quæ de illa tribu euentura prænuntiat, vt de altari, de Saule, de eo quod Iudic. 20.& de beato Paulo — *pro, velut lupus.* — *q.d. vt lupus mane, & veſperi prædari ſolet, ita Beniamin de hoſtibus ſæpe victoriam eſt reportaturus.* — *.ſ.hoſtium, quæ ſuperabit, vt ſolet lupus oues ſuperare.* — *ſub capita ſunt.*

a b c d e f g h i K l m n o

Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Omnes hi in tribubus

---

g i l m

.ſ.Iacob. — *.i.precatus eſt bona, & prædixit futura.* — *forſan tacuit illas Moyſes, ſiue quæ in proprijs tribubus euentura prædixit.*

a b c d e f g h i K l m

Iſrael duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis, benedictionibus proprijs.

---

f

.i.moriar, vel congregabor ad patres, qui in limbo ſunt.

a b c d e f g h i K l m n o p

Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in

---

p a b

de hoc ſupra cap.25.

a b c d e f g h i K l m n o p

ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron Hethei, contra Mambre in terra Chanaan, quam emit

Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum, & Saram

---

o p q

forſan ex Aegypto aſportata, ob reuerentiam tunc futuri ex eius filio Iuda, Meſſiæ.

a b d e f g h i k l m n o p q

vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet.

b c d e f g h i k
tacentur in textu forſan de cultu Dei, de fugienda idolatria, de ſeruanda fide Pharaoni, & gratia Ioſeph. de pace inter illos mutua, & cũ Aegyptijs: *Retraxit.* *forſan quod interim extra lectum pendentes habuiſſet.*
a b c d e f g h i K l m
Finitisque mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt:

a b c d e
repetitio eſt, i. obijt, ſed innuitur animæ immortalitas, & cœtus ſanctorum in limbo, hoc Hebraico ſchemate.
a b c d e
appoſitusque eſt ad populum ſuum.

S C H O L I A.

56 *Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.*] Prophetia eſt multorum, quæ in tribu Beniamin euentura erant, de quibus verba prædicta germano ſenſu verificari poſſunt, vt de viris illius tribus, qui vt in plurimum inimicos ſuperabant, & lacerabant prædam, & more belli inter ſe ſpolia diuidebant. Iud. 21. Rurſum in Saule, qui regnum tribui Iudæ promiſſum, quaſi lupus rapax, primo mane, ſiue quamprimum, non furto, ſed diuino conſilio obtinuit. Rurſum de altari, in quo holocauſta incendebantur, quod in ſorte Beniamin fuit, quaſi lupus rapax, tot ſacrificia ibi ignis deuorabat; quæ vero ſupererant ex lege à populo oblata, veſpere inter ſacerdotes diſtribuebantur, ſic referunt Hieronymus, & Auguſtinus, ſaltem ſub eius nomine tractatus de benedictionibus, & Alchuinus. Præterea in facto illo. Iudic. 20. quando filij Beniamin, in primo, & ſecundo congreſſu, filios Iſrael vicerunt: à quibus tandem victi, & occiſi ſunt, ſexcentis tantummodo relictis: ſic Theodoretus. Denique, & in Sancto Paulo de tribu Beniamin; qui in iuuentute, quaſi lupus rapax, Eccleſiam deuaſtabat; poſtea tamen verbum Dei, immo, & ſe ipſum, omnia omnibus factus, & labores ſuos, inter infideles diſtribuit, quaſi victoriæ ſpolia, quam Chriſtus de ipſo reportauerat: ſic Origenes, Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus, Eucherius, Alchuinus referunt: cuius, ſcilicet Pauli, aperte Hieronymus, prophetiam dicit; vnico enim prophetiæ intuitu, hæc omnia, & alia vidiſſe, & ſimul etiam eiſdem verbis immediate prædixiſſe, fidelium quis inficiari poteſt? quibus ex patrum mente, verba ita apte congruant.

Hier. q. hebr. in Gen. Aug. tom. 3. Alch. q. in Gē.

Theo. q. 109 in Gen.

Orig. ho. 4. in Ezech. Hier. q. hebr. Gen. Theod. q. 109. in Gen. Aug. ſerm. de tēuer. S. Pauli Euch. lib. 2. Gen. Alc. q. in Gē.

57 *Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim.*] Ideſt, ex his omnibus conſurrexere duodecim tribus, à quibus & nomen acceperunt.

58 *Benedixitque ſingulis, benedictionibus proprijs*] Ideſt, ſingulis. quæ in proprijs tribubus euentura eſſent, pronuncians. Licet enim reſpectu aliquorum, maledictiones videantur, quaſi exprobrãdo illorum facta, vt de Ruben, Simeone, & Leui; tamen quia eo animo fecit, vt peniterent, & ſic à Deo pro illis benedictiones conſequerentur, ſicut factum eſt, & ex verbis Moyſi Deut. 33. colligere licet, merito benedictiones dici potuerunt. Adde, in textu multa ſubticeri, forſan de his proprijs benedictionibus, vel per ſynedochen ſic dici, vt ſuprà notauimus.

59 *Ego congregor ad populum meum.*] verba hæc ſicut vltima huius capitis, Hebraico ſchemate idẽ ſunt, ac ſi diceret: Ego morior. vnde infra eſt repetitio eius, quod dixerat: Obijt. nec dubium, iuxta Theodoretum, hac phraſi, animæ immortalitatem, & reſurrectionis ſpem inſinuari, multoſq. ex Patribus iam tunc in Limbo eſſe, ex quibus aliqui, Sapientiæ 10. recenſentur, vt merito populus dici poſſit, ad quem & Iacob congregaretur, & ad quorum conſolationem, frequens creditur angelorum acceſſus, ſicut in interlineari antiqua gloſa innuitur.

Theod. q. 109. in Gen.

60 *Sepelite me cum patribus meis, in ſpelunca duplici.*] Licet de hoc, & Ioſeph adiuraſſet, curam etiã cæteris filijs mandauit; vel quod funeri eos adeſſe voluit, ne illos neglexiſſe videretur, quos viuens paterna ſolicitudine fouit, vel quod ſi Ioſepho ob regias curas non vacaret, id ipſi præſtarent. Porro, quid ſpelunca duplex, quis Ephron, quid Mambre, ſupra capite 23.

61 *Ibi & Lia condita eſt.*] Si Iocabeth in Aegypto ex Lia natã fuit, proculdubio inde funus aſportatum conſtat, maxime ad commendationem futuri, ex eius filio Iuda, Meſſiæ, tunc venturi.

62 *Finitisque mandatis, quibus filios inſtruebat.*] Non dubium, tantum Patriarcham, præter propheticas benedictiones, multis ſuos filios inſtituiſſe, & præcepta de recte agendis dediſſe, vt de cultu vnius veri Dei, de idololatria execrãda, de ampliſſima ſpe futuri Meſſiæ, de vita æterna expetenda, de fide interim Pharaoni ſeruãda, de gratia ipſi Ioſeph præbenda, de mutua inter ipſos pace, & cum Aegyptijs; quæ conſulto à Moyſe ſigillatim expreſſa non ſunt.

63 *Collegit pedes ſuos ſuper lectulum.*] Ideſt, retraxit pedes ſuos ſuper lectulum; forſan quod interim confortatus, pendentes extra lectum habuiſſet.

64 *Et obijt.*] Iuxta vim Hebraicæ vocis, dulce genus mortis per reſolutionem, ſcilicet, lentam, ſignificat: non quaſi illius, qui violenta morte raperetur, aut magnis morbi cruciatibus torqueretur, ſed quietam, qualis in his, qui præ ſenectute obeunt, eſſe ſolet.

ויגוע

CAPVT L.

Quod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum. Præcepitque ſeruis

a b f
qui ·ſ. condiendi artem tenebant. *ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i k
ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt,

a b c d e
ſub. dum condiretur; tamdiu enim durabat ille apparatus. *.ſ. apud Aegyptios.*
a b c d e f g h i k l
quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuitque eum Aegyptus

a b k l
quia expletis quadraginta; etiam iuxta Hebræorum morem triginta diebus exequias celebrarunt: ſicque fuerunt Septuaginta. *.i. ad præcipuos ex familia*
a b c d e f g h i k l m
ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis:

a b c h i k
.i. ſi vobis gratus ſum. *.i. ad Pharaonem.*
a b c d e f g h i k l m n o
Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quod pater meus

a b e k
.i. iuramento adegerit. *.i. dies mortis meæ inſtat.* *foderat in ſpelunca, ſiue ſtruxerat ſepulchrum iuxta patres pro ſe.*
a b c d e f g h i k l m n o
adiurauerit me dicens: En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan,

c g
.ſ. Pharaonis licentia obtenta. *.ſ. Iacob.*
a b c d e f g h i K l m n
ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao:

f g
.i. ſicut iuraſti, vel iuramento es obſtrictus.
a b c d e f f g
Aſcende & ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus eſt.

SCHOLIA.

1 PRAECEPIT *ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem.*] *Ropheim*, ideſt, medicis, eos medicos vocat, qui condiendis defunctorum corporibus intendebant; forſan quod & hi medicinæ artem exercerent. Porro, Herodotus grauiſſimus Græcorum auctor, tria condendi genera tunc in more poſita, refert: ſecutusque eſt Ioſeph patriæ morem, vbi enim infidelitatis nota non adeſſet, id licitum eſſe docet S. Thomas, ex S. Auguſtino. רופאים *Herod. lib. 2. Diodorus lib. 2. c. 5. S. Th. 3. par. q. 51. a. 2. ad 2. Auguſt. tract. 120. in Ioan. tom. 9. & 3. de doctrina Chriſt. tom. 3.*

2 *Tranſierunt quadraginta dies.*] Chaldæus legit: Et expletis quadraginta diebus, quibus complebantur dies conditorum: ex quo patet, quadraginta diebus curari tunc ſolitū mortuorū corpora.

3 *Fleuitque eum Aegyptus* Septuaginta *diebus.*] Solebant Ægyptij diebus nouē, à die obitus, luſtrali aqua corpus aſpergere, vt experirentur, an conſopita fuiſſet anima, an penit⁹ exhalata, vnde & nouemdiale ſacrificiū inter gentes, de quo Liuius. Rurſus à die nono vſque ad quadrageſimum, accuratius funus condimentis illiniebant, quibus peractis, iuxta Hebræorum ritum, alijs triginta Patriarchę corpus curarunt: omnes igitur ſeptuaginta dies, planctus, dies Scriptura appellat. *Liuius.*

4 *Ad familiam Pharaonis.*] Ideſt, ad aliquos ex familia Pharaonis, ad præcipuos vtique.

5 *Si inueni gratiam.*] Ideſt, ſi gratus ſum vobis, ſi pro beneficijs vobis collatis aliquid promereor.

6 *Loquimini in auribus Pharaonis.*] Hebraiſmus eſt, ideſt, ad Pharaonem.

Adiu-

7 *Adiurauerit me*] Ideſt, me iurare fecerit, & iuramento adegerit.

8 *Quod fodi mihi*] Licet ſupra vbi adiuraſſe ſcribitur, verba hæc non ſint, ſunt tamen quantum ad ſententiæ veritatem, & certum eſt, hoc dixiſſe; quod enim vno loco Scriptura tacet, altero profert: ſic Auguſtinus. Porro *Cheriti*, ambiguum verbum eſt, ad fodere, & emere; vnde & quandoque fodere in Vulgato ponitur pro, emere, Oſee 3. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, ideſt, emi, ſiue mercede comparaui. & Deut. 2. vbi nos legimus: Aquam emptam haurietis, iuxta Hebræum eſt: Aquas ab eis fodietis argento. Vtroque autem modo intelligi poteſt; nam & in ſpelunca illa, quæ ampliſſima erat, fodit, ſiue conſtruxit ſepulchrum, pro ſe, & Lia, iuxta patres ſuos: emiſſe tamen dicitur; vel quod auus eius, ſcilicet Abraham, emerit; ſic enim ſæpe loqui ſolemus, vt quod parentes emerant, nos pretio comparaſſe dicamus, vel quod ab Eſau, pacem diligens, etſi primogenituræ iura ad ſe tranſlata nouerat, quaſi vexationem redimens, argento emerit agrum, in quo ſpelunca duplex erat.

Aug. q. 170. in Gen. tom. 4. כריתי

9 *Aſcendam igitur*] Subintelligendum, Pharaonis licentia habita.

10 *Sicut adiuratus es*] Ideſt, ſicut iuraſti, ſiue ſicut iuramento obſtrictus es.

---

f h K l m
.i. multi. .i. familia, ſiue domeſtici. .i. fere cuncti. los maioraſgos, y ancianos.
a b c d e f g h i x l m n
Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctiq. maiores natu Terræ

b
.i. familia.
a b c d e f g h i K l m
Aegypti: domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis,

quæ dereliquerant in Terra Geſſen. Habuit quoque in comitatu currus, & equites: & facta eſt

f g l m
.i. aream rhamni, quod hic circumſepta eſſet. quaſi duobus milliaribus ad Orientem, & iactu duorum lapidum ab Iericho, ab Hebron vero quindecim leucis diſtans.
a b c d e f g h i x l m n
turba non modica. Veneruntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi

c d e f h i
id. ſolenni ritu, qui non ſine planctu erat, ſed non tam longis lachrymis, vt inquit Hieron. epiſt. 25. ſed funeris ornatu. .ſ. iuxta Hebræorum morem.
a b c d e f g h i x l
celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies. Quod cum

b c f g
quia multi Aegyptiorum, & omnes ex Aegypto aſcenderant. .i. funus celebre.
a b c d e f g h i k l
vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus eſt iſte Aegyptiis. Et

d e g h
.ſ. ab euentu. in Hebr. Abilmezraim, nunc Betagla.
a b c d e f g h i k l m n
idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob, ſicut

præceperat eis: Et portantes eum in Terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici,

h i K
de quo ſupra cap. 23.
a b c d e f g h i K l m
quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra

faciem Mambre.

S C H O L I A.

11 *In comitatu currus, & equites*] Aliqui legunt, iuxta Hebræum: Currus, & milites; ſed certe *Paraſim*, equites ſignificat, à *Paras*, quod eſt diuidere; quod dum equitant, eorum crura diuidantur. forſan ex ijs, aliqui milites erāt in comitatu Ioſeph.

פרשים פרש

12 *Veneruntq. ad aream Atad*] *Atad*, ideſt, rhamni, ſic etiam & in Pſal. 50. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum. Eſt igitur hic nomen appellatiuum: forſan ſic dicta eſt area; quod talibus ſpinoſis frutetis circumſepta eſſet: locus eſt, in quo filiorum Iſrael, contra Dominum murmurantium, copioſa multitudo igne de cælo exuſta eſt: nunc, teſte Hieronymo, dicitur, *Betagla*, ideſt, locus gyri; quod per gyrum circumirent in funere Iacob.

האטד

Hier. de locis Hebr.

13 *Quæ ſita eſt trans Iordanem*] Iuxta Hieronymum eſt: Vltra Iordanem, duobus milliaribus ad Orientem, iactu duorum lapidum à Iericho, & quindecim leucis diſtans ab Hebron, in tribu Iudæ ſita, prope terram Aegypti, vnde, quod vlterius progreſſi, & reuerſi fuerint, miratur Auguſtinus, & factum fuiſſe putat; vt aliquorum hoſtium incurſum vitarent: vnde & filij Iſrael, nec recto itinere terram Chanaan petierunt, ab Aegypto egreſſi.

Idem ibid.

Aug. q. 181. in Gen.

14 *Vbi celebrantes exequias planctu magno, & vehementi, impleuerunt ſeptem dies*] Quamprimum terram Chanaan ingreſſi ſunt, & opportunū locum inuenerunt, ſolenniter exequias, Hebræorum ritu, ſeptem diebus celebrarunt, vt Auguſtinus aduertit, Nouendialia magis ex gentium ritu affirmans: vnde Eccl. 23. Luctus mortui ſeptem dierum. Porro, planctus magnus, forſan ſolennis ritus ſic dictus eſt: quod etiam planctu fieret, quem non ſolum filij Iacob, ſed ex Aegyptijs multi, quaſi conducti facerent, iuxta morem, qui in aliquibus Hiſpaniæ locis adhuc manet: de quibus Flaccus: Qui conducti, plura in funere dicunt, & faciunt, dolentibus ex animo.

Aug. q. 172. in Gen.

Flaccus.

15 *Vocatum eſt nomen loci illius planctus Aegypti*] Quod Aegyptiorum eſſet multitudo cum Ioſeph, & omnes ex Aegypto aſcenderunt, Aegyptiorum planctum dixerunt. vnde in Hebræo eſt: *Abel mizraim*, ideſt, planctus Aegypti. Porro, priſcorum mos fuit, à rerum euentibus locis nomina imponere, vt geſtorum ſic memoria ſeruaretur: vnde Iacob appellauit Bethel, & Galgala, & Manaim.

אבל מצרים

Reuerſusq. eſt Ioſeph in Aegyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre. Quo

forſan quòd non ita familiariter, ſicut viuente patre, cum illis ſe haberet. — ne ſ. commiſſum facinus vlciſci vellet. — ad vltionem ſ. iuxta Hebr. Odiſſe nos habeas.

mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes: Ne forte memor ſit iniuriæ, quam paſſus

i. puniat, vel vindictam ſumat. — per nuncios, qui eorum nomine referrent. — cōmenti ſunt, quæ ſequuntur, vt patris nomine, & recordatione facilius ad veniam flecterent.

eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus, mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit

de ſu parte. — ad vindicandum te de illis. — iuxta Hebr. parcas, ſeu remittas.

nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris

fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te: nos quoque oramus, vt

ita vt vox Dei reſpiciat, quæ ſequuntur, ſcilicet eius Dei, quem pater tuus coluit.

ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph. Veneruntq. ad

i. venerentiam tunc ſolitam exhibentes.

eum fratres ſui: & proni adorantes in terram, dixerunt: Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit:

non de illorum culpa, ſed de malo, quod perpeſſus eſt & de his, quæ inde euenerunt, loquitur, quæ à Dei voluntate ſunt. — i. inferre mihi mala.

nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus

vertit

n o p
.i. ſeruaret à morte tempore famis. iuxta Hebr. viuificaret.
a b c d e f g h i k l m n o p
vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos. Nolite timere: Ego paſcam vos, & paruulos veſtros, conſolatusq. eſt eos, & blande ac leniter eſt locutus.

S C H O L I A.

16 *Timentes fratres eius*] Forſan quod non ita familiariter cum illis ſe gereret, ſicut viuente patre, & facinoris recordatione timebant, ne ſublato patre in eos animaduertere vellet.

17 *Reddat omne malum*] Ideſt, vlciſcatur mala, quæ contra illum commiſimus.

18 *Mandauerunt ei dicentes: pater tuus præcepit nobis*] Mandauerunt: ideſt, miſerunt nuncios, qui eorum nomine referrent: forſan Beniamin amantiſſimum fratrem, aut Balæ filios, quos benigne reſpiciebat. Porro, veroſimile eſt, hæc illos commentos fuiſſe, vt patris nomine, & recordatione, facilius ad veniam cor eius flecterent, nec enim credendum eſt, Iacob talia de Ioſeph reformidaſſe.

19 *Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum*] Obliuiſci ſceleris, intelligendum eſt ad vindictam, ſeu pœnam, pro illo inferendam, ſicut tunc quis recordatur facinoris in ſe commiſſi, cum vlciſci inſtituit.

19 d. *Vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc*] In multis Biblijs legitur: Vt ſeruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Filiorum peccatum quaſi patris repræſentantes, ob patris amorem in filios; quomodo & 1. Reg. 25. dixit Abigail ad Dauid, orans ne virum ſuum occideret: In me, inquit, ſit domine mi hæc iniquitas, ſcilicet viri mei Nabal, aufer iniquitatem famulæ tuæ. Cæterum in emendatioribus Biblijs Clementis 8. legitur: Vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem. ſic eſt iuxta Hebræum, ſic Septuaginta, & Chaldæus; vt ſit ſenſus, ſeruis Dei, illius ſcilicet Dei, quem pater tuus coluit. quaſi dicat: Et in obſequium Dei patris tui, cuius Dei & nos ſerui ſumus, quæſumus, vt iniquitatem noſtram dimittas, ideſt, condones iniuriam, & peccatũ, quod in te commiſimus.

20 *Proni in terram, dixerunt: ſerui tui ſumus*] Adorare hic, pro reuerentia principibus tunc ſolita ſumitur, cui & verbis perurbanis locuti ſunt, ſeruos ſe appellantes, quod maxime tunc in vſu erat.

21 *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?*] Sanctus Ioſeph eorum culpam diſſimulans, quam conſtat tantum à Deo permiſſam, de malo, quod paſſus eſt, & de ijs, quæ inde ſubſecuta fuerant, quæ & voluit Deus, ſermonem faciens, inquit: Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? ſermo eſt de voluntate conſequente, quæ vllo modo fruſtrari nequit; ſicut enim in formis, ita & in efficientibus cauſis, impoſſibile eſt Dei voluntatem, quæ vniuerſalis cauſa eſt, ſubterfugere; etenim ſi ab vno ordine hominis voluntas deficiat, in alium relabitur: vnde S.Tho. ex Auguſtino in Enchiridion: Aut homo, quod Deus vult facit, aut Deus de illo ſuam voluntatem implet. Porro iuxta Hebræum eſt: Numquid ego ſum, quaſi dicat: Hæc non meo conſilio, ſed Dei voluntate euenerunt, cui reſiſtere nemo poteſt: & ſermo eſt non de voluntate praua fratrum, ſed de eo, quod inde euenit, & Deus vertit in bonum, ſicut conſequenter ſubditur. Rurſum, non eſt ſermo de voluntate, qua permiſit Ioſeph vendi à fratribus, ſed de voluntate Dei volentis, vt Ioſeph fratribus delinquentibus parceret, prout fecit.

S.Th.1.p.q.19 a.6. & q.22. a.2. ad 1 & q.103.a.7. & 8. in corp. & 1.d.47.a.1.2. & 3.in corp. & 2.d.6.a.1. ad 3. & 4.d.45. q 3.a.3. corp. & de Ver.qu. 23.a.2.in cor. & de malo q. 6. ad 5. Aug.in Ench.

22 *Vos cogitaſtis in me malum, ſed Deus vertit illud in bonum*] Ideſt, voluiſtis vos malum mihi inferre, ſed Deus veſtro facinore vſus eſt in bonum meum, vt me exaltaret, & quod maius eſt, in bonum veſtrum, vt ab imminentis famis periculo vos liberaret.

23 *Et ſaluos faceret multos populos*] Ideſt, vt à morte multos ſeruaret, qui ſcilicet ſterilitatis tempore, fame perirent, quibus frumenta Ioſeph tunc vendidit, ex ijs, quæ vbertatis annis prudenter aceruauerat.

24 *Blande & leniter eſt locutus*] Iuxta Hebræum eſt: Et loquutus eſt ad cor eorum. ſic Septuaginta. Chaldæus: Et loquutus eſt conſolationem ad cor eorum; ad cor ſiquidem loqui, aliquando idem eſt, quod familiariter conſolari, quod maxime fecit; vt timorem excuteret, formidinemq. omnem ab illis auferret.

f g
.i. familia.
a b c d e f g h i k l m n o p
Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris ſui: vixitq. centum decem annis. Et vidit

b
.i. pronepotes.
a b c d e f g h i k l m n o
Ephraim filios vſque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manaſſe nati ſunt in

o a b
.i. in genibus applauſibiliter recepti, ſicut blandiri ſolent à ſenibus infantes.
a b c d e f g h i k l m
genibus Ioſeph. Quibus tranſactis, locutus eſt fratribus ſuis. Poſt mortem meam Deus

viſitabit

a b d e n
.i. ſtabit promiſſis. *à ſeruitute liberos.* *.i. iuramento pollicitus eſt.*
a b c d e f g h i k l m n o p
viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram, quam iurauit Abraham, Iſaac,

d e i l m n o
.i. iurare feciſſet, vel iuramento poſteros in illis obſtrinxiſſet. *.i. ſtabit promiſſis.* *præuidens Aegyptiorum nefarium cultum, & tunc diſtulit, vt firmam Dei promiſſionẽ haberent, quam Abrahæ fecerat, ſup. c. 15.*
a b c d e f g h i k l m n o
& Iacob. Cumq. adiuraſſet eos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum

l m n
non renuit conſuetum morem, ſicut nec Chriſtus Dominus, maximeq. quia in ſignum reſurrectionis illa fierent.
a b c d d e f g h i K l m n o
de loco iſto: mortuus eſt, expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Et conditus aromatibus, repoſitus

o a b c
vt Aegyptij beneficiorum memores, amice ad ſuos ſe gererent.
a b c d c
eſt in loculo in Aegypto.

S C H O L I A.

25 *Filioſq. vſque ad tertiam generationem*] Ideſt, vidit pronepotes; prima enim generatio filiorum eſt, ſecunda nepotum, tertia pronepotum.

26 *Nati ſunt in genibus Ioſeph*] Ideſt, nutritio affectu geſtauit in genibus, more, quo à proauus blandiri ſolent, qui amanter & plauſibiliter in ſinum reponere illos conſueuerunt.

25 *Viſitabit vos*] Ideſt, ſtabit promiſſis, ſupra cap. 15. vt vos ſcilicet educat. forſan hoc loquendi modo tacite innuitur, prophetico ſpiritu, calamitas & ſeruitus futura, in qua ſicut potens Deus, & medicus, viſitaret; vt ab illa leuaret calamitoſum populum, vnde ſubditur: Et aſcendere vos faciet.

28 *Cum adiuraſſet eos*] Ideſt, iurare feciſſet, vel iuramento obſtrinxiſſet poſteros illorum in ipſis.

29 *Viſitabit*] Ideſt, ſtabit promiſſis factis ſupra cap. 15.

30 *Aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto*] De eius ſepultura, Exod. 13. & Ioſue 24. ſcribitur, quomodo in mauſoleo repoſitus fuerit, quod vſque ad Hieronymi tempora extabat in agro Sichem, quem Iacob, abſque ſorte, Ioſeph dederat. Porro non ſtatim in terram Chanaan deferri iuſſit, vt eius corpore interim in Aegypto manente, memores beneficiorum Aegyptij, amice ad ſuos ſe haberent. Aſportari vero ad illud tempus diſtulit; vt firmam Dei promiſſionem Abrahæ factam populus haberet. vnde ad Hebr. 11. fide Ioſeph moriens, de egreſſione filiorum Iſrael meminit, & de oſſibus ſuis mandauit. Tum etiam, vt Auguſtinus aduertit, vir propheta, ſciens Aegyptiorum gentem idololatriæ aſſuetam, ipſi, qui terrenæ munificentiæ illis auctor extiterat, poſt mortem diuinos honores delaturam, vti fecerunt, fanum conſtruentes, ſupra illius ſimulacrum, menſuram tritici depingentes, & Serapim illum à Saræ proauis nomine deriuato, appellarunt. ſic Firmicius Maternus, bouis etiam ſimulacrum, in ſignum agriculturæ, vt Auguſtinus, Suidas, & Rufinus aduertunt, vel in memoriam ſomnij Pharaonis, vt alijs placet, iuxta tumulum ſtatuerunt: & in eius memoriam ſub nomine Serapis venerati ſunt, ad quorum imitationem, & filij Iſrael in deſerto, idolum in forma vituli turpiter coluerunt. Vt occaſionem igitur tanti facinoris tolleret, oſſa aſportari inde iuſſit, cum in Chanaã pergerent, nec beneficiorum Iacob apud Aegyptios indigerent. Iam Ioſeph mortuus eſt, anno 12. Pharaonis, qui dicebatur Memphres.

Hier. q. hebr. in Gen.

Aug. 10. 3. de mir. S. Scrip. c. 15. & 10. 4. q. 25. vet. teſt.

Firm. Mater. Aug. 10. 3. de mir. S. Scrip. c. 15. Suidas Rufinus.

31 *Et conditus aromatibus*] Conſuetum morem non renuit, ſicut nec Chriſtus Dominus; maxime quod in reſurrectionis ſignum hæc fierent: vnde & ad regionem illam aſportari oſſa iuſſit, in qua Chriſtus naſci, mori, & reſurgere elegit, forſan præuidens illud Matthæi 27. Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, reſurrexerunt, inter quos vnus pie creditur ipſe Ioſeph, qui in multis ſymbolum extiterat illius, qui vitam & reſurrectionem hominibus promeruerit, Chriſti ſcilicet Domini noſtri.

32 *In loculo*] Iuxta Hebræum: in arca. Septuaginta: In ſepulchro. Loculus igitur, pro arca ponitur; in Hebræorum ſiquidem monimentis habetur, Ioſeph conditum eſſe in arca ænea, & in Nilo proiectum, relatumq. inter Aegyptiorum deos, ſed de his parum curandum eſt.

Sit Deus benedictus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Amen.

Finem impoſuit Auctor huic operi 22. Aprilis anni 1595.

Ex commiſſione, & mandato R. P. D. mei M. S.P.ego Nicolaus Caſſianus vidi,& perlegi omnes gloſſas, & Scholia,quæ admodum R.P.Fr.Ludouicus Yſtella edidit ſuper Geneſim, nec aliquid reperi, quod ſanctæ fidei,aut bonis moribus repugnet, immo cenſeo opus eſſe vtile, quod typis mandetur, ac in fidem meã ſubſcripſi hac die 23.Februarij 1601.

Ego Nicolaus Caſſianus.

Imprimatur, ſi placet R.P.Magiſtro Sacri Palatij. B. Gypſius pro Viceſger.

Imprimatur. F. Angelus Baronius Venetus, Magiſter, & Reuerendiſs. P.M. Sacri Palatij Socius, ordinis Predicatorum.

REGESTVM

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd

Omnes ſunt Terniones, præter †

ROMAE, Apud Stephanum Paulinum. *M DC I.*

Superiorum permiſſu.